
UVA. BHSC. BU 00033

BIBLIOTECA
DE LA UNIVERSIDAD DE VALLADOLID.
Estante n.º 101
Tabla 3
Número 4.518

UVA. BHSC. BU 00033

33
UVA. BHSC. BU 00033

Esta expurgado
conforme al nue
uo catalogo.

Fr. And. Gos,

UVA. BHSC. BU 00033

AMATI LVSITANI, MEDICI PHYSICI PRAESTANTISSIMI Curationum medicinalium,

CENTVRIAE DVAE, QVINTA ET SEXTA.

In quarum vltima Curatione, continetur Colloquium eruditissimum: in quo doctissimè disputatur, & agitur de curandis capitis vulneribus:

Cum Indice omnium curationum, quæ ipsis Centurijs continentur. omnia nunc primùm in lucem ædita.



LVGDVNI,
Apud Gulielmum Rouillium.
Sub scuto Veneto.
1564.

UVA. BUSC. BU 00033



UVA. BHSC. BU000033

D. IOSEPHO NASSINIO, HEBRAEO, VIRO NON minus illustri, quàm sapienti,

AMATVS MEDICVS, S. P. D.



IN DAMNIS *sub Paulo quarto Anconæ habitis, vt tu fortè nosti, Iosephe Nassini, omnium rerum mearum iacturam feci, & ne à suis commissarijs etiam opprimerer, Pisaurum primùm, inde Ragusium me subduxi. Vnde animo quietiori, quùm malum tantum memoriæ reuocarem, inter tot, tantáque miki subrepta, vt aurum, argentum, aulicos pannos, preciosam vestem, & supellectilia non pauca, ac instru-*

UVA. BHSC. BU 00033

ctissimam Bibliothecam, in mentem veniunt, Quinta Cēturia Curationum mearum, ferè ad vmbilicū deducta, & Commētaria quædam, quæ in quartam Fen libri primi Auicennæ proximis anteà diebus parturieram: quæ simul arca quadam seruabantur. Pro quibus scriptis recuperandis, rebus cæteris neglectis, quum multa machinor, Ecce Abrahamus Cathalanus, vir ingeniosus, & amicus non vulgaris, qui tunc Pisauri agebat, me suadet: vt ad præfatos cōmissarios literas dem, inculcatq; non esse difficile paucas chartas ab eis inter tantas, & tam preciosas res impetrare. Ego verò amici consilio vsus, ad Nauiū Bononiensem Latinè scribo. Ille verò, interueniente Hodara Thessalonicensi mercatore, retentis in Auicennam commentarijs, ad me Centuriam Quintam remittit: quā posteà Pisauri absolui, & Ragusij

magno

UVA. BHSC. BU 00033

magno otio reuisi: vbi Sextam quoq; literis mandaui. Quas nunc quum Typographi Veneti per literas enixè à me petant, in lucem ædere proposui, eatq; statui illis cōmittere. Sed, quoniam à Veneto Dominio decretum est, nihil posse imprimi sine religionis consensu, nescio, an quicquam adiunctū, diminutumq; sit: arbitror equidem eos, qui pro religione sunt, maximè deleuisse meam defensionem in Mattheolum Senensem factam: sed sciant omnes me breui responsurum eius Apologiæ. Nunc ad rem. Cùm has misissem Centurias, deliberandum diu nō fuit: cui illas potissimùm dedicarem. Tu enim in primis occurristi vir Generose, & Ornatissime, qui eo munere multis, & magnis de causis, dignissimus videris. Es enim & doctus, & doctorum hominum non tantùm studiosus, sed fautor etiam & protector mirificus. Humanitate

UVA. BHSC. BU 00033

verò tanta, vt nemini hac insigni animi dote secundus habearis: quibus accedunt, liberalitas insignis, quæ semper comitari solet cæteras animi virtutes. Quibus animi dotibus factum est: vt Regibus, & Principibus, gratus, & honore dignus vbiq; semper habitus sis: vt huius rei testis est vniuersa Diui Caroli Quinti Imperatoris, nécnon eius sororis Diuæ Mariæ apud inferiores Germanos proregis, veluti Francisci Gallorum Regis, Curia. Sed & nunc, quantum apud Solimanum Turcarum Imperatorem, & eius filios, Selinum, & Bayazetum, valeas, omnes norunt: vt qui te inter suos primates, non exigua proposita annua mercede, reposuerint, vt iure phœnix, ac rara auis dici merearis. Deus igitur Optimus Maximus te nobis hac felicitate incolumem, & sanum diu seruet. Interea verò munusculam hoc nostrum

hilari

UVA. BHSC. BU 00033

~~hilari fronte suscipe, quod, si tibi gratum esse intellexero: maiora, melioraq; in dies aggrediendi, animum adijcies. Vale, & secundum Tomum harum Curationum, in dies expecta, nosti enim vel ex Eutropio Historico Romano, à me in linguam Hispanicam verso, & tibi dicato, animum meum: quantùm laboris sit fugientissimus, & tui, illustrissimaq; Diuæ Gratiæ, ac vniuersæ, gentis nostræ amantissimus. Vale igitur, & cum tua Regina feliciter viue.~~

~~Thessalonicæ, Calend. Decemb. anni à creatione mundi. 5320.~~

UVA. BHSC. BU 00033

AMATI LVSITANI, MEDICI PRAESTANTISSIMI, *curationum Medicinalium suarum,* CENTVRIA QINTA, nunc recèns in lucem ædita.

Curatio prima, in qua agitur, de sanguinis reiectatione, ex parte superiori asperæ Arteriæ.

PRAECESSERAT hyẽs partim rigida, partim verò pluuiosa. Sed Veris prima pars subfrigida erat: media autem, hoc est, Aprili mense, concalescente aëre. Magna populi pars in capitis grauedines, & ab eo defluxiones incurrit. Erant autem ij pueri, adolescentes, & maiores natu, viri mulieresq;. Quorum nonnullis catarrhus, hoc est, destillatio, siue ad os & eius partẽ vuam, seu columellã, defluxus progressu temporis apparebat. Aliis autem ad nares, quem deflux

cent 6 curat. 6.8.

UVA. BHSC. BU 00033

defluxum Græci Coryzam, Romani verò grauedinem appellare solēt. Aliis autē ad fauces & guttura excrementū descendebat, ex quo sanè defluxu Branchos, id est, raucitas oritur. Sed multis omnia simul euenire cōtingebāt: ad hęc tusses, excrementis nimirū capitis in Thoracē defluētibus; ex quibus venæ nōnullis ruptæ sunt: & ex ipsis multus sanguis effluebat. Aliis Anginæ cōparebant: aliis autē oris vlcerationes, & inflāmationes, & secūdū aures parotides pullulabāt, nōnullis verò pleuritides grauissimæ, & periculosissimę infixæ erant. Sed multi quoq; phthisi, hoc est, pulmonis exulceratione, vexati postea sunt. Epidemicus autem morbus hic est, quia populi magna pars eo corripiebatur, præcipuè catarrho, cum quo pauci in febrim incidebāt: sed ab eo pluresēuadebant: à quo cæterę citatę affectiones ortū trahebāt. Quia in hyeme coaceruati pituitosi humores, veris caliditate cōmoti, & diffusi, tales generāt morbos, q (vt docuit Hipp. lib. 3. Aphorism. xx.) verno tempore potissimū euenire contingunt: cū quibus aēris influxus maximè concurrebat. Hæc lues (vt audio) vniuersam Italiā, & Dalmatiam, ac Illyricam regionem grassata est. Ex tam multis igitur malè sic affectis, pri-

UVA. BHSC. BU 00033

mò mihi se offert Manuel Hamisius è Cà
stello à Vite, Iuuenis natura bilio sus, colo
ris nigelli, capillamẽti verò nigri & hirti.
Qui quùm catarrho vexaretur, & tussi tor
queretur graui, in sanguinis, per os, reie-
ctionẽ incidit. Eũ autẽ multũ & feruidũ,
ac satis flauũ, bis, vel ter emisit: sed per in-
terualla excreando. Quẽ quoq; tussi reii-
ciebat: & eũ nõ aliunde quã à tracheę ar-
teriæ superiori parte effluere, hæ mihi at-
testantur notę. Prima, quia excreando so-
lùm, & validè tussiẽdo sanguis reiiciebatur. Secũda, quòd ipse æger ex ea eminẽti parte sanguinẽ exire percipiebat. Tertia, quòd in collo ad mentũ, vbi tanquàm nodus, caput tracheę arteriæ multis apparet, & larynx dicitur, dolebat, dolore quidem ad sinistrã clauiculã vsq; ascẽdente. Huic igitur de repentè occurrens, sanguinis vncias sex ex dextri brachij vena iecoraria demi iussi: quo detracto, hominem quiescere neue altè loquatur, aut magnã edat respirationẽ suadeo: ac illicò album oui, optimè concussum, pulueri sequenti permixtum, ebibẽdum offero, habet autẽ puluis sic. R. Gummi arabici, tragacanti. singulorum vncia media, sanguinis draconis optimi, boli armeniaci pallidi, terręe lemniæ, vulgò boli armeniæ, lapidis hæ-

matitis,

UVA. BHSC. BU 00033

matitis, sarco collæ, vtriusque coralij. ana. drach. duas, seminis hyosciami albi, sem. portulacæ, plantaginis, cicutæ. ana drach. vnam: radicis symphiti, drach. vnam, & alterius mediam. Omnia hæc in puluerem redigãtur, & misceantur, & fiat puluis: ex quo scrupuli duo, in oui albumine pro vice propinẽtur. Exteriùs verò, album oui quoq; pulueribus cõstringentib⁹ mistũ, & stupa exceptum, loco dolenti applicabatur. Cęterùm, ab ebibitis, per interualla, tribus vel quatuor ouorum albuminibus, prædicto modo apparatis, sanguis effluere desiit. Interdiu tamẽ per interualla, syrupum myrtinũ aqua stipitum rosarũ, & plantaginis dilutum, adiectis nõnullis, ex prædictis pulueribus, cochleari lambendo accipiebat, nonnunquam verò ex hoc electuario pitissabat, capite non nisi ad dorsum recuruo. R. Radicis symphiti recentis vnciam vnã, boli armeniæ pallidi, & veri drach. duas, seminis papaueris, portulacæ. ana. drach. 1. gũmi arabici, tragacanti, an. drach. vnam. sacchari rosacei, vncias tres. Philonis antidoti drac. duas.

Omnia syrupo de papauere excipiantur, & fiat electuariũ, ac folio auri inaurentur: sed tunc secundo die, retractiones, & in membris ligaturæ sunt factæ, imò philoni

UVA. BHSC. BU 00033

lonij persici à Mesue descripti: drachmã vnam, exiguo rodosaccharo mistam, illi dedi: quo optimè valere dixit. Nã & rectè dormit, & ex toto sanguis cohibitus fuit: nec opus fuit ad Diaspermaton tãtoperè decantatum medicamentũ à Galeno, libro quinto Methodi medẽdi, & alibi sæpé, deuenire: cuius descriptionẽ verã (si rectè teneo) superioribus nostris Centuriis, memoriæ cõmendauimus. Huic primò cibus, ex similagine pulticula fuit, manè & serò: quãdoq; simplex: quandoque verò illi semen rhois, hoc est, sumachiorum admistũ, quod prisci olim obsoniis miscere solebant: quãdoq; verò ptisana, huius loco, veniebat. Postea verò, elapsis tribus diebus, ex oriza, eadẽ apparabatur pulticula, prædicto cum semine, vel plantaginis, vel portulacæ, vel taleolis radicis symphiti admistis. Potius huic ad multos dies, aqua hordei calybeata fuit: posteà verò vinum rubrũ paulùm adstringẽs, & tunc pyrum vnũ, vel alterũ illi elargiebamur, veluti diacydonitẽ ex saccharo concinnatũ. Nã pulticula illa similaginea, vel ex oriza, ad aliquot dies (vt dixi) sola aqua; aliquãdo adiecto sumachiorũ semine, vel taleolis radicis symphiti, parabatur: posteà verò ex pulli gallinacei iure,

vel

UVA. BHSC. BU 00033

vel pedũ veruecis, aut vituli apparabatur: demum, vt alas & pectuscũlũ pulli ederet suasimus, semper tamẽ vt clysmis vel glãdulis, aluus respõderet, in vniuerso morbi processu, curauimus. Tandem elapsis quindecim diebꝰ è cubili sese erexit: & domi ad vigesimũ diẽ mãsit: post quẽ pãcraticè semper habere dixit: sed nostro cõsilio, bolũ armeniacũ pallidũ, & quẽ Gal. lib. 10. de Facultatib. simp. med. describit, & huic morbo mirum in modũ prodesse tradit, per plures dies aqua plantaginis, vel farfaræ dissolutum ebibit. Nunc verò integra & secunda fruitur valetudine.

SCHOLIA.

Κατάῤῥυσις, siue Katarrhus, latinis fluxio siue destillatio dicitur, à Κατάῤῥέω, quod est fluo, vel destillo: vnde à multis, catarrhus pro quacunque fluxione siue distillatione licentiori vocabulo accipitur: vnde Plinius secundus libro primo de re medica, capite secundo, ita tradit, Est quidem catarrhus humor defluxus ad nares, ad fauces, ad pulmones, vnde catarrhus dictus est à fluore, Græci enim hunc fluorem dicũt. Propriè tamen Κατάῤῥυσις apud Galenum libro de Symptomatum causis, distillatio dicitur ea, quando ad os excrementum defluit, vel ad palatum, vt libro secundo de cap. præsagiorum enarratione 49. idem refert. Quod perinde est dictum

UVA. BHSC. BU 00033

dictum ac ab Aëtio sermone octauo suæ medicinæ, capite quinquagesimo tertio catarrhum esse, si ad vuam, seu columellam humor defluxerit: est enim vua (vt omnes norunt) oris pars. Nec minus à Paulo dictum est, libro tertio suæ Medicinæ, capite 28. Katarrhum esse, vbi ad fauces & palatum humor descendit, quum & fauces oris partem esse, omnibus conspicuum sit: si verò humor ad nares delabatur, Græcis λεγίζα, Romanis verò Grauedo. At si humor ad fauces descendit, à Galeno & Græcis βραγχὸς appellitatur, à Celso, Plinio, & Latinioribus Raucitas. Paulus tamen raucitatem fieri tradit, cùm humor ad guttur & asperam arteriam defluit: nec mirum, quum facilis est delapsus humoris in faucibus existentis, ad guttur, & asperam arteriam: sic igitur legendi sunt versiculi, in omnium ore habiti,

Os, vuámque petens humor, stillatio nostris,
Fertur Romanis, Graij dixere Katarrhum,
Quod si gutur habet, fauces ve, hæc horrida pestis
Brãchos erit Graijs Medicis, Raucedo Latinis.
Græca Coryza premit nares, Romana Grauedo.

Versiculi

Cæterum, scire operæ precium est: quod sanguis à vasis quatuor modis effluere potest, vt nos docuit Galenus libro quinto Methodi medendi, quem percurrere ne pigeat: potissimùm tamẽ tribus de causis palàm excitari sanguis à vena vel arteria contingit, aut earum ruptura, aut earum

UVA. BHSC. BU 00033

rum erosione, aut quum earum ora adaperiuntur. Dignoscimus autem sanguinem ob vasis rupturam euenire, quia extrinseca aliqua causa præcessit, vt delapsio ex alto: aut si luctãdo plus iusto vasa distensa sunt, & consequens rupta: aut in terram homo concidit, aut si grauius aliquod pondus eleuauit, vel in pectus cecidit. Item ob clamorem magnum quomodocunque editum, vasis ruptura fit: in quo reponatis velim tussim asperam: vt ex ea huic euenit iuueni: ali quando verò ruptura euenit ob humorum multitudinem, & tunc sanguinis effusio repentè & coaceruatim facta cognitionem exhibet. Sed tunc depositæ per euacuationem multitudine, sanguis compescitur, & posteà ad vlcus curandum deuenimus. Sed quando à causa procatarctica siue extrinseca, ruptura euenit, tunc curatio non admodum difficilis est: quæ potissimùm conficitur, præter retractiones, & deriuationes, per conglutinationem vasis disrupti: præcipuè medicamentis adstringentibus: & aliis illis mistis, citra mordacitatem resiccantibus, & glutinosum quiddã habentibus, velut est, terra lemnia, & samius aster, & bolus harmeniæ pallidus verus, quo hodie abundamus, & de eo Galenus mira prodit: & varia alia à nobis citata in pulueris cõpositione. Præterea pastillos à succino paratos, quos à Karabo, Mauritaniæ factionis Medici appellãt: & eos Galenus ornatissimus Medicus,

UVA. BHSC. BU 00033

medicus, libro septimo de comp. med. secundum locos describit, veluti ex Coralio dictos, aut à terra sigillata, hodie bolo Armenio dicto, vt varios alios pastillos taceam, & propè infinita remedia, ab eodem Galeno, Paulo Aegineta, Oribasio, Aëtio, Alexandro Tralliano, Aretæo, & practicis variis citata. Nos verò, ea quibus vsi sumus, remedia in medium tantùm adducimus, & eorum mentionẽ facimus. Ampla etenim remediorũ sylua est, non aduertentibus hodiernis Medicis, qui vel pro minimo in diſsidiũ, & discordiam, vel ad arma vsque veniunt: sed ij à consortio hominum eliminãdi sunt, aut inter hominum hostes reputandi: vt qui fauere honori, & rei caducæ ac pertinaciæ, quàm hominum saluti, magis velint. Estote igitur cõcordes, quia concordia (vt nostis) paruæ res crescunt, discordia magnæ dilabuntur. Fit quoque, vt dixi, sanguinis reiectatio ex vasis, siue venæ corrosione: quæ potissimùm euenit ob acres & mordaces, à capite in thoracem, delabentes humores: vel in ipso thorace genitos: sed tunc per intervalla parua euacuatio, sed cum tussi contingit. Quãquam aliquando compertum habeo, etiam ob corrosionem, copiosam & coaceruatam sanguinis eductionem cum tussi fieri. Sed hæc sanguinis reiectatio periculosa admodum est, & raro ab ea ægrotantes euadunt, vt ante nos docuit Galenus in suis dogmatibus, & meritò sanè,

UVA. BHSC. BU 00033

uè, quia eam vlcus consequitur, quod multis de causis difficillimam acquirit cõsolidationem, & consequens hectica febris & tabes, mortis imago introducitur. Curantur autem exesa, aut corrosa vasa, quoties per cibos boni succi, & pharmaca carnem gignentia, renutriuntur. Cæterùm, Galeni præcepto, medicamentis constringentibus, huic morbo facientibus, nonnulla calida, & tenuium partium, miscemus: portione tamen exigua, vt ea constringentia ex stomacho ad iecur: & inde per cauam venam ad cor, & consequens in pulmones distribuant, & ea penetrare faciant, ac illis viam sternant, vt nos docuit Galenus libro septimo de comp. med. sec. l. vbi de reiectatione sanguinis agit. Cæterùm, tu per calida intellige, medicamenta tenuium partium arteriam, quæ constringentia medicamenta ad pulmones & thoracem trahant, & veluti manu ducant: quæ omnia magna solertia, & maturo consilio, Medici exercere debent, non minus ac in stupefacientibus medicamentis propinandis, & eisdem pharmacis ad sanguinis reiectationes facientibus, miscendis. Contingit quoque sanguinis reiectatio, quoties vasis osculum reseratur, & quasi per resudationem transcolatur, quod potissimum fit, cùm quis calidis balneis vtitur, præcipuè in regione calida, & tempore calido, & cibariis calidis assuenit. Etenim multitudo sanguinis, aut eius acuties acredõve, ve-

UVA. BHSC. BU 00033

narum ora aperit, & laxat: & tunc sanguis in principio est paucus, deinde absque dolore augetur. Curatur autem venæ os dilatatum pro varia eius causa, potissimum per obturationem; quæ obturatio per astringentiam conficitur: vt in curationibus Pisauri fusius dicemus.

Curatio secũda, de inflammato isthmo, seu vua, & tõsillis, quæ παρισθμίαι, & ἀντιάδες, Græcis dicũtur.

MVlier nata annos viginti, cùm eius Vua, isthmus dicta, & tonsillæ, ob defluxum à capite vehementer rubricarent, & tumentes apparerent, vt vix deglutire posset, multa spuebat: & per nares varia quoq; emittebat. Hæc cùm paucula & liquida in cibo admitteret, Syrup. violaceũ, & de endiuia eisdẽ cũ aquis, sed parùm dilutos, in aurora bibebat: & mẽbrorũ frictionibus vtebatur: & ad nares materiã venire, ipsis sæpe manu attractis, curabat: imò eisdẽ naribꝰ aquã violaceã, in qua dilutũ erat parũ sacchari candi, adiecto quoq; exiguo succo betæ, nõ rarò attrahebat: & ex aqua decoctionis hordei, adiecto syrupo acetoso gargarizabat. tribus verò elapsis diebus, à deglutito bolo ex cassia ægyptiaca tãtùm melius habuit. Ex tunc ex atramento eiusdẽ cassiæ ægyptiacæ,

UVA. BHSC. BU 00033

ptiacę, aqua decoctionis hordei excepto, gargarismum parabat, & breui sanitatem obtinuit. Cæterùm nata proxenetæ Græci, duodecim annorum, qui ad fonticulum habitabat, in hãc eandẽ affectionem lapsa est, sed aliquãtulùm febriebat, & altera tonsillarum vlcere affecta fuit. Huic sanguis ex cephalica vena, in brachij curuatura secta, missus adyncias quinq; fuit, & gargarismo sequenti vtebatur. R. balaustiorum, citrinorum, rosarũ, plantaginis. ana pug. mediũ, hordei mundi. pug. vnum. calicum papaueris albi. drach. vna, libris tribus aquæ pluuialis omnia excipiãtur, & ad ignẽ fiat decoctio sufficiẽs, & coletur: cui adde, diamoronis, syrupi rosati simplicis, ana vnc. vnã, puluueris boli armeniæ pallidi, vnc. vnã. Misce, fiat gargarismus, & eo assiduò vtatur, post quẽ, vlcus ex melle rosaceo colatitio, adiecto puluisculo thuris, & prædicti boli armeniaci inungebatur: & tandem breui sanata est: veluti plures alij, vario tamen artificio. Vxor tamẽ illius, qui alituum Pernities vocabatur, post intensam febrem, vlcera quoque sordida in tonsillis passa fuit, pro quibus curandis, ad aquam ex sublimato, post multa & varia adhibita, confectam deuenimus, & sanata est.

UVA. BHSC. BU 00033

SCHOLIA.

NON discedam ab hoc loco, qu in oris totius partes priùs exactè percurram, vt tyrunculi eas in totum teneant, neque in eis nominandis errorem committãt. Dicitur igitur palatum totum fastigium supra linguam vsque ad fauces Græcis ὑπερῶα, sed Aristoteli οὐρανὸς, & Galeno nostro οὐρανισκὸς. Sequuntur fauces, fauces, Græcis φάρυγξ, quæ Galeno authore, libro quarto de locis affectis, capite quinto, vbi anginæ quatuor percurrit genera, sunt oris interna pars, vbi simul conueniunt, & gulæ & gutturis partes extremæ. Cæterùm, Græci φάρυγγα ἰσθμον appellant, in quo spacio Gurgulio & amygdalæ sunt, vnde nonnullis gurgulio siue gergareon isthmus appellitatur: quia inter duas cauitates, tanquam inter duo maria collocatur. Amygdalæ latinis tonsillæ & glandulæ dicuntur, Græcis ἀντίαδες & παρίσθμια duæ euidẽtes, & magnæ, totidem occultæ. Cæterùm, ne nominum vicinitate decipiaris, nota quòd à pharinge larinx multùm differt: nam pharinx (vt dixi) fauces sunt, larynx verò tracheæ arteriæ caput, siue gutturis nodus, qui nonnullis foras prominet, & bronchorum caput quoque vocatur, aut absolutè bronchus. Supra laryngem est Epiglottis, cartilago mollis, quæ laryngis operculum est: simile folio hederæ, factum à naturæ ad claudẽdam tracheam arteriam, ne cibus aut

potus

UVA. BHSC. BU 00033

potus illabatur rursus ad aperiendam eam in aëre attrahendo. Porrò Glottis, aliud quiddam est, lingula scilicet in orificio tracheæ arteriæ, qualis est in fistulis musicorum, rima duabus tenuissimis membranis facta. Cæterùm, pro curandis destillationibus aduertẽdum duximus: quòd à capite in fauces, & iugulum destillantes humores, nõ ita temerè & inconsultè gargarismis coercendi sunt, aut sistendi, ni suffocationis, aut anginæ immineat periculum: repurgato verò corpore, tunc etiam apprimè constringentibus tutò vti possumus. Non enim iam timor est, vt retenti & congesti in capite humores, decidant & ruant, & repentè suffocent, vt Mesue præ cæteris clariùs nos docuit.

Curatio tertia, in qua agitur, de Viro singulis mensibus, per hæmorrhoides, euacuationem siue sanguinis purgationem habente, vt mulieres per vterum.

IOannes Baptista Priopola, vir annos natus quinque supra quadraginta, & qui iam olim morbo Gallico correptus fuerat, tandiu per hæmorrhoides, singulis mensibus, vt mulieribus menstrua cõtingunt, sanguinis euacuationem copiosam habebat. Qui nũc, quũ illi ad aliquot

UVA. BHSC. BU 00033

dies constringeretur, nec solito modo flueret, ecce per os sanguinem absque tussi, & febri, subflauum & rubrum multum coaceruatim emisit: perterritus igitur hic, consilium petit, quo tantum fugiat malum. Ego omnia, vt decet, perpendens, iubeo hominem bono esse animo, ac illicò hęmorrhoidibus quatuor apponi iubeo hirudines: quę sanguinis vncias sex sugendo extrahant: quo verò modo, ex scholio percipies: posteà verò prę scripta optima victus ratione, syrupum ex endiuia, & fumaria herba, ac lupulis, earundem herbarum decocto dilutum, ad aliquot dies ebibit: hinc pharmacum, ex manna, rhabarbaro, & portiuncula electuarij Diaphiniconis constans: quibus optimè habere dixit. Ad plures tamen posteà dies conditum ex floribus fumariæ, saccharo, veluti floribus cichorij cõcinnatum ieiuno stomacho comedebat: superebibita aqua cichoreæ singulis vicibus, pauxilla, hoc enim ordine, sanguis cursum suum consuetum cõsequebatur: cuius fluxu hic optimè valebat. Alios tamen, hoc morbo affectos, notaui: quibus refrigerato sanguine, temporis successu, & ætatis ratione, sanguis ex se cohibitus est: & rectè habebant. Cæterùm, qui ob

hęmor

UVA. BHSC. BU 00033

hemorrhoidum solitum sanguinem restrictum, in capitis dolorem incurrunt, catapotia ex Aloë non lota deglutiunt, & bene habent: quia Aloë venę aperiuntur, & deinde sanguis fluit. Huic casui non ab re esset quoque annectere vnum vel alterum hominem: quibus singulis mensibus ex gingiuis ad radices dentium, absque dolore aliquo, sanguis exiit, qui si tamen ad aliquot dies moratur, & solito non respondet modo, in capitis dolorem incurrunt: ac sic eum ex gingiuis ipsis euocare necesse habent: ex iis autem studiosus quidam est. At ægrotus is, de quo agimus, elapsis postea multis diebus de totius corporis lassitudine conquerebatur: qua & sæpè in animi deliquium, & capitis vertigines incurrebat: adeo vt, ne in Epilepsiam incideret, aliquando, timeretur. Cæterùm, huius corpore expurgato per medicamenta respicientia humorem, morbum gallicum fouentem, illi decoctum radicis Synarum ad 24. dies dedimus: quo ita valuit, vt omnes ad huius decocti radicis potum inuitaret. At, præscribebatur huic, victus ratio hoc modo, in prandio turdum assum habebat, exceptum (ad stomachum dissolutum iuuandum) intinctu, siue sapore, parato cinna-

VVA. BHSC. BU 00033

momo, saccharo, & decocto eiusdem radicis synarum, tandem abstemius factus panis nautici vncias quatuor comedebat: & totidem in cœna, paucis cum vuis passis & amygdalis. Porrò vino, sale, & similibus (vt nostis) abstinebat, singulis tamen octo diebus, catapotiis purgabatur. Iis enim (vt dixi) pancraticè habuit. Sex tamen interiectis mensibus: hic, cùm ad comessationes, & intempestiua conuiuia suis cum congerronibus, & compotoribus frequens esset, ac semel alliis, & vino se ingurgitasset, repentè apoplexia enectus obiit.

SCHOLIA.

Quum sæpè hirudinibus vtamur. dignum quæsitu est, an deceat post earum admotionem cucurbitulam affigere, vt Galenus agebat, & agendum proprio quoque libro de hirudinibus suadet, ad leuandam scilicet, venenositatem ab ijs animantibus derelictam. Nos huic quæsito breuiter respondentes, dicimus, non opus esse, quando nos hodie eisdem vtimur, purgatis & à veneno alienis, quas pharmacopolæ vitreis vasculis diu asseruãt, sæpè affusa, innouataq; aqua. Cæterùm, in exercenda hac per hirudines euacuatione, vt omnes sciant, hunc seruamus ordinem. Postquam affixæ sunt, & sanguinis suctu

hirudines

UVA. BHSC. BU 00033

hirudines sanguisugæ dictæ tumefieri incipiũt, per medium eas forficibus præscindi mãdamus: nam tunc melius sugunt, & ex ægroto super perforata sede sedente, suppositã aqua calida sanguis in vasculum aut scutulam cadens, ea à nobis perscripta quantitate seruatur, vt posteà de eius colore & substantia iudicium feramus. Sed licet admirari hodie Bononiensium Medicorum quorundam stupiditatem, ne dixerim ignorantiam: qui indiscretè venas hæmorrhoidales phlebotomo aperiendas iubent, vos verò cauete, inde enim multa sequi mala, certum est: & scalpelli vice in aperiendis, & reserandis venis hæmorrhoidalibus, quæ ad anum terminantur, sanguisugis vtimini: vel saltem parietaria helxina dicta herba, aut folio ficus, vel simili alio, quibus fricto eo loco, sanguis prosilit, earum venarum reseratis osculis. Placuit autem nobis huiuscemodi euacuationis modum docere: quùm sciamus eam hodie apud Hispanos prætermissam esse, qua vtinam deinceps vtantur, & eam in praxim trahant.

Curatio quarta, de hectica febre, intromissa post longas alias febres.

IOannes ab Aegydio Gradu, Teutona, Antuerpiensis mercator, Vir annos natus triginta tres, longus, gracilis, & temperatura biliosus, quum in hyeme per

UVA. BHSC. BU 00033

duos vel tres menses, febribus laborarat; quas cuius naturæ essent, ad præsens referre non puto operæpretium, cum tamen hectica febri laborare primo occursu comperi. Nam macie affectus, ingenti febre laborabat, sed à prandio, hoc est, ab assumpto cibo, grauius & intensius à febri ipsa affligebatur: cui pulsus debilis & paruus, & subdurus quadam cum æqualitate erat, lotium verò tenue, lucidum, & subcitrinum, & (quod peius est) à Medicis pro deplorato derelictus erat. Ad hunc igitur ingressus ipse, eum dicto modo habere comperio: præter hæc etiã semper sudabat, sudore quidẽ frigidiusculo, & copioso, adeò vt duæ mulieres in eo abstergendo, pannis calidis, diu noctuq; continuò se fatigarent. Hunc igitur curaturus, cum sex res non naturales animaduerterem, eccę hunc ægrotantem, in cubiculo peramplo, & valdè alto iacentem, percipio: cuius cubiculi aër humidus admodùm, crassus, & frigidus erat: vnde non falsa coniectura deprehendo, quòd aëris frigiditas, quæ calidos vapores ex intima corporis parte, in cubili ad cutẽ delatos, attingebat, eos condensabat, & in aquam vertebat: vnde sudor cõtinuò huic, & madores copiosi,

hærẽ

UVA. BHSC. BU 00033

hærebant: pro quibus abigendis, sumo, sed graui & philosophico consilio (absit dicto inuidia) vsus sum. Focum namque ex accensis carbonibus, in cubiculum inferri iubeo, vt aëris huius frigiditas, maláve eius temperies contemperarentur. A quo illato, intra quatuor horas, videres rem incantamento similem, & illas duas mulieres applausis manibus omnia mihi fælicia precari, quòd tanto labore eas subleuarim: diu noctuq; enim (vt dixi) abstergendo eius sudore, magna angustia premebantur. Nam intra quatuor illas horas sudor hic continuus leuatus fuit, nec posteà illum amplius persensit. Vnde ægrotus ipse iam de me optimè opinari cœpit, & breui fore, vt à me sanaretur, pro certo habebat. His igitur perfectis, huius victum ita præscribo. Primùm cùm hic gracilis sit, vt obesior euadat, & pristinas recuperet carnes: multis, & optimis cibis vescatur oportet. Cæterum, cùm hi cibi dari debeant pro concoctricis virtutis tenore, & robore, ea de causa, maximo cum iudicio offerendi sunt: ad hęc, vt suis qualitatibus febri opponantur, & optimum adgenerent succum. Talia enim cibaria erant, ex pullo, aut capo, lactuca aut hordeo mundo incocto

UVA. BHSC. BU 00033

cocto absque sale, contusum, adiecta postiuncula ptisanæ optimè coctæ, aut amygdalarum & seminum melonis cremore, vel caprino lacte, ex quo gabatam iustam, frigidiusculo bibebat: & desuper parum pulli gustabat. Quæ omnia in cœna iterabat: sed interdiu condita saccharea gustabat, videlicet, lactucam, portulacam, semen melonis, cucumerem, citrulum, pyra moschata, & huiusmodi alia saccharo incrustata, vel parata. Et posteà id quod in potu continuò habebat, ebibebat: videlicet, aquam hordei, iulepo violaceo illi admisto, contusum ex pullo, adiecto cremore seminis melonis, cucurbitæ, vel citruli, aut lactucæ, vel papaueris & portulacæ, quo multùm oblectabatur, illi repetebant. Hic verò plerumq; noctu tres vel quatuor horas dormiebat, & quandoq; vigil manebat: sed tunc iusculis, aut contuso, semen papaueris albi, vnius vel alterius drachmæ pondere, infundi iubebam: sed eius vice, sæpè syrupi papaueris vncias duas, aqua lactucæ dilutas bibebat. Cæterùm, successu temporis ob epota medicamenta, stomachus laxior factus: prædicto contuso puluiseculum cinnamomi, & coralij, & margaritarum præparatarum, immisci iubebam,

ventr

UVA. BHSC. BU 00033

ventriculi ipsius roborandi gratia: aut portiunculam specierum Diamargaritonis frigidi: cuius descriptionem, à nobis euulgatam prima harum centuriarũ habetis: sed tunc exterius os ventriculi oleo mastichino fouebatur, vt inferiùs latiùs hęc patebunt: cætera verò quę ad sex res, non naturales, spectant, vt hecticis conueniunt, debito ordine habebantur.

BRANDANVS. Si verum est Medicorũ nostrorum axioma, contrariorum contraria sunt remedia, Hecticis aër conueniens, frigidus & humidus sit decet: vt qui æquali intemperie, calida sicca laborent: ad quid igitur ô Amate in hectici cubiculum ignes inferendos curasti?

AMATVS. Nunquam, me herclè, te tam lethargum, aut obliuiosum putaram, vt qui paucis anteà lineis à me signatam causam memoria deponeres. Norunt vel garruli barbitonsores, nedum cordati Medici hecticis aërem frigidum, & humidum conuenire, ignem tamen intra ægroti cubiculum inferendum curaui: vt aquea quædam, sed pessima aëri mista, humiditas expelleretur. Quæ frigiditati iũcta subleuatos, ex intima corporis parte, vapores in cute augebat, densabat, & in aquam vertebat: vnde ille madidus, & sudore

UVA. BHSC. BU 00033

sudore respersus continuò affligebatur. Vt duæ mulieres noctu diuq; id solùm agerent: vt eius sudorem detergerent. Solet sæpè, cameris occlusis, & in quibus iandiu ignis non fuit, similis vigere humiditas, vt docuit quoque Galenus libro primo de Sanitate tuenda, & eo magis si parietes noui sint, aut vasti & lati, vt in turribus & carceribus euenire videmus, qui sanè aër cutis poros obstruit, & magis obest, quàm prodest: vnde Galenus, aërem nimis frigidum hecticis tanquàm obnoxium detestatur. lib. decimo Meth. Med. & libris de diff. febriũ. BRANDANVS. Placent hæc, sed in illa domo vllá ne alia cubicula erant, in quæ ægrotans transferri posset? AMAT. maxumè, domus náq; quã bonus vir hic habitat perampla, & magnifica est: quæ ad porticum vbi Mercatores negociantur, & suis mercaturis operam dant, posita est: & nonnulla alia cubicula habet: sed cubiculo hoc quo ægrotus decumbebat, nec maiora, nec ita, vt illud, apta. BRAND. Cur igitur extra domum illam, atq; in aliam opportuniori aëre eum transferri nõ iussisti? AMAT. Cordatè ais, & eò magis quia Galenus vir medicus consumatissimus, Romæ sæpè ægrotantes nõ tantùm ex

UVA. BHSC. BU 00033

ex vna domo, ad aliam traducebat: sed extra vrbem eos ad alias longinquas regiones sanitatis acquirendæ causa, relegabat: vt ad Tabias, & longè distantem Syriam: aut (vt Celsus primo tradit) ex ipsa Roma, Alexandriam: quod Hippocrates ante omnes, vt Primus medicorū Parens docuit, dicens libris Epidemiorum, & Aphorismorum, solum mutare patrium, in diuturnis morbis, bonum. Is tamen ægrotus (vt paucis tibi dicam) extra domesticos lares migrare noluit: imò & ego cùm aërem correctam parato artificio viderem, non admodùm laboraui de eo ad alteram domum transferendo. BRANDA. optumè, ne grauere tamen, pro tua humanitate, nobis rationem medicamentorum, quibus hunc, veluti ex perturbato mari ad portum, incolumem & sanum perduxisti, recensere. AMAT. Lubenter faciam, & paucis absoluam, & eò magis quia in re graui, & difficili, hucusque morati sumus: item vt tu apud Britannos præsertim Bristolij similia rectè opereris. Primò igitur hoc descripsimus apozema: cuius in aurora sex ebibebat vncias, & ita habet. R. hordei mundi, vncias duas. foliorum boraginis, endiuiæ, cichoreæ ana pugillum vnum. prunorum

UVA. BHSC. BU 00033

norum pinguium, scbestèn, ana numero xij. sene drachmas duas, pimpinellæ pugillum medium florum boraginis, bugloſſæ, violarum, ana drach. vnam, ſeminis portulacæ, lactucæ, endiuiæ, papaueris albi ana drach. duas. ſeminis melonis mundi, vncias duas. In libris ſex aquæ, fiat decoctio ſecundum artis miniſteriũ, ad medias, facta colatura, & decenti expreſſione. adde, Syrupi de cichorea, de violis ana vnciam vnam. Miſce, fiat apozema, ex quo, ſingulis diebus in aurora ieiuno ſtomacho ſingulas ſex vncias bibat, & inſuper dormiat, tunc verò pectus vniuerſum, & coſtæ, cùm vniuerſa dorſi ſpina, hoc inungebantur vnguento.

R. olei violacei vnciam vnam & alterius mediam, butyri recentis, axungiæ gallinę ana vnciam mediam. Pauca cera alba, ad ignem fiat vnguentum molle. Cæterùm, hoc eodem tempore & ſequenti, curæ nobis erat, vt aluus reſponderet, præcipuè clyſteribus refrigerãtibus, ex aqua hordei, oleo violaceo, ſaccharo, & ouo, nonnunquã verò atramento caſſiæ ægyptiacæ adiecto. At, interdiu noctuque conditum hoc guſtabat. R. Sacchari roſacei, violacei, bugloſſacei, boraginacei, ana vnciam mediam. Sacchari candi,

drach.

UVA. BHSC. BU 00033

drach. quinque. pulueris coralij rubei drach. vnam. In mortario marmoreo omnia conterantur, & syrupo de pomis excipiantur, & fiat mistura: de qua per interualla gustet: & desuper aquam violarum & boraginis simul mistam pitisset: huius tamen misturæ loco, condita saccharea (vt dixi) comedebat, præcipuè quã do eam fastidiebat: ijs enim placidè ægrotus hic habebat, consueta tamen habituali febre infestus. Elapsis curationis diebus duodecim, ad balneum dulcis aquæ eum vocauimus: quod ita habet,

R. Foliorum endiuiæ, lactucæ, malue, hordei mundi, an. pugillos duos. In magno aquæ caldario pleno fiat decoctio sufficiẽs, & in cortina lignea, ad id parata, secundũ hominis longitudinẽ, infundatur, prædicta decocta aqua: & si opus fuerit, ex frigida illi adiũgas, vt tepida sedẽtis collũ vsq; attingat, in quod balneũ intrabat, & vniuersum eius corpus (capite excepto) magna eius voluptate, ad dimidiã horã, vel integrã, morabatur. Sed tũc quando ex cortina exire volebat, prædictum bibebat apozema: & frigida irrigabatur aqua, suadente ita Galeno, tandem leuiter corpore à madore absterso, eum dicto vnguento, aut simili inungi iube-

Galen.

UVA. BHSC. BU 00033

bamus: præcipuè circa spiritualia membra vniuersa,& dorsi spinam,& circa ventriculi os, ex oleo cotoneorum, & circa iecur, vnguento santalino. Sed tunc cùm cubile ingrediebatur, non dormiebat, quia à balneo somnus corpus emaciat. Elapsis verò aliis octo diebus, ventriculus debilis ei redditus est: vt ægrè concoqueret, & retineret, quæ comederat: imò ea ipsa citò per secessum remitteret, incocta,& non malè olentia, tunc ori ventriculi ceratum applicitum est hoc. R. Ladani optimi, benè & suauiter olentis, & quod ad caudelæ ignem facilè accendatur, vnciam vnam, rosarum rubrarum, thuris mastices ana drachmas duas, spicæ celticæ, indicæ, ana scrup. duos. Galliæ moschatæ Mesue drach. mediam, coralij vtriusque ana drach. vnam, & alterius mediam, terebinthinæ parum: misce,& ad ignem fac ceratum: & pano cocco infecto, ad scuti formam excipiatur, & ori ventriculi admoueatur: item, vt omnino os ventriculi robur acquireret etiam ferculis, quibus vescebatur,& actu parùm calida comedi debent, vt suadet Galenus libro decimo Methodi med. puluisculus is misceatur, Qui habet. R. Cinnamomi optimi drachmam vnam, corali

Ceratum Descriptio

UVA. BHSC. BU 00033

coralij rubri præparati, margaritarum præparatarum, ana drachmas duas. Seminis sumachiorum, drachmam mediã. Omnia subtiliter puluerizentur, & misceantur, ex quo puluere drachmam mediam pro vice, iuribus infundebat: sed audi, vt omnibus machinamentis ventriculo adiumentum præstaremus, initio prandij & cœnæ parum diacitonitis ex saccharo parati comedebat, & à potu decocti siue apozematis descripti, nostris monitis destitit. Porrò, quum sic aliquot dies maneret, & ventriculus robur adeptus esset, hic in tussim incidit, & in ore falsum saporem percipiebat, sed excreabat: & tunc syrupũ violaceum, & de succo farfaræ paratum, adiectis similibus aquis, in aurora bibebat, & interdiu & noctu, loch de althæa & farfara lingebat. Cæterùm, quum rectè à tussi valeret, à capite ad os excrementum descendere percipiebat, cuius portiuncula ad pectus quoque labebatur, & tussim irritabat: cõtra quam affectionem decoctum hoc parare illicò iussi. R. plantaginis, hordei mũdi, rosarum rubearum, violarum, ana manipulum vnum, seminis melonis mũdi, cucurbitæ, citruli, ana vnciã mediam, in libris quinque aquæ, fiat decoctio ad

VVA. BHSC. BU 00033

consumptionem duarum partium, facta colatura: adde syrupi rosacei de rosis siccis vncias duas: misce, fiat potus longus, cuius vncias quinque in aurora bibat, & subhinc dormiat. Interdiu autem diadragacanthū cum bolo armeno in ore tenebat, & aquam ex decoctione coriandri bibebat: & noctu diacodij simplicis rotulam vnam vel alteram drachmæ pondere gustabat, quibus breui à tussi & catarrho immunis euasit. Qua de causa, iterum ad consuetum balneum, eum traximus: in fine cuius vncias octo lactis caprini optimi, & calidi, recens emulcti, pauco saccharo fino adiecto, bibebat: à quo non tantùm balnei ratione, sed lactis ipsius causa, non dormiebat: quia post epotum lac dormiendum non est, nec exercitatio vlla corporis habenda ad quatuor saltem horas: vt meminit Aëtius sermone secundo, suæ medicinæ, capite 93. cui titulus est, de Modo, tempore, ac mensura vtendi lactis. Quum verò in lactis potu perseueraret, quod ex capra (vt dixi) erat, quæ lactucis, endiuia, cicorea, rubi summitatibus, hordeo, & similibus vescebatur: restaurans hoc conditum sæpe comedebat, quod habet. R. carnis capi iunioris, vncias tres: pistaciorum munda

UVA. BHSC. BU 00033

mundatorum & lotorum, amygdalarum d.lotarum. ana vnciam vnam, & alterius mediam, Seminũ quatuor communium frigidorum, ana vnciam mediam, specierum diamargaritonis frigidi, drachmas tres. Saccharo tabarzethico aqua rosacea dissoluto, ad ignem misce, & fiant morsuli tenelli. Iis enim, & optimo constituto victus ordine, à nobis perscripto, intra duos menses hic sanatus est, magna artis medicæ gloria: vt qui ab omnibus deploratus habebatur: nunc verò viget, & gaudet, & lactis potum sibi familiarem habet, vt omnes Teutoni solent: imò ex se non rarò balneũ parari iubet, in quod ingreditur: quia eo maximè delectatur.

Curatio quinta, de pleuritide, furculam, & scapulam dextram prehendente.

MVlier Illyrica, annos nata quadraginta quinque, & quæ iam consuetos menses amiserat, robusta, magna, carnosa, vt eam ex Gigantea prole quiuis diceret, in pleuritim incidit: nam furculam siue clauiculam cum scapula acriter dolebat, continua febri laborabat, nonnihil tussiebat: sed ægrè spiritum ducebat. Hanc igitur sic malè affectam vbi

UVA. BHSC. BU 00033

primùm vidi, illicò sanguinem ex axillari eiusdem brachij dolorem respicientis ad integram vsque libram emittendum curaui: post quam sanguinis emissionem fomentum exceptum filtro loco dolenti adaptabatur: habet autem fomentum sic, R. hordei mundi, matrum violarum, foliorum maluarum, camomillæ, branchæ vrsinæ, radicum maluauisci, parietariæ, rosarum, ana pugillum vnum, Seminis maluæ fænugræci. S. lini, ana pugillum medium, in aquæ libris decem fiat decoctio sufficiens: cui posteà adde olei violacei, rosacei, ana vncias duas: misce, & in ea filtrum imbuatur, exprimaturque: & dolenti loco calidum admoueatur, & iteretur. Ac posteà ex vnguento pectorali locus prædictus doloris inungatur: sed tunc syrupum violaceum, aqua hordei dilutum, in aurora bibebat: & interdiu syrupum eundem violaceum cochleari lingebat, aut loch ex althæa, vel farfara, & hordeaceam iulepo violaceo mistam bibebat: & panacellam simplicissimam penidiis paratam, aut ptisanam optimè coctam in victu habebat: iis enim ita gubernata, intra septem dies conualuit: clysteres tamen, quum opus erat, iniiciendos curabamus

UVA. BHSC. BU 00033

mus. Simili modo sanitati restituta fuit filia Marini, prædictæ mulieris vicina, puella septemdecim annos nata: quæ & ipsa, eodem die pleuritide correpta fuit. Veluti homo Antonij Carrionis, natus annos triginta, coloris ruffi, qui tunc ex Neapoli per Anconam, Bruias nobilem apud Flandros ciuitatem, patriam suam se recipiebat.

Curatio sexta, de sanguinis reiectatione, per interualla, simúlque de fonticulo in brachio adaperto, ad priscorum imitationem.

IOannes Baptista Vcelinus, iuuenis Florentinus, optimis litteris, & moribus apprimè imbutus, temperatura atrabiliarius, gracilis, collum oblongum habens, pectus admodùm strictum, capitis destillatione, subiectas corporis partes offendente, laborare solebat. Qui subinde per interualla, sanguinem per os reiectabat, absque tamen tussi, & anxietudine aliqua, paucum: aliquando satis floridum, & viuidum. Cæterùm, quum optimo victus ordine vteretur, & varia medicamenta, & remedia experiretur, & nihil

VVA. BHSC. BU 00033

commodi cõsequeretur, langueſcebat: & contra artem medicam, & eius miniſtros iraſcebatur. Perſit igitur, quum morbus ex ijs ſit, qui inducias præbeat, & temporis intercapedinem ponat, nec ſæuitiem, aut periculum aliquod ſecum afferat: ex latè patente, támque diuina arte remedium decerpamus: quo liber, immuníſque ab hac ſanguinis reiectione euadat. Ego verò, vt qui ſciam artem medicam vniuerſam perfici, vno ex tribus inſtrumento, ſuadente id ſæpè Galeno, & Auicenna, eius interprete: nempe, diæta, hoc eſt, victus ratione: medicamento, id eſt, remediorum potu & aſſumptione. & opera manuali, Græcis chyrurgia dicta: videns vtique nec diæta, nec pharmacis iuuenem hucuſque iuuatum: ad opus manuale, tanquam certum & à me, & cæteris hodiernis doctis Medicis, pro comperto remedio habitum, confugi. Id autem eſt, fonticulus paratus in brachio, tribus vel quatuor digitis ab humero, inter illos muſculos: qui in molles carnes habentibus, ſolo veſicatorio admoto ex cantaridibus pauculo cum fermento, & aceto parato, excitatur. Veſicula enim ex colcuata ſorticibus ſcinditur, & ciceris granum ſuperimponitur, & ſtricta

Veſicatorij forma

faſcia

UVA. BHSC. BU 00033

fascia superligatur: ita vt carnem penetret, & fonticulus adapertus maneat: sed ciceris posteà loco, pilula ceræ viridis, vel communis, introduci poterit, ægrotantis arbitrio. In ijs verò qui duras carnes habent, candente ferramento foramen excitatur. Sed in iuuene hoc vesicatorio fonticulus excitatus est, ex quo tantum iuuamenti cõsequutus est, quantum ipse votis cupiebat: bis tamẽ in die, manè & serò, fonticulũ illũ apertũ curabat, & à sorditie abstergebat, nouo sæpe mutato cicere. BRANDANVS. Hoc vnũ iampridem à te ô patrue amãtissime, scire vehè mẽtissimè desideraui, an prisci fonticulos hos, & ijs similes, grauibus in morbis, rebellibus & diuturnis admittere in corpore consueuerint? AMATVS. Extãt nepos charissime (vt paucis tibi respondeam) omnes ferè libri Medicorum priscorum, tam Græcorum, quàm Latinorum, qui testantur, quum grauis se offerret morbus, illicò ad cauteria, & excitata vlcera, authores confugisse: ex Græcis Hippocrates est, Medicorum omnium primus parens: dein Galenus eius maximus ampliator, & syncerioris medicinæ vberrimus fons. Tertius ante eum ætate, magnus rerum inuestigator, & singularis

UVA. BHSC. BU 00033

doctrinæ author Dioscorides est: cuius præclara in Hippocratem Commentaria, sua lingua conscripta, nunc Constantinopoli haberi, à fide digno homine accepimus: quæ nos omni diligentia, pro salute iuuanda humana, & arte ipsa medica amplianda, habenda breui curabimus. Cæterùm hos sequuti sunt posteà viri doctissimi, & eruditione multiiuga ornati, Aræteus siccam, nec adeò succulentam doctrinam præ se ferens. Paulus Ægineta, doctissimus vir, & qui Galenum in compendium redegit, vt Galeni simia dici rectè mereatur. Aëtius diligentissimus medicus, & qui ex multis & doctissimis libris, sermones in medicina sexdecim, vniuersam complectentes medicinam, compilauit. Alexander Trallianus, cognomento Medicus dictus, & meritò, vt qui suo iudicio multa arti medicæ adiunxerit: nec sic facilè omnes ante se imitetur: sed Galenum quandoque, recto cum iudicio, vellicet: & ab eius dicteriis meritò discedat. Hic, vt artem medicam rectè teneret, magnam orbis partem peragrauit: vt ex Græcia non modò in Italiam, sed in Galliam, & Hispaniam, & in Africam peruenerit: vt ex suis dictis elicitur. Magnus

UVA. BHSC. BU 00033

gnus Oribasius, cuius ex tam multis & vastis operibus, paruum volumen hodie tantùm habetur. Hi, & multi alij, quum in morbos graviores, & contumaces, ac curatu difficiles, ægrotos incidisse viderent: quos nec victus ratio, nec medicamenta vlla iuuarent: illicò ad imprimenda cauteria in capite, in scapulis, in brachiis, in spina dorsi, in cruribus, prout morbus postulabat, vnum, duo, tria, plura & varia pro mobi genere, & ægroti tolerantia, confugiebant: & vlcera incitabant. Hippocrates sic, post diætam multam, & medicamenta varia adhibita, ac lactarium propinatum, ad cauteria se diuertit, vt apud ipsum legere potes (vt cæteros suos libros taceam) libro secundo de Morbis: vbi præcipuè à capite morbos exortos, prosequitur: quo in loco crustas octo, ex vstione fieri iubet, duas circa aures, duas in occipitio, hinc atque hinc ad ceruicis nerum, duas in naso, ad oculorum magnos angulos: sed latiùs libro de Internis affectionibus. Qui sanè liber, totus vstionibus, & sectionibus scatet, sæpè autem pectus, & dorsum in eo Hippocrates vrit: & supra vsturā statim porrum multum, tritum imponere, per diémque

perma

VVA. BHSC. BU 00033

permanere iubet. Nos verò hodie butyrum per se, aut maluæ & oui vitello mistum superponimus: aut ex iis compositū, pauco oleo rosaceo exceptum. Sed in eo morbo, vbi medulla spinalis siccatur, præcipuè à Venere, varia cauteria affigi iubet: veluti quum renum morbos curat: videlicet ad scapulam, ad acetabulū coxæ, ad nates, ad medium femur, ad genu, ad malleolum, hac conditione: vt si carnosa fuerint loca, ferro vrātur: si verò ossea, & neruosa, ignitis fungis. Tu verò hodie dicas, aut causticis medicinis, vt oleo vitreo leo, id est, ex vitriolo, cōposito, vel oleo ex Mercurio, vel ex Antimonio, cōcinnatis: & chimica arte extractis: aut causticō medicamine, ex viua calce, & prima saponis aqua, cōflato: quod orbatæ officinæ pharmacopoliæ paratū, & promptum semper habent: vt varia alia silentio præteream, quibus opus hoc cōfici potest: sed ex cantaridibus vesicatoriū, adiecto aceto acerrimo, & pauculo euforbio, cum fermento paratur, satis bonum, & medicis vulgare. Sic autem, eodem libro citato Hippocrates, & splenem, & varia alia membra, quum opus est, vrit: vt libris Epidemiorum, & sexto Aphorismorum, & libro de Articulis: quem secutus Galenus

VVA. BHSC. BU 00033

nus idem facit, vt ex eo elici poteſt, prædictis commentariis ſupra Hippocratem: præcipuè libro ſexto de Morbis vulgaribus, & ſexto libro aphoriſmorum, aphoriſmo ſexageſimo, & libro de articulis, & libris de locis affectis, vbi propè genu crus, & brachium ad humerum inurere iubet. Quod Hippocrates, & Galenus, idem faciunt cæteri Græci medici à nobis citati: ex quibus vnus præ cæteris Paulus Ægineta medicus cordatiſſimus, & ſapientiſſimus libro ſexto ſuæ medicinæ conſulendus venit. Veluti & cæteri Romani medici, vt C. Celſus magnus Hippocratis imitator, in vniuerſo ſuo opere medico, præcipuè libro tertio, capite 23. in quo de morbi comitialis curationibus agit: & libro quarto, capite ſecundo, vbi capitis morborum curationes perſequitur: & cap. 22. eiuſdem libri quarti, quo docet vlcera à cauterio cõtracta diu aperta tenenda eſſe, quouſque morbus conquieſcat. Miſſos facio cæteros huius viri libros, in quibus id in primis agit: & magno ægrotantium iuuamento exercet. Idem agendum ſuadet author libri, cui titulus eſt Trotula, antiquis Romanis medicis adnumeratus. Idem Marcellus vir præclarus: idem Scribonius Largus,

vir

UVA. BHSC. BU 00033

vir antiquissimus: idem Plinius Secundus libris suis de re medica quinq;: idem Cælius Aurelianus Siccensis, medicus doctissimus & absolutissimus in quinque de Morbis cronicis libris: idem Theodorus Priscianus, scribens ad Timotheũ, ad Victoriam, & ad Eusebium: idem & Mauritanię factionis authores præcipui: Auicena quarta fen libri primi, & prima fen libri tertij, capite de Apoplexia: idem Razes, & Alzarauius. Sed ex ijs, & eorum sectatoribus, nemo est (vt ego arbitror) qui doctius, clarius, aut cordatius vno Albucasi, rem hanc tractauerit, in eo præcipuè tractatu: qui chirurgiæ Petri ab Argillata, adiectus est, & ab hinc vigintiquinque annos, varijs chirurgicis instrumentis pictis, Venetijs fuit excusus. BRAND. Optimo consilio hæc à te ô Amate dicta sunt, vt ea cùm mihi dabitur inuestigandi occasio apud præclaros hos authores percurrere possim: sed cùm ad opus deuenerim, vt operari sciã, dicas, (rogo) quibus nam locis sapientes hodie medici in cõtumacibus defluxionibus, & antiquis catarrhis cauterium admoueant. AMATVS. Hoc differenter, pro varia destillationis ratione, medici agunt: & (vt rem teneas) audi, in

iuuene

UVA. BHSC. BU 00033

iuuene hoc, de quo agimus, vt qui de-
stillatione antiqua laboret, fonticulum
in brachij dextri parte sylvestri, quatuor
digitos ab humero inter musculos ape-
rire iussi: & ita semper, vel maiori ex
parte, quum in brachio candente ferra-
mento, vel caustico medicamento vlcus
excitare decreueris, eo in loco fieri de-
bet: vt etiam superioribus diebus factum
esse vidisti, Sallustio Burquesio Viro no-
bili: & Coronelio Anconæ: cui ob defluxum à capite in pectus, & subiectas cor-
poris partes, duo cauteria ambobus bra-
chijs inflicta sunt, singulũ pro parte. Qui
sæpè voce priuabatur, & corporis fun-
ctionibus destituebatur, nihil proficien-
tibus medicamentis varijs, & potu aqua-
rum è thermis, tandem hodie fonticulo-
rum horum beneficio, ita rectè valet, vt
nunquàm melius: aliquando verò ad nu-
cam, quandoque ad scapulam, sed in cru-
ribus sæpè quoque fonticuli ij aperiun-
tur, sed præsertim in articulorum dolori-
bus. BRAND. Qua igitur parte in cru-
ribus parandi fonticuli ij sunt? AMA-
TVS. Non secus ac in brachijs, quatuor
digitos à genu, sylvestri in parte, inter
musculos, ad hos nanque fonticulos, hu-
mores soliti in pectus fluere per coxas, &

subiect

VVA. BHSC. BU 00033

subiectas corporis partes trahuntur, & per eosdem purgantur: vnde superiores corporis partes mundæ & liberæ euadunt. In vteri tamen vitiis, & affectionibus, interna potiùs cruris pars aperienda est, vt infrà dicetur. Cæterùm, cùm quatuor digitos dico, intelligas velim, plus minus pro corporis ratiõe, vel ipsius ægrotantis mensura.

BRAND. Beasti me ô Amate: vt qui hæc ita clarè docueris: vt iam deinceps non sit futurus medicus, qui ante oculos ea habiturus non sit: immo ijs & similibus tandiu à te edoctus ego, non verebor publicè Londini, aut Bristolij, apud Anglos: aut Olyssipponi apud Lusitanos: & Sanctere me mea patria, artem medicam exercere: sed vnum (vt ego reor) prætermisisti Patrue dulcissime, & est, an in commissura, coronali dicta, cauterium ignitum affigendum sit, præcipuè in desperato catarrho, vt omnes hodierni facitant medici. AMATVS. Id consultò prætermiseram: vt qui Secunda Centuria harum curationum quæsitum absolueram: & pro summa dixeram, in catarrho calido, à candentibus ferramentis, & causticis medicinis abstinendum esse: vt Alexander Trallianus, magno iudicio, con-

tra.

UVA. BHSC. BU 00033

tra Galenum conteſtatur. Quia humores magis igniti, fluxibiliores euadunt, & conſequens maius nocumentum inferunt: nec eſt, quod cauterij iuuamenta adducas: quando ea in humore calido nullius ſint momenti, ſecus autem in frigido. Nam cùm catarrhus à frigido humore pendeat, tunc commiſſuræ, ſine futuræ coronali, cauterium inditum, ſummum eſt iuuamentum. Hæc autem obiter ſint dicta, de cauterijs, & vſtionibus, dicturus tibi multò plura, cùm occaſio ſe obtulerit: præcipuè in coxendicum dolore, inurenda coxa, quum varient Authores. BRAND. Eò mihi gratius erit, quia cùm de hac re diſſerueris, illud Galeni, contra quoſdam medicos, ex commentario ſecundo, in librum ſextum de morbis vulgaribus mihi interpretaberis: quod à te pridem audiui, & mihi mente excidit. AMATVS. O, teneo id, quod cupis: eſt enim locus apud enarrationem nonam prædicti commentarij, quæ huic noſtro colloquio multum fauere videtur: in ea nanque Galenus vnum proponit, quod quidam cùm in coxendicum dolore, coxa inuſtus eſſet, illicò dolore liber euaſit: quæritur tandem quid in cauſa fuerit, quod dolor coxendicus leuatus

UVA. BHSC. BU 00033

ita breui post inustionem illam fuerit? cui quæsito respondent nonnulli, quòd huius rei causa fuerit dolor consequès inustionem, quod falsum esse Galenus tradit. Et eos, tanquàm in arte medica, & philosophia, parum exercitos detestatur: quum dolentibus, nullum dolor præsidium afferat: adferunt autem auxilium anodyna remedia, hoc est, dolorem leuantia, affectum tollendo, per quæ, multæ dolentes partes sanantur. Non igitur ob dolorem dolor coxendicus sedatus fuit, quia dolor exasperat, & magis contristat: ob inustionem igitur adhibitam, quam consequitur membri roboratio, & humoris dissipatio, & expulsio, & malæ qualitatis impressæ extirpatio prædictus subleuatus fuit dolor: nonverò ob dolorem, inustionem sequentem. Hæc enim tibi, satis ad præsens fore duxi: dicturus multò plura, cùm casus varij se nobis obtulerint.

Curatio septima, in qua agitur, de lumbricis cum febre.

FIlia Trapezitæ, qui ex Pisauro Anconam venerat, puella nata annos quatuor, obesula, & boni habitus: febri continua affligi cœpit. Qua, & per interualla, tremore quodam, vniuersum cor-

pus.

UVA. BHSC. BU 00033

pus corripiente, cruciabatur: quo inter dormiendum quoque vexabatur: & eò sæpè expergefiebat. Ad hęc, manus ad os, & nares sæpè admouebat: imò os ipsum sæpè aperiebat: per quod halitum, vermes præ se ferentem, expirabat: vt nunc puellam hanc vermibus laborare cum ingẽti illa febri, mihi certum esset: & eò magis, quia ante paucos dies, eorum nonnullos egesserat. Puellam igitur hanc sic afflictã considerans vesperi, quo tempore stomachus ieiunus ferè erat, sic illicò remedia illi paro. Et primò per os electuarium ex Rhabarbaro concinnatum, quod officinis paratum prostat, illi ebibendum tradidi: cuius descriptionem infra habes, & clysterem ex lacte injici curaui. Sic enim medicamentum habet, ex Rhabarbaro compositum. R. Rhabarbari, Agarici, ana vnciam mediam, spicæ celticæ grana octo, salis gemmæ, drachm. vnam, sacchari albi, libram vnam, aqua graminis sufficienti omnia excipiantur, & fiat electuarium: cuius dosis ad vnciam integram sit: re vera tamen sequens medicamentum hoc, interiectis nonnullis diebus, illi propinauimus. R. Electuarij de Rhabarbaro vnciam mediam, diasebesten lenientis, drachmas duas,

UVA. BHSC. BU 00033

Seminis sancti scrupulum vnum, cum aquæ portulacæ vncijs tribus: misce, fiat haustus vnus, à cuius potu, illicò ex lacte clysterium iniectum fuit. R. Lactis caprini, vncias decem, sacchari rubei vnciam vnam, vitellum oui vnum: misce, fiat clysterium. Porrò, medicamentum epotum, post horam euomuit, & parum egessit, vt nullum emisisse vermem, nec integrum nec comminutum (vt sæpè fieri solet) crederetur. Tunc victus, panis affusus iure pulli portulaca incocti, illi erat, cui aromatum vice, puluisculus coralij præparati, scordij, & dictami Cretensis erat: potus verò, aqua Coriandro incocta, pauco vino granatorum mista: sequenti nocte puella melius non habuit. Itaque parentes maximo dolore afficiebantur: in aurora verò clysterem parare iubeo, ex decocto coriandri herbæ, portulacæ, graminis & acetosæ, adiecta semiuncia hieræ picræ, & oleo violaceo & rosaceo, singulorum vncia vna, quo multa & varia egessit: tunc verò aliquantulum quieuit. Cæterùm, quum per vetulam quandam ceratum supra cor, huic admotum esset, ex aloë, myrrha, & alijs huiusmodi compositum: ecce autem fortè fortuna, caliditate, & attractione,

UVA. BHSC. BU 00033

ctione, febris intensè aucta est: vnde puella angi cæpit, & aliquantulum delirare. Tunc ad eam vesperi ingressus, eodem modo eam afflictam, & eius parentes non mediocriter turbatos reperio: qui tunc post varia vltrò citroq; dicta, ceratum supra cor applicitū illi esse, id quod anteà occultauerant, mihi significarunt: quo percepto, & deposito cerato: epithema (vt errorem à vetula commissum sarcirem) supra ipsum cor poni iussi: quod habet. R. Aquæ acetosæ, rosarum, portulacæ ana vncias tres, aceti rosacei, vnciam vnam, & alterius mediam, croci, grana. vj. specierum diamargaritonis frigidi, drachmā vnam, vini odoriferi optimi, vnciam vnam, coriandrorum præparatorum subtiliter pistorum. drach. vnam.

Misce, fiat epithema, & cordis regioni applicetur, & sæpè innouetur. Item, ori ventriculi remedium hoc applicitum fuit.

R. portulacæ pugillum vnum, & aceto acerrimo incoque, & sic tabefactam herbam ori ventriculi admoue, ijs enim remedijs febris imminui cœpit, & puella melius habere: tunc victus & potus, dictó modo erant. Re vera tamen vniuersam hanc curationem claudit bolus armeniæ verus: quem (vt verum fatear)

UVA. BHSC. BU 00033

nunquam anteà videram: & is est, quem tantoperè Galenus libro nono de Facult. simpl. med. ad varia morborum genera laudat: est autem terra hæc, meritò lapis cognominandus. Quum gleba terræ sit, grauis, coloris pallidi, saporis butyrosi, nihil arenæ referentis, odoris non injucundi: quam si in aquam infuderis, illicò vt calcem liquefieri videas, huius igitur scruptulum vnum, vel alterum in aqua acetosa, vel condito ex acetositate citri, puellæ dabamus, qua ex toto sanata est. Cæterùm, hanc siue terram, siue lapidem, siue lutum, siue bolum armeniæ appellauerimus, Galeni modo nihil interest, quæ dubio procul, vera & germana est: & qua olim Galenus vti solebat, præcipuè in lue pestilenti illa immani & sæua. Contra quam hodie Venetijs scentilliantem, vtinam medici Veneti ea vtantur, & in praxim trahant.

Curatio octaua, in qua agitur, de talpa siue talparia, hoc est, tuberculo cum cranei corruptione, quod ad melliceridas, vel atheromata, vel steatomata reduci iubet.

Filius

UVA. BHSC. BU 00033

FIlius Romerij chirurgici, qui posteà è carceris fenestra se præcipitauit, & miserrimè obijt, annos natus octo, gracilis, nec adeò bonæ temperaturæ, nullà interueniente extrinseca causa, per aurem absque dolore, anxitudine, aut febre aliqua, saniem multam emittebat. Cæterùm, anno post, huic in capitis laterali parte, tuberculum doloris expers, ni manu premeretur, apparuit: succedente verò tempore, puer febri correptus fuit: quem cùm pater infelix sic afflictum videret, eius tuberculum capitis aperire, multis cõuocatis chirurgicis & medicis, decreuit. Quo tandem aperto tuberculo, cranei magna pars corrosa, perforatáue conspecta est. Sed vice cranei exempti, sanies quædam carnis modo concreta, nata erat, quæ supra duram meningem sedem habebat: tertio verò die, ab hoc opere, quum chirurgus scalpro rasorio corrosas cranei partes adæquare tentaret, & nonnihil prædictæ concretæ saniei extraheret: ecce post peractam operationem, & puerum fasciatum, illico puer conuulsione & tremore correptus fuit: vt illico eum moriturum putaremus. Sed inde vtcunque roborato capite, ex optimis herbis parato emplastro, fota quo-

UVA. BHSC. BU 00033

que nuca oleo costino, & similibus, euasit. Sed tunc puer nihil gustabat, imo omnia fastidiebat, tandem sequenti die, eadem hora, simili aduentante paroxysmo: diem suum obijt. Quo die, in eadem domo puella quoq; , phthisi consumpta, mortua est.

SCHOLIA.

Qui practicas ex recentioribus scripserunt medici, tumores in capite vario modo appellant: videlicet, testudines, caries, rimas, & talpas, vel talparias, aut topinarias: quæ genera abscessuum, dubio procul, ad ea, quæ Græci atheromata, steatomata, & melliceridas appellant, referri debent, pro contenti ratione: de quibus Galenus 14. Methodi medendi tradit, & alibi sæpè, veluti & nos, qui eum pro viribus maximè imitari cupimus, his in Centurijs, fusè enarrauimus. Dicitur tamen tumor hic de quo agimus, talpa bene adaptato vocabulo, ab animalculo talpa, muri simillimo, sed visu carente: quod terram fodiendo, sub qua vitam degit, eam in monticulos, & eminentias leuat. Hunc ferè morbum Hippocrates describit libro secũdo de Morbis popularibus, cap. tertio, quem non lethalem esse tradit: & re vera, maiori ex parte ægrotantes ex hoc euadunt morbo: obijt tamen puer hic, de quo agimus, quia exedens materia non

UVA. BHSC. BU 00033

non solum craneum corrosit, sed duram meningemomo subtilem: & ipsam cerebri substantiam male affecerat.

Curatio nona, in qua agitur de verrucis in balano à coitu contractis, qui morbus Gracis Thymus fortassis dicetur.

Ascanius Bronchonius, nobilis Senensis, iuuenis viginti quinque annos natus, post habitum cum muliere coitum, verrucas in balano contraxit: cæteris sui corporis partibus rectè valentibus. Cæterùm, hic, quum ex membro virili fœdationem hanc depellere conaretur, ne fortè eius contagio reliquæ corporis partes fœdaretur, chirurgos & medicos accersiuit: qui post corpus sæpè expurgatum, & guayaci ligni decoctum ad multos dies ebibitum, & varia adplicita topica remedia, meliùs nō habuit: quum verrucæ semper fixæ manserint: si quando q; tamen remediorum vi delitescebat, breui posteà repullulabant: vt adquatuor menses morbus hic, sic progrederetur. Ad eum igitur ipse nouissimè accitus, post propinata catapotia à nitro dicta, quibus aluus optimè respondit, verrucas

UVA. BHSC. BU 00033

hoc remedio breui extirpaui, quod diligentissimè chirurgus nostris mandatis apponebat: habet autem remedium sic. R. Aquam argentariorum, quam fortem vulgò appellant, ampulla excipe, in quam frustula aliquot chartæ dentibus contractæ, & exactè masticatæ, ad minùs per horas duas macera: dein verò vnicuiq; verrucæ vnamquamq; dictę chartæ portiunculam adapta, pro loci, & magnitudinis ratione: butyri tamen recentis parum, aut vnguenti albi portiunculam, lineo panno exceptam, superpone: ipsis enim eradicatis, earum vestigia, ac derelicta vlcera, ex plumbeo vnguento ad cicatricem reducta sunt: ijs enim tantùm, intra paucos dies, hic ab hac sœdatione sanatus est. Qui postea (vt audio) miserè in bello Senesi interemptus est, magno parentum, & amicorum suorum dolore.

Curatio decima, de carneis excrescentijs, & ragadys quibusdam, intra anum ad primum intestinorum, adnatis.

FAbritius de Medicis, illustris familię, apud Florentinos, iuuenis, vnum de viginti natus annum, post habitum morbum

UVA. BHSC. BU 00033

bum gallicum, à quo curatus fuerat: intra anum carunculas, & ragades, rectum intestinum occupantes, ab eodem morbo derelictas, & contractas patiebatur: adeò sæuas, & malignas, vt quum egerere vellet ingentem inde incurreret dolorem, anxitudinem, & animi deliquium. Quo factum est, vt sæpè non nisi singulis sex vel octo diebus, egereret: ita enim hoc cruciabatur morbo: vt post consultos Florentiæ, & Senarum medicos, Romam venerit: vt illic quoque à doctis curaretur medicis. Quorum opera (vt paucis dicamus) nullum nobilis hic iuuenis iuuamentum consecutus fuit: sed in dies peius habebat: adeò vt Anconam se receperit, vt saluti consuleret suæ, eiq; prouideret: ad quem vocatus ipse, morbum considero talem, qualē à me descriptum perceperitis. Sunt namque intra podicem carunculæ, ficos referentes (nouistis autem locum hunc propitium ficis esse veluti & caput, non sunt tamen fici carunculæ hæ) quæ primum intestinum infestabant, varijs cum ragadibus: ob quas, quum egerebat, multùm dolebat. Causam porrò huius morbi referre, non puto operæpretium: pulcherrimus autem hic iuuenis erat, qui & morbo gallico infectus

UVA. BHSC. BU 00033

fectus iam fuerat: quantùm verò, ad curationem audi. Hic optima victus ratione, & subtili constituta, post eius corpus rectè præparatum, & purgatũ decoctum rubi viticosi ad triginta dies ebibit: ita enim sarzam parrilham vocitãdam meo in Dioscoride, primò sanciui: quum ex directo sarza parrilha, Romanis, rubus viticosus dici debeat: quæ (vt hodie compertum habeo) apud Dioscoridem smilax aspera appellatur: vbiq; planta obuia, in dumetis spina sua sæuiens: cuius radices rotundas, sed oblongas à Dioscoride prætermissas, sarmentis æquales hodie eradicamus, in totum similes ijs, quæ ex peru affetri solent: & Romæ, & Venetijs publicè venales habẽtur. Proinde, quum radices hæ iam hodie recentes vbiq; haberi possunt, non est, quòd ab India, & terra noua, eas amplius petamus. Gaudeant igitur Gallicana scabie infecti, quũ tam præstans antidotum pro ea domanda, tam paucis nummis paratum habeãt. Receptui igitur canentes, post epotum huius smilacis asperæ decoctum ad triginta dies, quo semper iuuenis hic optimè sudabat, rectè valere videbatur. Sed interim hæc machinabamur speculo instrumento ferreo, quod matrici adaptabatur:

VVA. BHSC. BU 00033

batur: vnde ſpeculum matricis nomen adeptum eſt, Latiniores ſpicilum oricularium dicunt, podex aperiebatur: & carunculæ rubricantes, & nigricantes, aqua forti argentariorum, aut oleo ex vitriolo, aut Mercurio, aut ex Antimonio, inurebantur: quæ facilè cadebant, ac poſtea balanum ex pinguedine porcina filo adligatum intromittebatur. Quod per diem integrum, ni egerendi neceſſitas impediret, retinebat: & toties repetebat balanum, quoties aqua illa, aut oleo inurebantur carunculæ. Cęterùm, apprimè extirpatis carunculis, Syphone hæc impellebatur aluminoſa aqua, quæ habet.
R. plantaginis, centumnodiæ herbæ, hippuris, roſarum rubearum, balauſtiorum, citrinorum ana pugillum vnum, radicis ſymphiti, Ariſtolochiæ rotundæ ana vnciam vnam, aluminis rochæ vncias duas in libris quinque aquæ, fiat decoctio ſecundum artis miniſterium, ad medias: & coletur, ac ſyphone impellatur: & (vt dixi) vlcera irrigentur. Poſteà verò balanis concinnatis ex medicinis propitijs nunc, nunc, dicendis, vlcera fouebantur: habēt autem balani ſiue glandes ſic. R. ſarcocollæ, myrrhæ, aloës, thuris, boli armeniæ pallidi & veri, pulueris radicis ariſtolochiæ

UVA. BHSC. BU 00033

lochiæ rotundæ, ana partes æquales, & decocto rubi viticosi omnia excipiantur: & formentur glandes crassitudinis, & longitudinis longioris digiti, medij dicti, quibus filum adaptabatur, extra prominens: aliquando tamen ex gossapio glandes filo prętensæ parabantur: quas ex vnguento plumbeo illini iubebamus.

BRAND. maximo iudicio glandes hæ pro hoc curando morbo excogitatæ absque sunt ô Amate: vt quibus intromissis, vires suas medicamenta super vlcera imprimere valeant diu. AMA. Solis iniectionibus, & insusis, Florentiæ medici, & Romæ, pro hoc curando iuuene, præcisis primò caruncvlis, vtebantur: quibus scopum nunquam attigerunt. Nos autem decocto huius rubi viticosi, dictæ similacis asperæ, ad triginta dies ebibito, & sæpè repurgato huius iuuenis corpore, subtili admodum victus ratione habita: & ijs paucis citatis remedijs, & nonnullis similibus: eum (vt nosti, & manibus tractasti) intra sexaginta dies pristinæ sanitati restituimus: nec postea vnquam repullulauit morbus.

Curatio

UVA. BHSC. BU 00033

Curatio vndecima, de febre interficiente grauibus & pernicioſis ſymptomatis.

DAuid Donius, vir probus, temperatura ſanguineus, renes calidos habens, veluti & iecur, obeſus, faciem ſatis rubicundam præ ſe ferens, ætatis ſuæ anno quinquageſimo ſecundo, febribus laborare cœpit. Qui cùm per medicum tractatus eſſet, ad octauum diem, optimè habere dixit. At medicus multò plura machinari volens, quàm aut morbo, aut ægrotanti conueniret, nono die, illi valdè potens purgans pharmacum obtulit: quo multa egeſſit, & breui malè habere cœpit: delirabat: intenſè, & continuò febriebat: & ſudore frigido eius vniuerſum corpus irrigabatur (vt eo die ad eum vocatus exactè deprehendi, & vt ab aſſiſtentibus & familiaribus accepi) non multùm à ratione diſtrahebatur: quia circa res, de quibus non diu antèà tractauerat, eius erat ſermo. Huic lotium cruſſum, turbidum, & ſubalbidum erat: quo & pulſus vtcunque conſtabant, & ad oblata benè recteq; habebat. Cæterùm, quum hic poſt miniam humorum excretionem, malè habere viſus eſſet, ad ea remedia,

quæ

VVA. BHSC. BU 00033

quæ conueniunt vitijs, & ſymptomatis, à medicamento poſt purgationem derelictis, confugere viſum eſt, pro vt medici actitant: & Ioannes Meſue vir doctiſſimus, omnibus ſuis numeris abſoluit, quarto theoremate libri ſui primi. Erant autem ea remedia, (vt paucis dicam) hirudines venis hæmorrhoidalibus applicitæ: cucurbitulæ ſcapulis admotæ, epithema vniuerſum pectus refrigerans, & aliud quoque renes reſpiciens: ad hæc, clyſteres alterantes, & corpus ad frigidum trahentes: oxirhodinum capiti admotum, & ſimilia. Sed victus quoq; huic, contuſum ex pulli carnibus erat, duabus ptiſanæ rectè paratæ adiectis portiunculis: cui ſæpè ſyrupum de papauere miſcebamus: aliquando verò eiuſdem papaueris albi ſemen, põdere drachmę vnius. At, poſt ebibitum contuſum, ita (vt dixi) ptiſanæ miſtum, iure optimo pulli offas imbutas comedebat: & tunc aquam hordeaceam iulepo, & vino granatorum acetoſorum miſtam ſuperbibebat. Porrò, phrenitis in dies perſeuerabat: qua de re, abraſis capillis, embrocha, ſiue irrigatione caput eius præcipuè anterior pars, ſinciput dicta, ex alto irrigabatur: vt optimè agẽdum ſuadet Galenus libro tertio

decimo

UVA. BHSC. BU 00033

decimo Methodi medendi, capite 22. Et posteà ex vnguento populeo caput inungebatur: & quandoque ad pileum, ex ranis consitum viuis, deuenimus: qui vniuersum caput prehendebat, veluti ad pullos dissectos innato suo calore calentes: quibus sic dissectis, hyosciami succus affundebatur. Sed vice pullorum gallinaceorum, vel columborum, animalium pulmones calidi, prædicto fomento imbuti, apponebantur. Quæ omnia remedia nihil profecerunt: quinimò in deterius vires labebantur: & morbus præualebat: adeò vt à prognosagio habito, hic quartodecimo die obierit.

SCHOLIA.

In dubium verti posset, num ægrotus hic ob violentum & acre propinatum pharmacũ, diem suum obierit? demùm (vt coniecturis assequi possumus) cum Galeno dicemus libro De const. artis medicæ, vt humor intus latitans, & fortè principem partem offendens, repentè ab ea ad membrum ignobile defluere poterit, & tunc æger pro deplorato habitus rectè valideque habebit: ita contrariò euenire sæpe, vt humor partem ignobilẽ obsidens, repente ad principẽ ruat: vnde repentina & nõ cogitata mors subsequitur: vt huic Hebræo euenisse credendũ est. Quo factum est: vt ab Hippocrate rectè dictũ sit, Acutorum

VVA. BHSC. BU 00033

morborum nō omnino certa esse præsagia ad salutem, vel ad mortē: fuit tamē pharmacū obitus ex parte causa, cùm humores ad motum cōcitauerit, viresque deiecerit: & eas ad prestrationem traxerit: Caueāt igitur Medici de dandis potentibus & magnis purgationibus, febribus in cōtinuis, malignitatē præcipue præ se ferentibus: quoniam vt ex Galeno audistis lib. 2 aphor. enarr. 22. Euacuatio nimia morbum parit: vnde Auicenna eius interpres fen. 4. primi libri, capite 3. rectè ait, Euacuatio superflua secundum plurimum febres gignit, & ob hoc, inibi inquit, residuū materiæ dimittere, quod etiā necessum erat euacuare, minus noxiū esse, quàm cōfertim euacuare. Quæ omnia Diuus senex, duobus verbis antè docuit: quum dicat, euacuationes quæ ad extremū deducūt, periculosæ: rationes verò, hæc omnia roborantes, vt lectori notas prætermitto.

Curatio duodecima, de Abortu, & symptomatis posteà exortis.

VXor Moisis Iobij, mulier sanguinea, annos nata quinque supra viginti, quum vterum ferret, vnius mensis fœtū, vel veriùs cyema, id est, cōceptum, abortiuit. Ab abortu nihil ex ea sanguinis effluxit, sed validè habebat, rei tamen euentum timebat: quia intus alterum fœtum habere, obstetrices in dubium

UVA. BHSC. BU 00033

bium vertebant. Ego verò parum sanguinis ex pedis vena extrahi oportere contendebam. Cæterùm, quum mulier optimè rectéque haberet, absque opera aliqua transegimus. Elapsis verò triginta diebus, ecce mulier hæc circa ilia dolere cœpit, absque febre tamen: pro quo remouendo dolore, sanguinis emissione, ex vena pedis vsi sumus, & fomentis debitis, quibus optimè habuit. Cæterùm, tertio die post dolorem, ad pectus circa mammam intensius doluit: ad hæc, tussiebat, continuò febriebat: & difficulter respirabat, ac capitis anteriorem partem dolebat. At tunc, vt pleuritide affecta, tractata, curatáque est, & sanitatem obtinuit: perdurauit autem morbus ad viginti quinque dies.

SCHOLIA.

In sedando quouis dolore, dignũ quæsitu proponitur: an primo vti debeamus fomentis & medicamentis anodynis, hoc est, dolorem sedantibus: & postea sanguinis missione, vel potius cõtrariò, regulata cura, & vera incedendo methodo, vbi & sanguinis missio, & fomentorum vsus, tutò admitti possunt. Huius nanque dubij author Auicẽna præcipuus est, vt qui fen. 4. libri primi sui Canonis, cap. 3. dicat. Cæterum, sum ad locum remotũ materiã reuollere inĩedit,

UVA. BHSC. BU 00033

mitiga prius dolorem loci affecti: sic enim minor fiet tractionis violentia, cum dolor ipse trahat. Quæ verba, primo capite eiusdem partis idem Auicenna memoriæ cõmendauerat, dicẽs, At cum ad contrarium locum reuellere desideras, primò quidem dolorem illius particulæ à qua retrahitur: mitiga, & cætera. Et inferius subdens repetit, vbi morbus coniunctus fuerit dolori, aut causæ doloris, vel inferẽti dolorem, vt est vulnus vel casus, tunc à mitigantibus dolorem inchoandum est. Hæc Auicẽna ex Hippocrate desumpsit, libro secundo de Ratione victus in morbis acutis, vbi priusquam in pleuritide sanguinem mittat, enixè variis fomentis dolorem sedare conatur, præcipuè anodynis, hoc est, verè dolorem sedantibus medicinis. Quæ temperatæ esse solent, vel saltem primum caliditatis nõ excedunt gradum, & cutim ipsam ad perspirationes rariorẽ efficiunt, humoremque inflatum dissoluunt: vt sacculus ex milio semiplenus, vel ex furfure & sale: aut ex semine lini crudo cõpositus: aut vesica semiplena decocti camemillæ, seminis lini, maluæ, radicũ malnauisci, anethi, & similium, adiectis adipibus vt gallinaceo, anserino, vel oleis camemillino, sesamino, anethino, rosaceo completo, & de semine lini. Vel horum vice, vnguẽtis lenientibus, & dolorem mitigantibus vtimur: quia doloris locus tensione affectus quum sit, oblinitus laxatur. Sed hæc vltima foris appli

cita

UVA. BHSC. BU 00033

cita fortè respondèt illis, quæ sua mistura humorum acrimoniam temperant: vnde Galenus Commentario sexto in librum sextum de morbis vulgaribus, Enarratione quinta, inquit: Frequentissimus est apud Medicos fomentorũ mẽbris dolentibus vsus: nã & cõtenta laxat, repleta euacuat, refrigerata calefacit. Refrigeratione autem rarius ad partium dolores tollendos vtimur: vtpote, quæ exteriorẽ superficiem cõdenset: & proinde diffl ationes impediat, intẽtáque tensiora reddat, & cætera. Nos igitur fomẽtis anodynis prædictis vaporem exitum non habentem discutientibus, primo occursu pro sedandis doloribus vtimur: item quia humorem ita sæpe inflatum dissoluunt, vt opus compleat, nec sanguinis missione, aut alio remediorũ genere vti opus sit. vt verè remedium hoc non solum tentãs (vt neoterici putant) sit dicendum, sed magis curans. Sed id quoties molimur, regulata methodo, & non violenta operamur: quoniam aliquando ita vrget dolor, vt ad narcotica impropriè anodyna appellata, affectu pro tunc neglecto, recurrere cogamur: vel auersionibus & euacuationibus ante eius admotionem vtamur: vt inferius latius docebo. Cæterùm, fomẽtis acribus, & potẽtibus, dissoluendíque potentiam habentibus, opus hoc non aggrediemur: quoniam, vt Galenus indicat, & experientia ipsa rerum magistra attestatur: ad se multùm trahũt: quo fit, post exercitus

UVA. BHSC. BU 00033

ac celebratas vniuersales euacuationes, ipsis vti debemus, vt ex libro tertiodecimo Methodi medendi, capite 22. docemur. Porrò internis in doloribus secus est, vt colicis affectionibus, pro quibus domandis, præcipuè si à frigido euenerunt, Galenus acribus & potentibus illicò vtitur, vt oleo in quo incocta sunt semina apij, petroselini, cymini, etiam æthiopici dicti, fœniculi, sisonis, anisi, libistici, seselis, dauci, & spondilij: quibus & rutam addit, & lauri baccas, & fœniculum, veluti bitumen & oleum laurinum, & alia huiusmodi: vt iam videas mutari curationis materiam pro differentia locorum affectorum, vt peramplè docet Galenus libro 2. ad Glauconem. Porrò, si anodynorum applicatione dolor non delituit, sed potius magis increbuit: tunc ad sanguinis missionem, si modò casus efflagitat, veniendum duximus: quia defluxus maior & copiosior ad locum doloris est concitatus. Cæterum locus exposcit, cur in diuersionibus, dolorem primò sedare debeamus, rationem reddamus: pro quo absoluendo dubio, vt Auicennam quoque rectè teneas, audi, Auersio, humoris ad alia loca cõuersio est: quæ sanè auersio veluti genus est ad reuulsionẽ & derivationem, vt ex Galeno desumitur libro quinto Methodi med. capite tertio, & libris eiusdem voluminis, 14. cap. 8. & lib. 13. cap. 11. do quibus multa, varia, & pulchra leges in Cõmentarijs nostris, in

Auicen

UVA. BHSC. BU 00033

Auicẽnæ Fen quartã libri primi. Curamus autẽ nos Vgonẽ, & sibi similes homines è scholis detrudere: vt rei medicæ studiosi in totũ solidiorẽ medicinam: vtpote Galenianã teneant: sed de iis aliâs. Nunc autem ad dubium respondentes dicamus, Auicennam responsum, cap 3. à nobis citato, iam dedisse: sic enim Auicenna citato loco ait, Cæterum, cùm ad locum remotũ materiam reuellere intendis, mitiga prius dolorem loci affecti: sic enim minor fiet tractionis violentia: cùm dolor ipse trahat. Iu enim verbis Auicenna rationem reddit: quare in reuulsione, stante dolore, ipsum prius sedare debeamus: quia reuulsio attrahit materiam, quæ est in fluxu: dolor verò eam quoque ad se attrahit: quia attractio à dolore, calore, proprietate, & vacuo (vt nosti) fit, vnde ex ista varia attractione, maxima oritur contrarietas, violentia, alteratio, ac materiarum concitatio, & eò maior, quò dolor potentior in attrahendo ad se fuerit: reuulsio verò generosior in retrahendo. Vnde (vt mea fert opinio) Auicennæ sententia de ea præcipuè intelligenda venit reuulsione, quæ absque euacuatione fieri solet, vt cucurbitulis, frictionibus, vinculis, sinapismis, & dolorem inferentibus remediis. Nam in ea, quæ cum vacuatione molitur reuulsione, tam & si optimum sit primò dolorẽ sedare: vt ex Hippocrate docemur: nõ adeò tamẽ vt in illa, quæ absque vacuatione fit, necessariũ est,

UVA. BHSC. BU 00033

quippe reuulsio cum vacuatione non solum humorem fluentem retrahit: sed etiã eum fluxum, qui locum obsidet, & dolorem infert, & eò magis quò vacuatio copiosior fuerit. hinc enim à Galeno, tanquam ex tripode aureo, proditum est, libro primo aphorismorum, Enarratione 23. In maximis verò doloribus nullum maius inueni remedium, quàm vsque ad animi defectionem euacuare. Cæterùm, quòd hæc eadem sit Auicẽnæ mens, deprehẽdet ille, qui eius penitius tenuerit verba capitis tertij adducti, quæ ita habent, & citatis sunt continua. At cum grauiter trahitur ad locum, ad quem trahere cupis, non properes importunè: fortasse enim huiusmodi vrgens infestatio mouebit materiam, eámque attenuabit: & non trahetur, imò ad affectum locum facilius reuocabitur, & cætera. Per quæ sentẽtia nostra manifesta euadit, videlicet, quòd Auicenna intelligendus venit potissimùm de reuulsionibus, quæ absque vacuatione fieri solent: tunc enim primò medicus omnibus conatibus dolorẽ placare eniti debet: quanquã nõ rarò eueniat retractionibus solu dolores sedari, vt in cordis pressuris, angustiis, & doloribus affixæ cucurbitulæ euenit: & hodie in muliere, quæ pueros prima literarum elementa docet, contigit: nec minus in colicis affectibus hæc venire quoq; seruamus. Quanquã Galenus pro eisdem curandis, primò anodynis tam intus assis, quàm

VVA. BHSC. BU 00033

quàm extra applicatis veluti calfaciẽtibus, extenuantibus, & rarefacientibus, vtatur: posteà ad cucurbitulam magnam multa flamma ignitam recurrat: vltimò verò ad stuporem inducentia medicamẽta, vt libro Artis curatiuæ ad Glauconem legitur. Nam libro 12. Meth. med. hæc à nobis in præsenti proposita, Galenus ipse disputat, & tractat: quem legere ne pigeat.

Curatio tertiadecima, in qua agitur de febre cõtinua ex repletiõe orta

IAcobus sororius Vincentij à Chio, militis Lauretani, vir quadraginta septem annos natus, pinguis, carnosus, temperatura sanguineus, post multa comesta & bibita, in febrem continuam incidit: capitis totius quadã cum grauedine, & ipsius partis anterioris non exiguo dolore. Huic occurrens ego, illicò vomitorium pharmacum obtuli, quod nihil vomuit, qua de re minorãs hoc pharmacũ illi propinaui. R. Syrupi rosacei solutiui, vncias tres, electuarij de prunis non solutiui drach. tres, diapheniconis drach. vnam, & alterius mediam, decoctionis sene vnc. quatuor: misce, fiat potus, quo sanè aluus optimè respondit: sed inde febris increbuit: nullo alio grauante symptomate. Nã hic parũ sitiebat, & noctu dormiebat:

UVA. BHSC. BU 00033

tertio verò die lotium non admodũ rubrum apparuit, sed substantia mediocre erat, & in eo nescio quid nubeculæ pẽdebat: affligebãt nanq; tunc febres hominẽ acriter, & vires constabãt: qua de re deonerata per clysterem aluo, sanguinem ad libram integram emittere iussi. Qui sanè sanguis in totum putrefactus apparuit, à cuius extractione perinde æger, vt anteà habuit: proinde vesperi ex eodẽ venę vulnere, iterũ sanguinem fluere in duas permisimus puluiculas: in prima quarũ sanguis infectus quoq; apparuit: sed secundæ peluiculę sanguis corruptione omnimoda vacabat. Vnde iudicio habito, prę-sagiui hunc breui ad sanitatẽ rediturum: quarto die febris eodẽ modo erat, & cætera illi annexa: cęterùm in lotio pendẽs nubecula maior conspiciebatur: vnde bono animo vxorem & assistentes esse iussi. Quinto, peius habuit, & nocte anteà nõ dormierat, pulsus tamen fluctuosi, vndosique inter currentes, quandam præ se ferentes vehementiã erant. Sed ecce, in fine quinti, sudor copiosissimus, vniuersum eius irrigans corpus, superuenit, quem tres vel quatuor horas tulit: post quas, arteriæ in genere quietis rariores erant, in genere verò motus tardiores, & demũ in

genere

UVA. BHSC. BU 00033

genere rhythmi, pulsus si nõ eurythmus, hoc est consonus, saltem pararhythmus, id est, mediocriter consonantiæ accedẽs, dicendus erat: exterius tamen carnes bene calebant. Sexto febris parua erat, sed vesperi nulla, Septimo bene habuit: octauo, pharmacum ebibit hoc. R. Rhabarbari optimi bene contriti drachm. vnam, & alterius mediam, in aquæ endiuiæ vnciis quinque per noctem macera, dein in aurora exprime optimè: cui diluto adde, mannæ electæ vncias duas, Electuarij lenitiui, dicti diasene lenitiui drach. sex, electuarij de dactylis, drach. duas: misce, fiat hausus vnus. Quem in aurora bibat, & sub eum dormiat: quo aluus optimè respondit: & tunc pulli gallinacei gustauit carnes, & vinũ optimè dilutũ ebibit: quũ tamen antea sola panatella, & ptisana, & aqua decoctionis hordei per se sola, aut saccharo, aut iulepo, aut vino granatorũ mista ageret, nono à leuante iniecto clysteri, & postea saccharo rosaceo gustato, rectè habuit, decimo, tauricè valebat.

SCHOLIA.

Huic ægroto pendens nebula in vrina, quarto die apparuit salutis (vt omnes nostis) signum euidens: cæterùm quinto sequenti die, peius habere visus est: pulsus tamẽ vndosi, & intercurrentes

UVA. BHSC. BU 00033

rentes, crisim futuram præ se ferentes, erant: & eò magis, quia ictuum vehementiam undosi ij pulsus comitabantur, iudicium validæ & potentis facultatis: vnde Galenus lib. 2. de causis pulsuum, capite octauo, prope finem, inquit, Nam validam facultatem habet vndosus pulsus, quippè magnas sic partes arteriarum poterit attollere. Hactenus Galenus, quē tu intellige de vndoso pulsu eueniente ab humorum multitudine, cùm quandoq; euenire soleat, à mollitie arteriarum ob nimiam humiditatem emollitarum, id quod Galenus ipse fatetur lib. 2. de præsagitione ex pulsibus, capite nono: in quo & de vndoso, & vermiculante agit pulsu, ita inquiēs: Aliud ad superiora genus est inæqualitatis in vno pulsu, quod non raro animaduertitur, nec in paucis affectibus: imo præter cætera frequenter, atque in multis, inuenitur hoc, tum, cum arteriæ propinquior pars principio prius mouetur: in quo genere vndosus, atque vermiculans pulsus sunt: quos mollis arteria, & facultas non valida constituunt. Ac vermiculans non modò non validam, sed & infirmā facultatem denunciat: vndosus interdum hoc ipsum duntaxat, significat non firmam esse: non statim tamen infirmam: interdum etiam mediocriter firmam, cum præsertim decretorium sudorem promittit: in humidis enim inuenitur, & pituitosis morbis: cùm ipsa solida corpora, nimia humiditate imbuta, emollita

UVA. BHSC. BU 00033

lita sint. Id quod potissimum accidit in morbis lethargicis, & febribus quotidianis, illisq; etiam, quas palustres, & typhodes appellant: iam etiam tarditatem, & raritatem, magnitudinémq;, pulsus in ijs omnibus acquirit: qui si præterea altitudinem, & vehementiam nactus sit, decretorium sudorem significabit: magis hic sperandus est, si plures vehementes, & alti appareant, quàm contrarij. Qui si æqualiter appareãt, salubrem simul & breui sudorem promittunt: maximè si indicia appareant concoctionis morbi. Hæc Galenus, in quibus hæc (vt noscitis) traduntur, primò quòd vndosus, & vermiculãs pulsus sub genere inæqualitatis in vno pulsu, & non in aceruo continentur: de quo genere quum dabitur occasio, multa, & præclara dicturi sumus. Secundò traditur à Galeno, quòd pulsus ij, vndosus scilicet & vermiculans, eueniũt à molli arteria, & facultate non valida: sed hic deest tertium ab eo dictũ lib. 2. de causis pulsuum, cap. 8. à quo quoq; vndosus pulsus euenire solet, scilicet humorum copia, ita enim ille. Causæ sunt illorum generationis, facultatis imbecillitas, vel copia humorum, vel summa instrumentorum mollitudo. In quo capite, (vt obiter hoc scitu dignum tradam) Galenus contra Erasistratum agens, pro firmo tenet omnes arteriarum partes, eodem dilatandi tempore: adeo vt cordi viciniores non primò moueãtur, quàm ob eo distantes. Tertiò traditur

UVA. BHSC. BU 00033

ditur à Galeno, vermiculantem pulsum semper arguere facultatis imbecillitatem, vndosam verò potius vehementiam, & eò magis si in eo altitudo, & vehementia fuerint. Tunc enim decretorij sudoris indicium est: & eò certius, si concoctionis signa præcesserunt: vt in hoc nostro ægrotãte euenisse percipitis. Qui si quinto die malè habere videbatur, & in symptomata deuenit: ea omnia futuræ crisi tribuenda esse, ex Hippocrate didicistis, libro Aphorismorum, cùm dicat, quibus crisis fit, ijs mox antea difficilis est. Prudens igitur, & exercitatus, ac generosus sit medicus oportet, vt similia adipiscatur, teneat, & non turbetur: immo futuros euentus tanquã præsentes habeat: & de eisdem præsagium verum, tanquàm de rebus euidentissimis, ferat. Quæ omnia facilius consequetur, si modò pulsuum omnes numeros, & differentias varias memoria tenuerit. Proinde ne sic ab vndoso, & vermiculãte discedamus pulsu, scias velim, quòd vndosus pulsus ab vndarũ similitudine dicitur: vermicularis verò à vermibus præcipuè reptilibus. Qui cùm mouentur, vndarum quoque modo mouentur, debilius tamen, & obscurius, & ea de causa vermicularis pulsus facultatis imbecillitatem insignem semper arguit: qui etiam sæpè sine febribus, solet largis euacuationibus succedere: vt memoriæ commendauit Galenus libro 2. de præsagitione ex pulsibus, capite citato nono. Cæterùm, vermicularis

hic

UVA. BHSC. BU 00033

hic pulsus, si in extremam incidat debilitatem, paruitatem, & frequentiam, iam tunc non vermiculans, sed potius formicans appellabitur: in quem sæpe labuntur ij, qui iam propè ad obitum veniunt.

Curatio decimaquarta, in qua agitur, de miro quodam artificio ad recuperandam vocem, in totum amissam, propter vlcus palato innatum.

GRæcus nobilis, & qui à Græcis imperatoribus originem trahere se iactabat, varijs vlceribus à morbo gallico contractis, scatebat: à quibus optimo, sed subtili constituto victus ordine, & ebibito Guayaci decocto ad quadraginta dies: ac posteà à ceratis cruribus, & brachijs, ex mercurio impositis: & posteà iterum repetito guayaci decocto, sanus euaserat. Vno tantùm vlcere, in alta palati parte, permanente, quod nullis medicamentis cicatricem duxit: immo ibi perpetuum foramen relictum est: ob quod, vir hic in totum vsum linguæ, & vocis amiserat. Quo tamen modo tanto malo occurrimus, & vir cõmodè loqueretur: attendite: mirum nanque artificium hoc excogitó

UVA. BHSC. BU 00033

gito:quo ita rectè & concinnè posteà loquebatur, ac si nihil mali vnquã haberet: habet autem artificiũ sic. Ex auro capitatum clauũ per aurificẽ parari iubeo:claui caput erat rotũdum latum, vt vniuersam foraminis circunferentiã contegeret:cuspis verò parua admodùm,& rotunda:in cuius medio auricula, lentis modo, prominebat: in hac igitur claui cuspide, siue spica,spongiola adaptabatur,quam simul intra foramen ægrotus mittebat:quæ humiditate tumida,inibi fixa manebat: vnde ita elegãter loquebatur,ac si nihil mali haberet.Dein verò singulis diebus,bis, vesperi scilicet,& manè, instrumentũ deponebat,& spõgiolam lauabat, & digitis comprimebat,& iterũ instrumentũ reponebat,& intromittebat:quo ita concinnè & eleganter loquebatur, ac si nihil mali vnquam haberet:eo enim deposito, Vox in totum deficiebat;quæ(eodẽ intromisso)recuperabatur.Meritò igitur inter alia voci necessaria palatũ numeratur:ex hoc nanq; instrumento, arti medicæ, gloria, non vulgaris, ascita est:quo & nunc dum hæc Raguſij cõmentaremur, simile opus conficimus in Samuelo Erquio iuuene Hebræo. Cæterùm,clauus,vt ex auro,ita ex argento,vel stagno parari poterit.

Curatio

UVA. BHSC. BU 00033

Curatio decimaquinta, in qua agitur, de duobus similem faciem habentibus, simúlque eodem morbo ægrotantibus.

QVum ad cœnobium prædicatorum visum ęgrotantes, de more, accederem: hominẽ monachum Racanatensem, annos natum triginta, pleuritide affectũ cõperio: qui, cùm omnia necessaria conficienda (vt decebat) iussissem: ad alterum in eodem cœnobio visum diuerti, ætate, temperatura, & physionomia, primo similem: qui & eodem die, eodem morbo affligi cœpit. Ambobus igitur curatio similis peracta fuit, & victus similis præscriptus, & demum symptomata omnia paria erant: & vno eodem die ambo sanati sunt: erant verò diuersi patria, & moribus.

SCHOLIA.

Dum hæc commentarer, veniebat mihi in mentem illorum Virgilij carminum.

Glaucia Laride Thymbérq; simillima proles,
Indiscreta suis, gratúsque parentibus error.

Sed Plinius, & Valerius Maximus, multæ de hoc similitudinis genere, memoriæ prodiderũt.

UVA. BHSC. BU 00033

Quod vere magis me in admirationem traxit, duo fratres Hebræi fuere, Hamisej nomine, septimestres, & eodem partu ambo editi: qui ita inter se similes erant, vt ipse familiariter etiam illis vsus, alterum ab altero, nunquam discernere potuerim.

Curatio decima sexta, de febre continuò affligente.

BRandanus nepos meus, nigelli coloris, iuuenis, annos natus viginti, natura biliosus, exustus, vt omnes ferè Hispani sumus. Quum primùm Italiam venit, vt philosophiæ & arti medendi operam nauaret in febrem continuam incidit: huic (eo efflagitante) nam doctor medicus est, ter secta vena brachij fuit, & sanguis ad libras duas extractus. Nam & syrupos refrigerantes ex succo acetosæ ebibebat, demùm, quinto die ægritudinis in copiosissimum sudorem, vniuersum eius corpus irrigantem incidit: à quo sanus euasit. Nec pharmaco aut alijs medicamentis opus habuit: vsus autem quinque illis diebus, subtili admodùm, & refrigerante victus ratione fuit: prout talibus conuenit febribus. Nam potus, tamarindorum decoctum illi erat.

Curatio

UVA. BHSC. BU 00033

Curatio decimaseptima, de quodam, qui balanum ob præputij strictu-ram, nudare non poterat, qui morbus Græcis φιμωσις dicitur.

ALoysius Benevenutus, iuuenis Florentinus, glandem præputio per partem frænum dictum, ita hærentem habebat: vt ipsam glandem nudare non posset. Ipse igitur ab eo consultus, illicò; chirurgum accersiri iubeo: qui meis mandatis, eam partem per quam præputium glandi hærebat, & frænum Romanis appellari dixi, vniuersa cum parte decliuiori præputij scalpello acuto præscidit. Breuiter igitur, oui albumine constringentibus pulueribus admistis applicito: & tempore sequenti, pauculo vnguento digestiuo simplici, admoto: & albo camphorato superposito: intra octo dies, omnino sanatus est. Dicitur autem morbus hic Celso, ex Græcorum mente, φιμωσις, libro septimo, capite vigesimoquinto. Æginetæ verò, phymi nomine appellatur: qui & mulieribus in vteri ceruice contingere solet, tũc autem obturatio seu coarctatio quædam est, in ore aut vteri ceruice: de qua re cũ dabitur

UVA. BHSC. BU 00033

occasio agemus. Cæterùm, huic morbo contrarius alius est, Græcis περυκιμωσις dictus, & est, vbi glans ita est detecta, vt non possit amplius tegi.

Curatio decima octaua, de intestinorũ dolore, ab humore calido oborto.

PRædicti iuuenis socius, qui simul apud Aloisium pixonium Florentinũ mercatorem agebat, ætate viginti duorum annorum, dolore intestinorum afflictabatur. Huic facies hilaris erat, temperatura sanguinea, iecur calidum, ad quem accedens, clysterem ex infuso (vt vocãt) communi, iniici iubeo: quo biliosa mera eiecit, in aurora verò, dolores manebant non continui tamen, sed identidẽ pungentes, quodam per vniuersum corpus, extraneo calore. Quibus omnibus perpensis, iudico: à iecore ad intestina humorem biliosum aliquem delabi, à quo pungentes dolores ij ortum trahebant, tunc verò haustum hunc ebiberet suasi. R. Syrupi rosati solutiui, vncias tres, aquę endiuiæ vncias quatuor: Misce, fiat haustus vnus, quem ieiuno stomacho bibat, quo aliquantulum egessit, & sequenti nocte, absque dolore quieuit: cæterùm, tunc iecur & renum regio ex santalino

vng

UVA. BHSC. BU 00033

vnguento rosaceo misto illinebantur, & ægrotus ipse syrupum hunc bibebat.

R. Syrupi de endiuia, lupulorum, cichoreæ, ana vnciam mediam, aquarum cichoreæ, endiuiæ, acetosæ lupulorum, ana vnciam vnam: Misce, fac syrupum, & bibat, ac ter iteret, optimo habito victus ordine. Tunc verò iecoraria vena in brachij curuatura secta fuit, & sanguis ad sex vncias emissus: vnde ita rectè valere dixit, vt non opus fuerit alijs vti medicamentis. Ad nonnullos tamē sequentes dies saccharo rosaceo, ieiuno stomacho, vsus est, quo vniuersa clausa fuit cura: cæterùm huic cibus tenuis erat ad frigidum declinans, potus verò, communis aqua, vino granatorum acetosorū, mista.

Curatio decimanona, in qua agitur de tertiana duplici in simplicem versa, & breui sanata.

EDuardus Gomez Lusitanus, vir grauis, doctus, & Poëta non vulgaris, vt qui Petrarchæ numeros hēdecasyllabos, & cantiunculas Hetrusca lingua scriptas fœliciter in linguam Hispanicam vertat, ita cordatè, appositè, & suis numeris consonè, vt omnib' admirationi sit. Hic anno

UVA. BHSC. BU 00033

ætatis suæ 45. ex Venetijs vbi varia, & ingentia mercium negocia exercet, Anconam venit, vbi ab amicis (vt fieri solet) ad opipara & lauta conuiuia inuitatus, in duplicem tertianam lapsus est. Cæterùm, is secundo elapso ægritudinis paroxismo, vncias tres syrupi rosati solutiui, totidem aquæ Endiuiæ dilutas ebibit: quibus aluus optimè respõdit, & humor excernendus excretus fuit: adeò vt paroxismus eo die venturus, non venerit: & sic ex duplici tertiana simplex facta est, nec multùm ab exquisita distans. In qua paroxismus singulis inuasionibus singulas tres horas anteponebatur: adeò vt ad horam vnde cœperit desierit: vt consonum sit dicere, humorem hunc, circulum suo motu perfectum & integrum confecisse, terminabatur autem paroxismus sudore copiosissimo: ad duas & plures horas. Nam cùm primùm ad statum paroxismi febris veniret, multam gelidam ad satietatem vsque bibebat: qua & sudor copiosior illiciebatur, & febris expers tunc manebat. Cæterùm, hic Syrupos de Endiuia, & acetosa, eisdem aquis stillantitijs, vel decocto optimè dilutos bibebat: sed elapso quarto paroxismo, ani venis Hæmorrhoidalibus dictis, duas hyrudines apponi

UVA. BHSC. BU 00033

apponi iussi: nam sanguinis missionem per venæ sectionem in brachio non admisit. Post sextum verò paroxismum, multa & copiosa apparente in vrina concoctione hoc ebibit pharmacum: quo sanitatem adeptus est. Recip. Mannæ electæ vncias duas, rhabarbari optimi drachmam vnam, Electuarij lenitiui, vnciam mediam, aqua endiuiæ excipiantur: & fiat haustus vnus, super quem dormiat horam vnam vel alteram: quo ita multa biliosissima & peccantia excreuit, vt inde sanus euaserit. Huic porrò, requiei die, pro victu pullus gallinaceus lactuca incoctus erat: die verò paroxismi, aut panatella, aut lactuca oxeleo cocta, mica salis adiecta, vel potiùs per se cruda, paucula aceto, intincta, & recentes amygdalæ à putaminibus extractæ & dealbatæ, ac aqua frigida immersæ, & cerasa acida saccharo concinnata. Potus verò in vniuerso morbi tempore, aqua fontana per se fuit, aut iulebo mista: fuere autem paroxismi simplicis huius tertianæ septem, duobus prioribus non numeratis.

Curatio vigesima, in qua agitur, de febribus consequentibus charadas, id est, strumas, scrofulas vulgares

UVA. BHSC. BU 00033

dicunt, quæ ægrotum interfecerunt.

FIlius Barbosij illius, quem sæuiter & immaniter Turcę apud Thessaliā interfecerunt, puer annos natus quatuordecim, temperatura sanguineus, præualescente humiditate caliditatem, iandiu cheradas in collo patiebatur, non admodum tamen eradicatu difficiles: quia supernam corporis partem occupabant tantùm. Cæterùm, quum puer hic nihil doleret, nec mali aliquid à chæradibus perciperet, de eis eradicandis, matri nunquam curæ fuit: porrò, post elapsum vnū vel alterum annum, à chæradibus puer hic, miti & lenta quadam febricula pertentari cœpit: quam considerāti in mentem mihi venit Cornelius Celsus libro quinto suæ medicinæ, inquiens, strumæ sæpè febres mouent, quas ego maiori ex parte interficientes dico, proinde cùm febres strumas sequantur, vt strumas eradicemus illicò pro viribus adniti debemus: id quod in puero hoc maximè curabamus. Cæterùm, cùm hæ extirpatæ non essent, febres eas consequentes, in dies magis affligebant ęgrotum quadam graui cum tussi: sed & temporis processu

in

UVA. BHSC. BU 00033

in Kakexiam lapsus puer hic est: cum faciei, & oculorum palpebris tumescentia, & pedum edematis, hoc est, laxis tumoribus. Cæterùm, huic medicati sumus prout morbus postulabat: & indies symptomata apparebant, & pullulabant: demùm, quum morbus omnino ingraueſceret, & vires indies labarentur, spuere destitit: & phthisi consumptus occubuit, cui si strumæ dum vires constarent, extractæ fuissent: proculdubiò, puer hic viueret, vt alijs euenisse vidimus.

Curatio vigesimaprima, in qua agitur de dentium dolore, & optimo contra eum remedio.

MVlier iuuenis Senensis, & quæ (vt deprehendi) morbo gallico olim infecta fuerat, dentium dolore torquebatur, quos & tremulos habebat: post varia (vt illa dixit) exercita medicamenta, ad eam accedens, eius vniuersum corpus per catapotia à fumo terræ, purgari iussi: ac posteà hoc diluto dentes collui, & optimè habere dixit. Recip. sandaracha Arabum optimè puluerizatæ, vnciam vnam, aceti acerrimi, vini rubri non dulcis, ana libram mediam: misce, & ad ignem fiat

UVA. BHSC. BU 00033

ebullitio sufficiens: hoc enim medicamento calido, os colluebat, ter & quater die, quod sibi multum opis attulisse dixit: & multò magis, quàm si decocto parato ex ligni guayaci scobe, rosis, myrtillis, mastiche: balaustijs, & varijs huiuscemodi, vsa fuisset.

Curatio vigesimasecunda, de Cura morbi Gallici, per inunctiones ab vnguento ex Mercurio confecto, simulq; docetur, quomodo euitari debet sputum ad os euenire solitum.

LApicida, Iuuenis robustus & fortis, morbo gallico infectus erat: nam vniuersam eius faciem, pustulę variæ fœdabant: veluti aliquas alias corporis sui partes: sed præcipuè inferiores, nihil dolebat: nec mali aliud quicquam habebat, præter pustularum fœditatem. Cæterùm, hic ab epotis syrupis, & repurgato corpore, ac optima constitutavictus ratione, ex vnguento mercuriali, sæpè à nobis repetito ijs in Centurijs, octies inunctus fuit: & sanitatem obtinuit. Verùm, vt hic oris fœditatem & vlcera effugeret, quum mihi compertum esset humores in motu esse,

UVA. BHSC. BU 00033

esse, catapotia ei propinaui: id autem post secundam, vel tertiam inunctionem facere soleo. Nam eo tempore humores rebelles, & qui vix medicamentis purgatorijs obediunt: commoti, & ad expulsionem acti: à catapotijs propitijs, humores peccantes respicientibus, facillimè foras per inferiora traduntur, purgantúr ve. Quo fit, vt superiores partes immunes, & liberæ maneant: nec ita infici soleant: vt per consuetas, similésque inunctiones contingit: cùm ægri, sic ore infecti, vlcera in eo patiuntur: & multa, & varia, ad multos dies expuunt: non loquuntur: vix liquida deglutire possunt: dentes tremulos habent: qui posteà nigerrimi euadunt: vnde oris, siue habitus fœtor certus pullulat. Quæ omnia, vel eorum magna pars, catapotijs, vel pharmaco (vt dixi) præuisuo, opportuno tempore exhibito, intercipiuntur: vt sæpè experientia compertum habemus. Simili modo, Luna ad oppositionem veniente, morbos rebelles: & quibus humores eradicatu difficiles insunt, curamus: eo nanq; tempore humores natura sua pharmacis resistentes, Lunæ caliditate subleuantur: rarefiunt: & expulsioni parati pharmacis obediunt: ac sic facillimè purgantur, & à

medic

UVA. BHSC. BU 00033

medicamentis purgatorijs vincuntur: vt olim Romæ, non sine artis medicæ gloria, varijs alijs rationibus, & experimentis, probauimus. Sic autem æger hic, de quo sermo nobis est, à catapotijs eo debito tempore deglutitis, multa egessit: & parùm per sputũ purgauit: & intra quindecim dies, penitus sanatus est: vltimò tamen, ob vnguenti sorditiem derelictam, aqua marina calida se totũ lauauit. Hoc eodem modo sanus factus est Leonardus Dolarius: sed hic, ob tumorem in genu habitum, claudicabat: at huius vxor guayaci decoctum magis ebiberevoluit, quàm vnguento illini: veluti & Franciscus, qui arcas parat: sed hic brachia, scapulas, & crura dolebat: & alij duo huius sodales: nam & ijs duo vicini tunc malè habebant. Quorum alter, quum segniter ambularet, à deglutitis catapotijs, optimè valuit: alter verò, cùm caput doleret: & sanguisugas ano tres admoueret: & oximel, ad nonnullos dies ebiberet: ac posteà per catapotia purgatus esset, rectè habuit.

SCHOLIA.

Placuit hoc loco, argenti vini, vnguentum adornantu, temperaturam veram describere: nè deinceps in scholis iuuenes pro vna, vel altera

parte

UVA. BHSC. BU 00033

parte digladientur. Nouistis autem alios opinari argentum viuum (Mercurium vocant) calidum esse, alios verò frigidum. Nos igitur dicamus, argentum viuum frigidum, siccumq; esse: in quo partes subtiles, & acutæ, sed frigidæ: vt in vento boreali, reperiuntur: quibus meditantibus, rarefacit, subtiliat, & penetrat, ac humores in altum ascendere facit: demùm ipsis, omnes suas complet operationes. Harum partium subtilium, acutiem, & acredinem ignorantes medici nonnulli, argentum viuum humidum putrefaciens describunt, nulla fulciti ratione euidenti: quum si alchimicam artem tenerent, & mercurium condensatum viderent, vel inuiti id frigidum & siccum esse fatererentur. Inest igitur mercurio, viuacitas, motus facilitas, penetratio, acuties, & humorum subtiliatio: non ob caliditatem, sed ob acutas partes illi hærentes: quas frigidas siccasq;, similes illis, quas frigidus boreas posidet, diximus: cætera verò de Mercurio, in nostro legito Dioscoride.

Curatio vigesimatertia, in qua agitur de febribus continuis.

DIua Myra, iuuenis vidua, & quæ asthmate per interualla corripi solet: quum febribus continuis corriperetur, ad eam accersitus, eius iecur calidum admodùm, & renes calidos deprehendi.

Huic

UVA. BHSC. BU 00033

Huic symptomata grauia admodũ erãt: & similia ijs, quæ viduis iuuenibus euenire solent. Erant nanq; huic pulsus, protensi, rari, & inæquales, vrina verò iumentorum modo crassa, turbulenta, ad ruborem vergens: in qua & nescio quid pinguitudinis cũspiciebatur. Pro hac igitur liberanda muliere ab ijs pessimis affectionibus, optimo constituto victus ordine, ex saphena primò sanguinem emitti iubebam: Cæterùm, vena illa pedis, saphena dicta, quum penitus lateret: nec artifici, vt feriretur, se exponeret: ex iecoraria brachij sanguinem emisimus. Posteà verò elapsis tribus diebus: in quibus syrupos refrigerantes, & aperientes bibebat, ad eam venam feriendam, quæ sub genu posita est, & poplitis appellãt, deuenimus: ex qua sanguis abundè effluxit, & meliùs habere videbatur: & re vera, eo die, sexto scilicet, febris ita remissa erat: vt eam non febrire, quis diceret. Per interualla tamen vterina symptomata eã affligebant: ob quæ, nonnulli pessi ex herba mercuriali cõcinnati, veluti alia metrenchyta non admodùm calida, vtero subdita sunt. Cæterùm octauo ab epoto pharmaco, quo multa egessit, etiam torrida, tametsi sæpè clysterijs aluus resp̃ondebat, meliùs

UVA. BHSC. BU 00033

melius habuit. Tũc verò sequẽtibus diebus cucurbitæ femoribus sunt applicitæ: in q̃bus, & frictiones vniuersa crura percurrentes, fiebant. Nam & renes, & iecur vnguento rosaceo, & santalino inungebantur. Quibus omnibus, intra quatuordecim dies, sanitatem obtinuit: nè tamen in morbos similes incideret, consului: vt nuberet: ab humore nanq; intra vterum vitiato, morbus originem traxerat.

Curatio vigesimaquarta, in qua agitur de febribus continuò affligentibus.

IOannitius Teuthona, mercator Antuerpiensis, vir annos natus triginta quinq;, capillitio ruffus, cùm in æde diui Cyriaci pernoctaret: ~~vt concionẽ de Iesu obiret, audiret~~: in febrem continuã lapsus est: quam comitabatur tussis, capitis dolor, & scapularum grauedo. Huic quum minorans pharmacum primò propinatũ esset, & sanguis ex vena brachij abundè extractus, breui sanitatem obtinuit. Veluti vxor Francisci à Frãzinis, & illius soror, & Ioannes Telinus Florentinus, vt multi alij, sed tunc filij duo viduæ Lætitiæ: febriebant, & multos habebant vermes: qui (vt cæteri) sani effecti sunt.

Curatio

VVA. BHSC. BU 00033

Curatio vigesimaquinta, de morbo gallico, narium interiorem partem occupante.

Lluius à Bertinoro iuuenis viginti natus annos, cùm iandiu morbo gallico laboraret, ex quo tubercula varia in cruribus, & frontis alta parte, & brachijs, contraxerat, intra nares vlcera habebat. Ex quibus, singulis diebus multa pituitosa, torundarum modo, per ipsas nares concreta emittebat. Cæterùm, hic à sua patria, cùm ad me veniret: vt ipsum à tanto malo liberarem, in medio itineris ex equo cecidit, & brachium per tres fregit partes. Cæterùm, hunc vt, à morbo gallico liberaremus, eius fractum brachium (vt par est) sanare primò operæpretium erat: qui vbi ab eo rectè valuit: & si antea syrupos, & purgatorium pharmacum ebiberat, iterum tamen monitis nostris potentiores ebibit. Proindè, eius optimè purgato corpore, ad decoctum rubi viticosi, confugimus: quod ad plures dies ebibit, & rectè valere dicebat: huius nanque radicis decoctum intra nares syphone immittebatur. Quo vlcera lauabantur abstergebantur, & purgabantur: ei tamen quandoq; colaticium mel rosaceum adiungi

UVA. BHSC. BU 00033

iungi faciebamus, nonnũquam verò torundæ lineæ, apostolico vnguento illinitæ, intromittebãtur, aliquando verò alia remedia varia, vt plumbeũ vnguentum, quibus vlcera cicatricem duxerunt, & ægrotus ipse non amplius concretam saniem illã per nares emittebat, ac sic cùm rectè valeret, ad eius fratres volauit: qui Romæ agebant. Eodem ferè artificio sanatus est Nicolaus Grimaldus Chius, iuuenis nobilis: sed hic extra nares ruborem quoq; patiebatur: & vice rubi viticosi, asperæ dictæ smilacis decoctũ guayaci ad quadraginta dies ebibit. Cæterùm, alios non paucos nouimus, qui cùm vlcera intra nares haberẽt, ni ossicula primò ex eis dempsissemus, nunquam ad sanitatem peruenissent.

Curatio vigesimasexta, in qua agitur de febre biliosa continua.

NAaman sacerdos, qui ex Græcia Anconã reuersus est vt ingentia mercium negotia tractaret, iuuenis bilioſus exustus, si quis alter, natus annos viginti quinque, in febrem continuam biliosam incidit: caput grauissimè dolebat, & oris amarorem ingentem sentiebat, & circa scapulas dolorem patiebatur. Ad

UVA. BHSC. BU 00033

hũc igitur accitus ipſe, illicò veſperi clyſterem iniiciendũ curauit, & in aurora minorãs hoc pharmacũ ebibit: quod habet. R. Syrupi roſati ſolutiui, vncias tres, electuarij lenitiui drach. ſex, aqua endiuiæ excipiãtur, trium vnciarũ menſura, & fiat potus: quem ieiuno ſtomacho bibat: quo poſtquã multa egeſſit, ita multa bilioſa, citrina, & vitellos ouorũ referẽtia, per interualla, euomuit, vt mirũ fuerit. Grauiſſimus autẽ (vt ego reor) error fuiſſet, ſi primò huic ſanguis per venę ſectionem demeretur: quàm minorans hoc pharmacũ propinaretur (vt prima quoq; dixi Centuria) ſequenti verò die, meliùs habebat. Cęterùm, vrina cum craſſitudine rubricabat, & pulſus magnus erat: excedebat autẽ lõgitudine, latitudine, & altitudine, profunditate dicta: ad hæc, capitis dolor non admodùm intenſus eum affligebat. Qua de re, prẽmiſſo leui clyſteri, ex iecoraria ſanguinis vnc. ſex, duabus in peluiculis fluere iuſſi. Ex quibus, ſanguis primus corruptione affectus erat, ſecundus verò abſq; vlla aquoſitate ſeroſa, rubricabat: vnde eodẽ die, melius habere dixit, & re vera, tunc febris minus erat intenſa: ſed tunc ſudore ſuperueniẽte ex toto, liber hic euaſit. Scire tamẽ decet, quòd hic

ad

UVA. BHSC. BU 00033

ad oblata malè se habebat, nam eius victus, cucurbita agrestà parata erat, aut pú sana optimè cõcinnata, absq; tamen saccharo: aut leuior panatella, agrestæ succo parata, à rebus nanq; dulcibus in victu & potu, tanquã ab igne, etiã meis monitis, abstinebat: quæ facillimè in bilẽ illi vertebãtur. Quã de re, syrupũ quẽ ter tãtùm repetiuit, ita parabamus. R. Syrupi de agrestæ succo, vnc. vnam, aquarũ acetosæ, endiuiæ, lactucæ, portulacæ, ana vnciam vnam: misce. Cæterùm aqua huic, quã potus vice habebat, ex acetosa distillatitia erat: cui nõ rarò vinũ malorũ granatorum acetosorum miscebat: vel horũ vice, decocto tamarindorum vtebatur, quo multùm in potu oblectari, non rarò inculcabat, veluti aceto diluto, porrò iulebo, & saccharcis, ac rebus dulcibus omnino abstinebat. At, post sectam venam, & extractum sanguinem, renes ex refrigerante Galeni vnguento fouebantur, superpositio linteo, imbuto aceto rosaceo, & aqua rosacea simul mistis: nec minus iecur vnguento santalino, & rosaceo simul refrigerabatur. Cæterùm, hic (vt audistis) absque dulcibus curatus est, & intra paucos dies repetito leuiori pharmaco, sanatus est.

VVA. BHSC. BU 00033

Curatio vigesimaseptima, in qua agitur de muliere vtero gerente, febri continua laborante.

MVlier Vrbinas, quadragenaria, robusta, verum ferebat: quæ cùm ad secundum mensem conceptionis peruenisset, in febrem continuam lapsa est: qua afflictabatur, & multùm conquerebatur: & ad renes multùm quoque dolebat, & lotium crassum meiebat. Quibus omnibus perpensis, illicò post glandē ex melle paratam, intromissam: & fęcibus excretis: vena communis brachij dextri, secta fuit, & sanguis ad vncias sex extractus. A qua sanguinis missione, melius habuit: adeò vt ex continua, tertiana nocturna simplex facta fuerit: tūc syruporū vice, ex quatuor simul conditis cordialibus, conseruis dictis, singulis diebꝰ, in aurora gustabat: & secundū hęc, aquam endiuiæ ad vncias tres bibebat: & renū regio ex Galeni refrigerente vnguento fouebatur & vitis folia superponebātur. Cęterùm, elapsis nonnullis diebus, in quibus viguit semper morbus, apparente materierum aliquantula concoctione, pharmacum hoc illi concessi. R. Mannæ electæ, vncias duas, rhabarbari optimi pisti, drachmam

UVA. BHSC. BU 00033

mam vnam, electuarij lenitiui vnciam mediam, aquæ endiuiæ, vncias quinque: misce, fiat potus vnus, detur in aurora, & deinde dormiat, ad horam vnam vel alteram. Cæterùm pharmacum hoc (vt percipitis) sic concessimus: quia mulier hæc magna, corpulenta, & potens est: quo optimè & absque anxitudine, vel ventriculi rosione egessit, & melius habuit. Sed non inde penitus extirpata febris fuit: tũc verò singulis ex octo diebus sequẽtibus, rotulum vnum diarhodonis abbatis ieiuno stomacho, comedebat: & tãdem optimè valuit. Scire tamẽ decet, posteà quàm febris desiit cõtinuò eam affligere, nunquam mulieri huic abnegatam pulli carnem fuisse, & vinum pauciserum: id quod Teutona mulieri huic præsistẽs, multum laudabat. Proximùm erit hîc narrare curationem vxoris propolæ: quæ cùm prægnãs secundo mense esset, febri cõtinuò affligente correpta fuit: quæ caput grauiter dolebat, & multùm sudabat: cui illicò externã brachij venam aperiendã curaui, & sanguinis vncias septem fluere: vnde febris, cum capitis dolore repentè cessarunt. Ad duos tamen sequẽtes dies, circa ventriculum, & præcordia, erosiones & angustias persentiebat: sed fomento ex

VVA. BHSC. BU 00033

rosis, camęmilla, mętha, & similibus confecto, & philtro excepto, & applicito, omnino sanata est. Sed & mulier vtero gerēs, quinto mense, vxor cuiusdā Mediolanēnsis claudicatis, ophtalmia graui, vtroq; in oculo corripiebatur: cui cephalica quoq; vena, brachij exterior dicta secta fuit, & sanguis copiosē extractus, & breui melius habuit: adeò vt paucis posteà adhibitis topicis medicamētis ex integro sana euaserit. Nouistis autem cephalicā venā, securiùs prægnātibus, prę scindi, tum quia nō ita cum vtero cōmunionem habeat: tum etiā quia sub se nec arteriā, nec neruum teneat: subsistit autem basilicę, & aliis venis, primò arteria. Dein verò neruus, vt docuit Galen⁹ lib. 2. de Locis affectis, cap. 2. & experientia rei, ita esse indicat. Vxor quoq; Pandulfini militis Lauretani, quū vtero gereret, ni prioribus gestationis mensibus, illi multum sanguinis ex vena, in brachij curuatura, extraheretur, abortiebat. sanguinis autem quātitas, quadam acredine infecti, abortus causa erat.

Curatio vigesimaoctaua, de cholera morbo, simul febre cōtinua, & intestinorum tumescentia externa, affligente.

Iuuenis

UVA. BHSC. BU 00033

IVuenis orientalis mercator, annos natus vigintiocto, temperatura biliosus exustus, in choleram morbum febri cum continua incidit. Nam infrà, suprâque multùm materiarũ emittebat: & adeò vio lenter: vt ad tertium diem inteſtina infra vmbilicum intumuerint: vt mihi tunc nõ difficile fuerit aſſerere, ęgrotum hunc colica affectione phlegmonoſa laborare, vẽtris nanq; illa inflatione, tumeſcẽtiáve non parùm dolebat, & continuò febriebat. Demùm poſtquã vẽtris tumor ille apparuit, & febris, & ciborũ faſtidium perſeuerarent fluxus tam ſuperior quàm inferior deſiit. Tũc in dubiũ vertebatur inflatio: & ea ventris tumeſcentia, illicò necum vomitu & fluxu vẽtris cęperit, an poſteà ob morbi violentiã, & dolorẽ intenſum ſuperuenerit, cui quæſito medici, qui primò adfuerãt, omnino neſcire, reſpõderunt. Multùm nanq; ad curationem (vt tu optimè nouiſti medice) intereſt, an tumeſcentia illa, primùm cum morbi inuaſione cœperit, adeò vt illa præcipuus ſit morbus, quem ſequerentur ſymptomata varia, hoc eſt, febris cõtinua, ventris fluxus, ſimul & vomitus cholera dictus morbus. Demùm cùm in agone, & dubio hoc eſſemus, remediorum beneficio, tam intus

UVA. BHSC. BU 00033

assumptorum, quàm extra applicitorum, fluxus ventris denuò superuenit solus: vnde confestim tumescētia illa imminuta est, & breui ex toto extincta. Cęterùm, nōnullis affectio hęc colica phlegmonosa videbatur, quā, ob violentiam & sæuitiē, miserere mei Deus, practici appellāt. Et ea olim apud Lusitanos, mulierē quādam obesam, vterum gerentem, laborare vidi: cuius vi & crudelitate, ea enecta, diem suum obiit. At vir hic, de quo agimus, liber euasit: etenim (vt ego credo) ob morbi violentiā, intestina sublęuata sunt, interueniēte humore quoq; flatuoso. Cęterùm medicamenta, quibus hic curatus fuit, pauca fuere: vniuersus autem noster conatus eò dirigebatur: vt hic, morbo resisteret, & valeret: clysteribus tamen nonnullis vsi sumus, & fomentis carminantibus, & flatus dissoluentibus.

Curatio vigesimanona, in qua agitur de vera, & indubitata quada methodo præseruandi à podagra: simúlque de remediis nonnullis cōuenientibus doloribus podagricis, & tophis articulorum, quos Græci ποδὸς appellant.

Methodum

UVA. BHSC. BU 00033

METhodum præseruandi à podagra (quod mirum, sed verum dixerim) veram & indubitatam describere aggredior: cui, quicunque se concredere voluerit, omnes fugiat causas oportet: à quibus podagra ipsa, aut chiragra, aut vt in vniuersum dicam, arthritis, siue articularius morbus, ortum trahere solet: vt assiduas comessationes, intempestiua cõuiuia, frequentes ebrietates, immodicũ rei venereæ vsum, à quibus cruditates certæ gignuntur: præterea vehementes, & concitatiores deãbulationes: præsertim post assumptum cibum, vt crebrum equitatum: præcipuè absque stapedis, vt meminit Hippocrates, cùm de Scythis agit. Quo tempore nõ solùm Scythæ, sed Romani absque stapedis, cruribus pendẽtibus, equitabãt, non minus mœrores, curas, vigilias, & reliquas animi perturbationes. Omnia nanq; hęc podagrã generare solẽt, veluti alicuius familiaris exercitij intermissio, & consuetarũ excretionũ suppressiones, præcipuè hęmorrhoidum. Parcus igitur, & frugalis ille, sit oportet: qui curationi huic subnici debet, aliter ea abstineat suademus. Sit igitur huic cibus, qui parùm nutriendo, extenuet: vt sunt olera, & similia: proinde oua, nisi im

UVA. BHSC. BU 00033

becillis multùm fuerit, fugiat: carne nisi auium montanarum prorsus abstineat: ea de causa capos, præsertim veteres, fugiat: podagra enim & ipsi affici solēt. Vino penitus huic interdicatur: cuius vice, si ventriculum calidum habuerit, nec colicum affectum timuerit, aquā puram bibat: sin minus, aquam decoctionis coriandri, aut aquam mellis, confectam foliis & summitatibus, vel ipsis floribus saluiæ. Aut verò, melle confecto ex floribus saluiæ, saluiatio dicto: quod eo tempore, quo vigent flores, concinnari poterit: aut vua passa, aut floribus roris marini, aut omnibus simul: sit mellis pars vna, sed non nisi optimi & rutili, aquæ verò octo partes: & dum coquuntur, subinde, vel assiduè despumētur, quoad tertia pars absumpta sit. Cætera verò, consultò prætermittimus: quæ in immensum protrahi possent: & ad institutum redimus. Galenus igitur in primis occurrit, libro de sanguinis missione per venę sectionem, qui Arthritide & podagra affici solitos, verna & autumnali sanguinis emissione, & per pharmacum purgatione, sanos præseruabat: hanc, vel illam, aut vtranque simul, secundum humorum prędominium, exercens euacuationē: quod nos summoperè laudamus.

Admo

UVA. BHSC. BU 00033

Admonentes venæ ſectionem edirectò membri affecti fieri debere: vt ſæpè agendum ſuadet Galenus, tum libro à nobis citato, tum etiam libris methodi medendi. Nam ſi dexter pes dolore affici contingat, vena ex brachio dextro ſecta, ſanguis emitti debet. Quòd ſi verò manus dextra affecta dolore fuerit, venam iuxta poplites, aut eam, quæ talum obrepit, vel huius ramum, qui ad magnum digitum ſolet apparere, ſecandam credimus: vt fuſius commentarijs noſtris, in Auicennæ ſen quartam libri primi diximus. Cæterùm, nos, Galeni præſeruatrices vacuationes has, certis, & conſtitutis ijs temporibus, exercitas: vt certas & mirificas: non niſi laudibus extollere poſſumus. Speramus tamen, vt quicunq; hoc à nobis præſeruante remedio vſus fuerit: nulla ſanguinis detractione, niſi valde, & plus iuſto fuerit ſanguineus, indigere. Nouiſtis autem vos ex artis exercitio, quòd & priſci medici memoriæ commendauerant. Qui ſæpius podagra, & chiragra ſunt conflictati, plus noxæ, quàm auxilij, ex ſanguinis detractione contrahere: ſed ne iam eos, qui podagra, & chiragra, ac articulario morbo præſeruari cupiunt, amplius remoremur: methodum hanc

aduerte

UVA. BHSC. BU 00033

hanc enarrare aggredior. In primis lactis caprini optimi, libras quinque, vel sex accipito: quod lacte ficus, si id tempus anni fuerit, si minus, cardui floribus, aut coagulo cogito: cuius serum per colum diligenter traiicito: & olla exceptum, ad lentum ignem coquito: & ab eo, dum coquitur, & bullit, spumam cochleari, ingenti cura quoad nihil lacteæ spumæ appareat, abstergito: & serum hoc ad tertias, hoc est, quousque tertia eius tantùm pars remaneat, bullire sinito: atque iterum per colum traiicito: sed hoc quousque ex eo nihil spumæ lacteæ compareat, iterato. Nam tunc defæcatum, & ab spuma lactea purificatum serum dicemus: quum nihil spumæ supersset dum per colum traiicitur. In hoc igitur, serum ita purum, & ab spuma defæcatum, foliorum borraginis pugillum vnum infundito, quòd si pituita multa in ægroto dominabitur (vt sæpe podagricis euenit) adiicito quoque iuæ, betonicæ, saluiæ, ana pugillum medium: imò si atra bilis adfuerit, addito quoque senæ, aut epithimi, vnam vel alteram portiunculam: demùm pro humoris dominantis ratione, simplicia hæc vel illa prædicto misceto sero. Cæterùm

UVA. BHSC. BU 00033

rùm, cùm podagricus dolor nimis infestauerit, sic sero compositò, vnam, vel alteram drachmam optimi, & albi agarici, linteo excepti, infundito: & ad ignē simul omnia, sed parum bullire sinito. Demùm percolato sero, à prędictis rebus, eius vnciis decem vel duodecim, plus minus, pro ægrotantis robore, & alui lubricitate, vel constringentia, rhodomelitis, vel oximellitis, vel melius oximellitis scillitici binas vncias adiicito: & sic hoc modo serum apparatum ægroto, quoad ipse calidum ferre possit, in aurora ieiuno stomacho, propinato. A cuius potu, quatuor horas ægrotus ipse, absque cibo & potu maneat: quòd si paululum supra potum dormierit, non erit à ratione alienum, & tunc magis, cùm serum agarico apparatum fuerit. Cæterùm, potum hunc absq; agarico, singulis mensibus, septies, vel octies ægrotans ebibere poterit, alternis scilicet diebus, pro alui respondentia: si enim aluus multum egesserit, supersedendum est. Porrò agaricum admiscere, inchoante vere, & autumno, item æstate, & hyeme, concedimus: non secus ac cùm dolor nimis cruciauerit ægrotum: modò venter lubricus admodùm non sit: vel cùm ægrotus ipse timet podagræ

UVA. BHSC. BU 00033

dagræ inuasionem: tunc verò, hoc remedio præseruatiuo, eius infringimus conatum, aduentúmve. Est nanque remedium hoc tantæ efficaciæ: vt hominem totum liberum à podagra, & articulario morbo præseruet: ita vt qui eo vtitur, nihil ei opus sit, de sanguine extrahendo, aut remedijs alijs: vt longa experientia, compertum habetur, si modò ægrotans sobriè viuat, & sex rebus non naturalibus temperatè habeat.

Supereſt, vt hic appendamus remedia, paratu facilia, podagræ conuenientia: ea præcipuè, quæ Topica appellamus, & nonnulla alia: quæ Tophos, id est, iunctu rarum & articulorum nodos, & duritiam, emolliunt, & curant. Cæterùm, in podagræ, & articularij morbi curatione, hoc notum omnibus esse velim: vt ijs, quæ extrinsecus adhibentur medicamentis, quæ dolores lenire, discutere, & moderatè resiccare solent: illicò inchoante morbo, aliqua, quæ constringendi facultates habeant, admisceant: post morbi verò initium, sola discutientia applicent.

Topicum remedium, contra podagricos dolores.

Oleum rosaceum omphacinum, pro linendis podagricis, & arthriticis doloribus

UVA. BHSC. BU 00033

ribus, linteo exceptum, præsertim, si locus rubore affectus fuerit, optimum est præsidium.

Aliud, ex medulla panis, & lacte confectum.

R. Lactis caprini libram mediã, vitellos ouorum duos, quòd si dolor ingens fuerit, & caliditas, & rubedo ægrotum contristauerint, eorum quoque albumina miscebis: olei rosacei, vnciam vnam: croci scryptulum vnum, medullæ panis contritiæ, quantum satis sit, vt cataplasma tis formam recipiant: omnia simul terantur: & fiat cataplasma, & dolenti loco applicetur, porrò, huic cataplasmati, si dolor nimis cruciauerit, adeò vt ægrotus eum ferre non possit, adiungemus cicutæ summitates, aut succum hioscyami, aut semperuiui, aut semina papaueris, & hioscyami, aut opij parum vel multum, pro virium robore, & doloris vehementia. Reminisci tamen oportet, quòd post stuporem inducentium remediorum applicationem, membra refrigerata calfieri & roborari cupiunt, vt pipere, cinnamomo, zinzibere, castoreo, myrrha, croco, oleo lilino, piperato, costino, sinapino, iryno, vnguento althæo, aggrippino, aragonio, & similibus.

Aliud

UVA. BHSC. BU 00033

Aliud repercussorium, & discussorium.

R. Ammoniaci, Galbani, aceto dissolutorum, vtriusq; vnciã vnam: thuris drach. duas: croci drach. vnam: olei rosacei, vnciam vnam: aceti vnciam mediam: resinæ drach. vnã: ceræ parum, ad ignem misce: fac emplastrum, vel deposito oleo, para ceratum, & loco malè affecto admoue.

Aliud.

Folia maluauisci aqua cocta, tere, & hordeacea farina excipe, ac oleo rosaceo & camæmelino, quantum sit satis, emplastrum confice: & calidum dolenti loco admoue.

Aliud.

Farinæ seminis lini, rosarum, fœnugræci, fabaceæ, hordeaceæ, camæmelinæ, lentium, ana vnciam mediam: radicis althææ, vnciam vnam: olei rosacei, chamæmelini, ana vnciam vnam: vitellos ouorum tres: rob vini vnciam vnam: omnia decocto rosarum, & chamæmilæ excipiantur, & terantur, & fiat cataplasma: quod calidum applicetur: & sæpè innouetur, & lana succida fascietur.

Aliud.

Atramentum cassiæ ægyptiacæ, stillaticio, vel decocto solani dissolutũ, & linteo exceptum, & applicitum, ab Auicenna proprio

UVA. BHSC. BU 00033

proprio capite de cassia, laudatus.

Aliud.

R. Rameuti rapæ, & cucurbitæ, vtriusque pugillum vnum: foliorum caulium, pugillum medium: aqua excipiantur: & ad ignem noua olla parum bulliant: posteà in mortario optimè terantur: quibus addas, pinguedinis porcinæ vncias binas, oleorum, chamæmelini, rosacei, ana sequiunciam: farinæ fœnugræci, quantum ad cataplasmatis compositionem sit satis: misce, & vtere calido, nec vt refrigeretur permittas: sed iterum atque iterum calidum applica.

Aliud, pro abigendis, & emolliendis articulorum duris tumoribus, & tophis, quos Græci τοφοὺς *appellant.*

Ita tophi, hoc est, articulorum duritiæ, & nodi curari debēt: quemadmodum nodi, & tubercula, ac dura curātur apostemata. Solent quippe, qui Galeni sequuntur methodum, libro artis curatiuæ ad Glauconem, & libris methodi medendi, & eius interpretem Auicennam, in curatione apostematum durorum, & scirrhosorum, primò emollientibus medicamentis, posteà verò discutientibus, ac vicissim nunc illis, nunc ijs, quousq; scopum attingant,

UVA. BHSC. BU 00033

vu: quem ordinem in profligandis & abigendis articulorum tophaceis duritiebus summoperè laudo: proindè, primò emollientibus sic vtere. R. Ebulorum, althææ, maluæ, branchæ vrsinæ, ana pugillum vnum: caricarum, numero decem, seminis lini fœnugræci, ana pugillum vnum & medium: chamæmelæ, meliloti, ana pugillum medium: in libris sex aquæ fiat decoctio, ad medias, & coletur: cui adde, vini cocti, sapæ dictæ libram vnam: olei seminis lini libram mediam: & misce, qua imbuta spongia, optimè calida, membrum malè affectum foueatur, & irrigetur, quousq; rubere incipiat: tunc madore absterso, hoc illinatur linimento.

R. Mucaginis, fœnugræci, seminis lini, maluauisci, ana vnciam vnam: medullæ cruris vituli, ceruinæ, butyri recentis, ana vnciam mediam: pinguedinis anatis, gallinæ, ana drachmas sex: adipis suilli veteris, vnciam mediam: vermium terrestrium, vnciam vnam: olei seminis lini, abiegni, terebentinæ, ana vnciam vnam: pulueris chamæmelæ quantum ad spissitudinem mellis sufficiat: misce, & eo calente illinatur membrum affectum: sequenti die, disentientibus vtamur, & primò, fomento discussorio, quod habet, R. Auenæ, vr-

ticæ,

UVA. BHSC. BU 00033

ticæ, hyssopi, marrubij, anethi, absinthij, tribulorum terrestrium, abrotoni, chamæ melæ, meliloti, ana pugillum vnum: radicis althææ, brioniæ, ireos, liliorum albo-rum, ana vnciam vnam: in libris sex aquę, vel lixiuij, fiat decoctio secundum artis ministerium, & coletur: ex qua imbuta spongia, irrigetur locus affectus per dimi diam horam: tandem absterso loco, em-plastrum hoc applicetur.

Emplastrum.

R. Emplastri de meliloto, de hyssopo, ana vnciam mediam: ammoniaci, galba-nes aceto dissolutorum, styracis liquidæ, bdelij. ana drachmas duas: olei irini, vul-pini, ana vnciam vnam & mediam: croci drachmam vnam: medullæ cruris vituli ceruini, ana vnciam mediam: vnguenti de althæa, aggrippini, aragonis, ana drachmas sex: ceræ citrinæ quantum ad spissitudinem vnguenti sufficit: misce, & ad ignem vnguentum compone, & mor-boso loco admoue: & sequenti die ad priora remedia reuertere. Dein ad hæc recurre, & circulum hunc ab Auicenna traditum, & seruatum pro curandis sephi-ris, & duris tumoribus imitare.

Aliud.

Ammoniacū aceto dissolutum, & igne

UVA. BHSC. BU 00033

ad formam cerati redactum, & tophacæis duritijs, & nodis applicitum, summum est remedium.

Emplastrum de marmore, tophaceas durities dissoluens.

R. Marmoris subtilissimè puluerizati, libram mediam: butyri vaccini, quantum ad spissitudinem prædicti puluerís sufficit: misce, fiat emplastrum, & actu calidũ applicetur: & rectè fascietur. est enim à multis expertum.

Præseruantia à podagra, topica remedia.

Caligis, & manicis, ac chirotecis, ex pelle canis ruffi paratis, vti, contra podagrã, & chiragram, remedium præseruatiuum, non contemnendum à multis habetur.

Aliud.

Sale minutim oleo trito, membra affligi solita, illinire, bis & ter in die per totum vitæ curriculum, tanquam expertum laudatur.

Aliud.

Succus cæparum illitus, & desuper piperis nigri puluisculus respersus, ac spongia vino decoctionis cymini imbuta, superposita, si bis in die iteretur, manè, & serò, magna pollicetur: subtiliatur enim humor, & per sudorem extrahitur: vel saltem per insensibilem euaporationem.

Aliud.

UVA. BHSC. BU 00033

Aliud.

Membrum lauare fomento, ex lixiuio parato aqua marina: in quo decoctæ sunt herbæ, stæchas, myrtus, saluia, rosmarinum, balaustium, & cæteræ similes: vt expertum scribo.

Aliud.

Lauare membrum, affici solitum lixiuio: in quo terrestres tribuli cocti sunt, à podagra præseruat.

Admonendum duximus in præsenti, quòd nodi articulorum, & tophaceæ duritiæ, sæpè remedijs extirpantur: & tamen membrum retractum manet: sed tunc instrumento, membrum extendere faciente, medicus sapiens vti debebit: prout in Iulio III. Pontifice maximo, actitatum esse vidistis. Digitum nãq; dextræ manus contractum habebat, vnde scribendi inhabilitatem contraxerat, qui instrumento parato, aliquando dicendo, in pristinũ statum, & motũ, redactus fuit. Sed hîc occurrit problema ex Galeno decerptum, non prætereundum. Cur nullus vnquam podagricus visus est pati conuulsionem: quæ frequenter solet, in neruosarum partium inflammationibus, aduenire? quum, & ipsos partium istarum inflammatio, fatiget. An quoniam neruosorum omnium

UVA. BHSC. BU 00033

ligamenta tantùm ipsis inflammari, extendiq; contingit: reliqua verò neruosa, vt tendones, neruiq; proprij non inflammantur: sed tantùm dolent: vt quæ, cum ligamentis simul patiuntur.

Curatio trigesima, de iocinoris inflammatione, cum singultu, ex qua subsecuta est mors.

SAlamon Sagatius, vir annos natus quadraginta, temperatura, si qua altera, sicca: hic cùm assuetus esset non adeò optimis vesci cibis, inchoante autumno, conqueri cœpit pedes sibi, & faciem tumere: demum re spreta, & tumescentia illa abolita, quæ ex iocinoris vitio ortum, dubiò procul trahebat, in dolorem quẽdam incidit, iecur & spiritualia membra vexantem: quẽ comitabantur febris continua, tussis, fastidium, sitis inexhausta, & respirationis aliquanta difficultas. Quibus de causis, medici eũ inuisentes pleuritide affectum esse statuerunt: ac illicò, secta interna eiusdem brachij vena, sanguinem emiserunt. Cæterùm, paucis interiectis horis, singultus huic superuenit, ad finem vsque morbi perdurans. Nam prioribus diebus hic expuit, sed posteà elapsis nonnullis, screatus ex toto sunt cohib

UVA. BHSC. BU 00033

cohibiti, octauo, ad hunc vocatus ipse, cum absque dolore inueni, nihil excreabat: sed, per interualla, singultiebat: &, quod perus est, vires deficiebant: à me enim sæpè dicterij modo vsurpatur, solus defectus virtutis, signum malum. Qua de causa, hunc breui moriturum prædixi, ridentibus medicis assistentibus: sed ille intra triduum obijt, ignorabant autem medici illi, vt morbum, ita pulsuum inæqualitatem, vt tamen horum medicorum error deprehendatur, attendant lectores.

SCHOLIA.

Cùm hic iecinoris inflammationem paterentur, medici assistentes pro pleuritide eum curabant, nescientes inter vtrunque morbum differentiam ponere: cùm tamen eam Galenus diligentissimus medicinæ oceanus descripserit, & charactis mandauerit: vt Centuryis ijs tam diximus, indicauimúsque ex ipso Galeno, tum alibi, tum etiam ex libro de locis affectis quinto, capite sexto. Iecur affici declarant in dextra præcordiorum parte, grauitas, dolor tota præcordia retrahens, atque ipsius vsque ad iugulum extensio, (nam & hoc nonnũquam euenire solet) exiguæ tussis, linguæ color. Primò quidem ruber: deinde verò niger, ingens fastidium, sitis inexhausta, vomitus tum syncerabilis, tum eius quæ quoti-

UVA. BHSC. BU 00033

vitellis assimilatur: quæ posteà eruginis aliquã-do colorem referre conspicitur: aluus quoq; astringitur, nisi vna cum visceris huius imbecillitate inflammationem excitari cõtingat. Quæ omnia multùm absunt à notis, quæ pleuritidi hærere solent: sed agè, cum iecoris gibbæ vel concauæ variæ affici contingant partes, lectori gratificemur: vt doctus noscat inter vtranque differentiam ponere. Interdum igitur, vt in gibbis duntaxat, ita & in simis, siue concauis huius visceris partibus inflammatio oriri solet: quanuis (vt rectè tradit Galenus) inflammatio in neutra partium exquisitè distincta possit consistere: quoniam gibbarum, & simarum carnes inter sese continuantur. Quando tamen inflammatio simas obsederit partes, tunc dolor ad intestina vergit, & ventriculus magis afficitur: vnde vomitus oritur, nausea, singultus, inconcoctio, fastidium, sitis, & cætera mala, ac vitia, quæ membris nutritioni seruientibus naturalibus dictis, euenire contingunt. Quod si verò inflammatio gibbas occupauerit partes, tunc iecur tanquam semiluna euadit. Sed signum hoc à paucis deprehenditur: proinde eius vices, supplent notæ hæ videlicet, tussicula sicca, dolor partes ipsas afficiens proprias, veluti & thoracem, & membra spiritualia: adhæc tactus, quo non ita difficulter gibbarum inflammationes percipimus: quemadmodum simarum. Tametsi enim iecur opertum

UVA. BHSC. BU 00033

tum sit peritoneo, ac tribus musculis contegatur recto, obliquo, & transuerso ob quos non facilè ad eum topicorum remediorum vires penetrant: nihilominus vtcunque eas percipimus, & assequimur. Cæterum, cùm ægrotus hic magnam patereturinflammationem in ipso iocinore: factum est, compatiente stomacho, vt singultus superuenerit, qui, (vt ego puto & symptomata ipsa indicarunt) compatientibus primò instrumentis respirationi deseruientibus, euenit: quoniam gibbæ partes grauius afflictæ erant. Nec enim apud me in dubium vertitur, in medio iocinoris inflammationem, vtranque partem afficientem fieri posse: quoniam viscus hoc varijs canaliculis perforatum, dissectis humanis corporibus, comperimus: vnde à mediocri inflammatione, vtraque symptomata euenire posse: non est dubium. Galenus tamen, libro sexto aphorismorum, enarratione sextadecima, aphorismi illius, à morbo laterali, vel pulmonia habito, alui profluuium aduenies, malum, (inquit) cùm partes aliquæ patiuntur, non simpliciter aliæ compatiuntur, sed forti cum passione detinentur. Secundum hoc igitur & hepate fortiter patiente, singultus superuenit, compatiente stomacho: tussis autem & difficilis anhelitus, compatientibus his, quæ respirationi seruiunt instrumentis. Cæterum, cùm hæc commentarer, in mentem venit Galenus, commentario secundo

UVA. BHSC. BU 00033

se libram secundum prorrhetici, enarratione sextadecima, qui ad iuuenem hepaticum vocatus, irrisus à medico Thessali, discipulo fuit. vt qui per vrinas, iuuenem tali affici morbo, scire contenderet. Nam medicus ille à Thessalo doctus nunquam vrinas contemplatus erat, imò eas contemplantes fullones appellabat.

Curatio trigesimaprima, in qua agitur de papillis, siue mammarum capitulis elongadis, formandisue.

NObilis Veneta, cùm peperisset, & mammillarum papillas intus absconditas, contractásve haberet: vt lac nec pueri ore, nec artificio alio euocari posset: magnum dolorem ac ingentem grauedinem in ipsis sentiebat. Ego verò attentiùs rem hanc considerans, sic pro papillis ipsis formandis producendisve, machinor. Vitream phialam, oris non admodùm latam circunferentiam habentem, feruente aqua impleri iubeo: ac illicò ab ea aquâ totam deponi, cuius phialæ, sic calentis os ad papillam admoueo (mirum enim in modum attrahit) qua attractione papillæ formatæ & elongatæ manserunt: lactis autẽ non parua quantitas in phiala ipsa extracta fuit. Vnde

mam

UVA. BHSC. BU 00033

mammarum tensio, & dolor imminui, cœperunt, & mulier rectè habere: persensit tamen (vt verum fateamur,) nobilis hæc mulier, in phialæ applicatione, nō paruum dolorem: quem posteà in totum contempsit, cùm præcipuè tantum iuuamentum inde se consecutam videret. Fuit nanque opus hoc mirum, ex quo ars medica non paruam gloriam consecuta est. Qua de causa, & medici assistentes hoc summoperè laudarunt: vt qui nunquam antea viderant, nec apud aliquem legerant.

Curatio trigesima secunda, de sanguine detracto à muliere gracili, cui iandiu suppressi mēses erant, & contra medicorum opinionem, sanae cuasit.

MVlier boni habitus, gracilis reddita est: cui menstruæ purgationes, per sex menses iam defecerant, grauabatur, angebatur: & quotidiè non rectè valere nobis inculcabat. Cæterùm huic venæ tumebant, & exertæ erant, ac nigricabant: quibus de causis, ex pedis vena, saphena dicta, sanguinem per interualla, ad libras duas, contra medicorum assi-

stent

UVA. BHSC. BU 00033

stentium opinionem demi iussi : aqua sanguinis emissione, optimè valuit : & in pristinum statum reddita est: ac non multo posteà, menses illi suppressi fluxere, & basilicè viuit.

Scholia.

Quùm hæc tractarem, in mentem venit Galenus commentario tertio, in librum sextum de morbis vulgaribus, enarratione 29. vbi huic similem historiam enarrat, quam sic habeto. Multi itaque (inquit) non parùm sanguinis habent : qui tamen maximoperè graciles sunt, quemadmodum alij crassi quidem, nec tamen nisi pauco sunt sanguine præditi, & quidem mulierem, cui iam per octo menses suppressæ erant menstruæ purgationes, quæq; attenuatissima erat, copioso sanguine detracto, breui tempore ad suum pristinum ac proprium statum restitui, nec secus etiam quamplures alias. Id tamen, quod in ea factum est: quippe, quæ non ignobilis esset, celebre admodù fuit. Præcipuè verò quum alij medici vererentur polliceri, certum ex eo remedio futurum auxilium, immo nonnulli etiam nobis aduersari auderent, qui dicebant non modò ob gracilitatem, sed etiam ea inappetentiam, ex venæ sectione illam fore lædendam. Hæc Galenus: qui paulò post, inquit, Porrò, mulieri, de qua nuper est habita mentio, prima die, sangui-

nis

UVA. BHSC. BU 00033

nis sexquilibram, id est, libram vnam & alterius mediam, detraxi: postridie libram, tertiæ verò, non multò plus selibra, erant siquidem vnciæ octo: & subdit. Porrò, illi vena exertæ erãt, quæ sanguine videbantur repletæ, liuentes, secto autẽ vase, sanguis atræ pici, tum colore, tum crassitie, similis effluebat: ob id ipsum verò longè magis decreui liberalius vacuare. Hæc sanè obiter medicis dicta sint, qui rectè mederi volunt. Hactenus Galenus: cuius doctrina muniti, nos mulierem hanc, de qua agimus, ad sanitatem traximus: quæ & hodie firmata valetudine vtitur.

Curatio trigesimatertia, de obitu contracto, ex Diabete, & potu aquarũ ex thermis montis Bodij.

ADamãs ex Cyrolio, mulier nata annos sexaginta, cùm ab hinc duosannos fluore muliebri vexaretur, multis & varijs adhibitis remedijs, ad morbum facientibus, conualuit. Cæterùm, paucis posteà diebus in alium grauiorem lapsa est: diabetycam scilicet affectionem, maximo cum ardore afflictantem. Porrò cùm hanc quoque malam, & pernecantem affectionem leuare, multis machinamentis, conaretur, aquam thermarum

Montis

UVA. BHSC. BU 00033

Montis Bodij, alumen, sulphur, & ferrum sapientium, per quatriduum, ebibit: ex cuius potu, vniuersa eius facies tumuit: ac posteà ita malè habuit: vt per quatuor alios dies tanquàm emortua cubuerit. Vix autem eius pulsus percipiebantur: sed posteà reuixit: & tanquàm ex tenebris in lucem reuocata est: mente tamen non exactè constabat: sic pluresdies vixit. Postremò, ad obitum veniens, per septem dies, absque loquela mansit: & pulsus illi ita exiles erant, vt vix percipierentur: quousque ex toto absumpta, diem suum obijt. Hoc eodem tempore obijt Ioannes Angelus Caribaldus mercator Mediolanensis, dires satis, ex vrinę stillicidio, maxima cum acrimonia, & mordacitate, complicato malo. Erat autem vir hic natus annos plus sexaginta quinque, rarò enim ab hoc vitio senes liberantur: vt diuinus Senex, memoriæ commendauit, libro sexto aphorismorum, aphor. sexto, dicens Renum, & vesicæ vitia, in senioribus difficulter sanantur. Sed tunc eodem vitio afflictum Vincentium fæniculum, rei maritimæ maximum exploratorem, liberauimus: senex autem & hic vir erat, sed robustus admodùm. Cæterùm de ijs, & similibus curandis vitijs, breui

VVA. BHSC. BU 00033

breui multa & pulchra, Deo optimo, maximo fauente, chartis mandabimus.

Curatio trigesimaquarta, in qua agitur de accelerando partu.

PInta vxor Pharasij, musici insignis, quum per triduum in emittendo fœtu, grauiter laboraret, ad eam iuuandam accersiti sumus: ac post multa ab obstetricibus adhibita, & machinata, hoc illi ebibendum dedimus medicamentum. ℞. Cinnamomi optimi, trochiscorum de myrrha, croci optimi ana drachmã mediam: omnia optimè, & subtiliter triturẽtur: & generoso vino excepta, bibenda propinentur: hoc enim epoto, & repetito medicamẽto, duas peperit puellas, omnino luteas: ob quem colorẽ assistẽtes mulieres admirabantur. Cæterùm, nos colorem hunc, à croco ebibito contractũ esse docuimus, itaq; lauatæ puellæ albæ sunt effectæ. Porrò interim hæc agebamus, sternutationem ciebamus condito, hoc est, sternutatorio, siue lanaria dicta herba, helleboro, pipere, euphorbio, & similibus: prout nos docuit agẽdũ, nũquã satis laudatus senex ille, naturæ verus minister: libro quinto suorũ aphorismorũ, aphor. 31.

Dicens

UVA. BHSC. BU 00033

Dicens mulieri, quæ vterinis moleſtatur, aut difficulter parit, ſuperueniens ſternutatio, bonum: vidimus autem nos difficulter parientes, à repetita ſternutatione, breui parere, quia vehementiore concuſſu, atque feruore, partim quidem naturam excitat, partim verò excernit, quæ partibus corporis firmiter infixa adhærent: ſic enim & ſingultum ſolet ſanare ſternutatio. Porrò, ingreſſo nono menſe à conceptione, ventrem vniuerſum axungijs, pinguedinibus, & oleis violaceo, amygdalarum dulcium, liliorum alborũ, ſeminis lini, & varijs ſimilibus emollire, laxare, extendere, dilatare, & fotum habere, optimum eſt: ſiue parienti difficultas à vitio parientis, aut fœtus, aut ſecundarum, aut extrinſecus aduenientium accidat. Parturitionis quoque tempore, ſuffitus ex trochiſcis myrrhę, aut herbarũ variarum, iuuat, vt ſauinæ, mentaſtri, calamintæ nepithæ, pulegij, origani, dictanni, artemiſiæ, iridis, rubeæ tinctorũ, cyclaminis, baccarum lauri, & ſimilium: quæ, ſufficienti vino albo, odorifero, in olla decoqui debent, ac tandem olla ipſa ſedili perforato ſuppoſita: mulier, vndequaque circumſepta veſtimentis, illi inſideat. Nos inſtrumẽtum parare iubemus: quoties

UVA. BHSC. BU 00033

quoties mulier difficulter parit, vt manibus, apprehensa resti, ex alto pendẽte, alta maneat parturiens ipsa, ita vt concuti commodè à viro forti possit: id enim ad partum accelerandum multum prodest.

Curatio trigesimaquinta, in qua agitur, de febre continuò affligente, in morbillos terminata.

ABrahamus, ex Cidicariis, puer annos natus decem, obesus, mense Ianuario febri cõtinua, variis cum paroxismis, inordinatis, affligebatur. Huic sexto die ægritudinis, secta fuit dextri basilica brachij vena: ex qua sanguinis vnciæ sex extractæ sunt. Cæterùm, sequenti nocte, puer hic angi cœpit, & lamentari, demùm sanguis per nares, illi ita copiosè fluxit: vt pueri mater de eius vita timeret: nam & ter egessit, fortè ob cassiam ægyptiacam, quã die anteà comederat. Tunc vniuersum huius corpusculum, exanthematis mitioribus, hoc est, morbillis, plenum fuit: à quibus gubernatus (vt decet) puer & abstemius factus, in totum sanus euasit, & liber: fuere autem omnes ægritudinis dies viginti.

Curatio trigesimasexta, de vomitu cuiusdã mulieris, ex quo medicus

UVA. BHSC. BU 00033

quidam contendebat vermem, scolopendrum dictum, eiectum esse.

QVum mulier quædam nobilis Anconitana, iam diu morbo laboraret, & eum periniquè ferret: & inde singultiret, ac vomeret: nonnullos vermes cum vomitu emisit, paruos quidē. Quos cùm medicus consideraret, fortè fortuna, scolopendram, vermem terrestrē, vnde ceterach, siue asplenium herba, ob similitudinem, scolopendra vocatur, inter eos vermes inuenit, magna cum admiratione, cùm tam horrendum vermem, ægrotantem mulierem per vomitum emisisse videret. Porrò illi similes, Bononiæ aliâs euomitos sub magistris vidisse, gloriabatur: id quod falsum esse, ipse contestatus sum: cùm opinio eius non aliundè eueniret, quàm ex ignoratione vermis illius, quem ille terrestrem esse, scolopendrúmque appellari, ignorabat. Fieri autem posse, eo quo euomuit tempore mulier, vermem in eum locum, in quem euomita ceciderant, irrepsisse, vel si magis placet, id quod non credo, noctu dormiente muliere, & adaperto ore, in eius stomachum ingressum, vt olim eueniſſe cuidā adolescenti, memoriæ cōmendauit

Hippo

VVA. BHSC. BU 00033

Hippocrates, libro quinto de morbis populariibus. Et Gatinarius alij contigisse, historiam citat, viuebat autem vermis hic dum ad me delatus est. Cæterùm, cùm vermem agnouissem, terrestrẽ esse, & in homine non genitum, medici ignorantiam detexi: vnde populus miris laudibus, artem simplicium dignoscendorum extulit, & in nostram iuit sententiam.

Curatio trigesimaseptima, in qua agitur de ascite morbo.

MVlier ad maris portũ habitans, annos nata trigintaseptẽ, ascite morbo laborabat. Cæterùm, elapso nonnullo à morbo, tẽpore, vmbilicus huic ex morbo, similis membro virili factus est, & in eo pustula quædam ingenita fuit, quam mulier vngue cùm scalperet, inde aquositas contenta profluebat: quod aduertentes nos, emissarium natura factum, scalpello dilatauimus, vt humor siue aqua illa contenta, liberaliùs emitteretur. Viuit autem & hodie mulier hæc, & rectè se exercet, & ad functiones obeundas, optimè virilitérque se habet: à qua plus minus libræ viginti aquæ huius, intra mẽses duos effluxere: magnũ tamen splenem (vt sciatis) mulier hæc patitur.

UVA. BHSC. BU 00033

SCHOLIA.

Morbum hunc, ita curandum esse, docuit [illegible] *ille senex libro de Internis affectionibus, quum ait, Si verò aqua intercus innascatur, & rumpatur in ventrem, iisdem medicamentis, & potibus, & cibis, ac laboribus, quibus priores curato. Vinum verò bibat, austerum nigrum, si verò tibi videatur discessisse ab epate, ferro vbicunque apparuerit, vrito, & aquam paulatim emittito: & velut reliquos priores curato: si verò ab his non sanus fiat, temporis progressu corrumpitur, ac moritur. Morbus enim est grauis, & pauci hunc effugiunt. Cæterùm, à natura facta apertura hæc, non ita sæua, & periculosa est, vt ea quam Salamanticæ, hodie Florentissima, in Hispania, Academia in alio, ascite laborante, notauimus: de quo prima Centuria sermonem si rectè teneo, habui.*

Curatio trigesimaoctaua, in qua agitur de febre continua, eueniente à bile furente, & maligna.

HAbrahamus, Oæffus natus annos vigintiquinque, temperatura (si qua altera) sicca, & canina, ad Asculanum portum, febri continua cùm laboraret, & cum medici rectè, doctéque tractarent, elapsis quindecim diebus, à morbi initio, Anconam delatus est. Qui quum febri

VVA. BHSC. BU 00033

bri continua grauiter vexaretur, imum ventrem dolebat, & non quiescebat: imò furibundè cubili huc & illuc mouebatur: idque assiduò, parùm dormiebat, nihil sitiebat, & rectè ad oblata se habebat, solus in nocte absque socio dormire formidabat. Cuius rei causam cùm ab assistentibus interrogarem, respondit quidam, quum nuncium hic accepisset de morte, amici sibi charissimi, proxima nocte, inter dormiendum, vidisse per somnium se per literas ab amico vocari: expergefactum, terrore affectum fuisse: & inde mœrore & metu concitatum, solitudinem in lecto timere. Quum igitur hic tam grauiter febri laboraret, vt cubili per quiescere non posset, illicò intra huius corpus humores furere, ad quorum motum hic moueretur, coniectura atq; argumentis consequor. Proinde illicò purgatorio pharmaco, furentes materias respiciente, euacuauimus: à quibus depositis, ægrotus dolere desiit, & melius habere cœpit. Quanquam febris cotinuò affligens, vtcunque eum teneret, qua & aluus mediocriter respondebat: sed tunc decoctum hoc præparauimus. R. Ordei mũdi, asari, endiuiæ, cichoreæ, bugloss, borraginis, ana pugillum medium: radicum

UVA. BHSC. BV 00033

endiuiæ, bugłoſi, petroſelini, ana vnc. me-
diam: ſenæ drach. ſex, prunorũ pinguium
duodecim: florum cordialiũ, capillorum
veneris ana pugillum medium: ſeminis
melonis mundi, cucurbitæ, batechæ, ana
vnc. vnã: libris ſex aquæ, omnia excipian-
tur: & fiat coctura ſecundũ artis miniſte-
rium, ad conſumptionem tertiæ partis, &
coletur. R. prædicti decocti vnc. quinq;.
Syrupi de pomis ſaporis, de lupulis, de
endiuia, ana vn. mediã: miſce, fiat ſyrup⁹,
quem in aurora ieiuno ſtomacho, bibat.
At dum hæc pararentur, interim iecur
huic illinebatur ſantalino vnguento, &
ſpina dorſi, roſaceo, & os ventriculi, ro-
borãte, fouebatur: tunc vrinæ mediocres
conſpiciebantur. Huic victus, carnes capi
erant, & gallinæ iurulentæ, radicibus pe-
troſelini vulgati, incoctæ. Potus verò, vi-
num optimè dilutũ, ordeacea erat, quan-
doque communi aqua. Elapſis verò ſex
diebus, huic catapotia ex tribus cum rha-
barbaro, obtuli, ſcrupulorum pondere
quatuor, quibus parum egeſſit. Cęterùm,
hoc tempore, videns morbum prędalere,
& hũc in dies graciliorem fieri, cùm eum
gracilem & ſiccum eſſe natura cannina,
ac propterea facilè in habitum morbum
labi poſſe viderem, ad balneũ eum traxi,

et

UVA. BHSC. BU 00033

ex aqua fontana: adiectis paucis herbis, endiuia, lactuca & malua. Duobus autem balneis, intra tres dies peractis, ita rectè valere dixit, vt nunquam anteà. Morabatur autem ferè in balneo horam vnam, cùm eo multum delectari diceret, in fine cuius, ius pulli endiuia alterati, ad vncias octo bibebat: & inde abstersо, oleo violaceo inungebatur: & vt ne dormiret tũc monebamus. Tunc verò huius vires reficiebantur, & morbus minui: sed nos singulis sequentibus diebus, singulas gabatas prædicti iusculi capi, ventre vacuo, dabamus, & eum optimis cibariis reficiebamus: & cùm venter non rectè responderet, clysteriis vtebamur, medicamenta purgatoria fugientes: demùm ordine citato tractatus, intra quinquaginta dies sanitatem obtinuit.

Curatio trigesimanona, in qua agitur, de oris ventriculi dolore.

QVi de oris ventriculi dolore conquerebatur, vir effœminatus, euomere non potuit. Cæterùm, ab iniecto clysterio, quo aluus rectè respondit, vncias tres aquæ florum chamæmelæ calidæ ebibit, à cuius potu dormiuit, & optimè valere dixit. Est sanè distillatitia

UVA. BHSC. BU 00033

chamęmelę aqua, hoc est, ex ipsis chamęmelæ floribus, parata pro iis leniędis ventriculi, & inteſtinorum doloribus, præcipua medicina.

Curatio quadrageſima, in qua agitur de oris tortura.

VIr quadragenarius, morbis variis vexari ſolitus, oris tortura ingenti apprehenſus eſt, à qua vt rectè curetur, in dubium verti decet. Vtrum à paralyſi reſolutione dicta, an à conuulſione ſpaſmo dicto, tortura hæc euenerit: demùm perpenſis, & examinatis omnibus: à paralyſi ortum, morbum traxiſſe comperim'. Erat enim in loco attracto, ſenſus deperditio: cui remedia admouebantur, nõ deſpecta tamen neruorum origine: vt ſecunda Centuria, vberius diximus. Placet tamen nonnihil de hac re memorię euocare: vt ſtudioſi, & qui artem medicam exercent, quidquid in hac curatione deſideratur, in promptu teneant. Vir tamen hic, intra menſem ſanus factus eſt.

SCHOLIA.

Eſt oris tortura, in figura vitium, quod ex accidenti contingit, aut à reſolutione neruorum, Græcis dicta, paralyſi: aut conuulſione, eiſdem ſpaſmo dicta. Cæterùm, quum à paralyſi euenit alterum

UVA. BHSC. BU 00033

alterum duorum, vel simul duo, in eodem mẽbro reperiri necessum est: videlicet, aut sensus, aut actionis, aut vtriusque amissionem: cùm verò à conuulsione euenit, nullum horum reperiri licet. Porrò, cùm altera in parte, resoluti musculi sunt membrum trahitur à reliquis, qui actionem obeunt: & sic sana pars agram trahit: & tunc attractæ parti medicamenta admouenda sunt: non neglecta (vt dixi) neruorum origine. At si musculi conuulsi, hoc est spasmo, siue retractione affecti fuerint, ij ad se partem valentem alteram trahunt: & sic attrahenti remedia applicabimus. Nec enim hæc altius repetere decet. quãdo cætera huic rei conuenientia, secũda centuria curationum harum abundè diximus: de quibus & Galenus nonnihil attigit, libro de sympt. differentiis, quæ percurrere ne pigeat.

Curatio quadragesimaprima, in qua agitur de angustiis & cordis doloribus.

MVlier quędã, quæ puellas legere docebat, nocte quadã, angustiis & cordis doloribus valdè opprimebatur. Ad eã igitur accitus, breui cucurbitã ad vẽtriculum affigi iussi, & illicò se sanam dixit, vt incantationi opus simile applausis manibus exclamaret. Non minus mulier illa, quę post ebibitum pharmacũ purgato-

UVA. BHSC. BU 00033

rium, in cordis pressuras, & angustias incidit: ab applicita cucurbitula ventriculi regioni, illicò se sanam dixit: & ad Deum pro tanto beneficio preces fundebat.

Curatio quadragesimasecunda, in qua agitur de scabie curanda.

IVuenis scabiosus, qui sæpè plùs iustò calebat, optimo constituto victus ordine, & ebibitis syrupis, bilem atram respicientibus, & repurgato leuioribus medicamentis corpore, fomento & vnguento sequentibus lauabatur, & illinebatur: & intra mensem sanus est factus: habet autem fomentum sic, R. herbarum fumariæ, rumicis, senæ, mentastri, acetosæ ana pugillum vnum, libris decem aquæ fiat decoctio sufficiens: ex qua aqua huius vniuersum corpus lauetur, & posteà abstergatur, ac vnguento sequenti illinatur.

Vnguentum contra scabiem.

R. lithargirij, ceruſæ, ana vnciam mediam: olei rosacei, vncias duas: aceti rosati, vnciam mediam: sulphuris viui, drachmas duas, salis drachmam vnam: butyri recentis vnciam vnam, terebinthynæ vnciam mediam, mortario plumbeo omnia tere: misce, & fac vnguentum contra scabiem.

Aliud

UVA. BHSC. BU 00033

Aliud.

R. butyri recentis vnciam mediam, terebinthynæ drachmas tres, aluminis rochæ vsti drachmas duas: sublimati drachmæ quartam partem: succi limonum duorum, oua integra duo: misce, & compone vnguentum. Cæterùm, curationibus Pisaurensibus sequẽtibus, longè melius aliud comperies remedium: quo purpurati, & nobiles Romæ frequenter, pro deponenda scabie, vtuntur.

Curatio quadragesimatertia, de tertiana, gelida potu expulsa.

IOannes Thomasius, mercator Venetus, & frater pharmacopolæ Venetiis præstantis in officina, triplici corona insignita, quum ex Antuerpia Anconam venisset, ex itineris longitudine, & laboribus contractis, fractus & confectus, in tertianam incidit. Ad quem cùm intraret medicus quidam, & illi minorans medicamentum propinaret, & sanguinem per venæ sectionem extraheret, & syrupos illi concederet, & grauissimè haberet: elapsis quatuor paroxysmis, ad eum sum vocatus die paroxysmi: quem magna, & ingenti febre afflictum, ac validissima siti cruciatum, comperio. In qua accessione assisten

UVA. BHSC. BU 00033

assistentes illi, aquam obnegabant: ego verò, hominem, sic eo tempore vexatum, & valde siticulosum videns, linguam admodum quoq; aridam habentem: in cuius vrina, nescio quid sublimamenti conspiciebatur, aquam ad satietatem bibere concedo. Quam ille auidissimè vno hausto, affatim ebibit: à cuius potu vehementer sudauit, & ita bene habuit: vt sequentis paroxysmi die, immunis euaserit: ne tamen in morbum recideret, ex manna, & rhabarbari diluto, purgatus fuit, & basilicè habuit.

Curatio quadragesimaquarta, in qua agitur, de colico dolore.

PEtrutius Bergomas, Anconæ mercator, quum dolore colico vexaretur, ab iniecto clysterio emolliente, clysteribus acribus, & potentibus vsi sumus, & breui sanus est factus. Non multò post tamen in quartanam incidit, præstans tamen clyster, pro abigendo colico dolore, hic habetur. R. Anethi, chamæmelæ, parietariæ, rutæ, an. pugillum vnum: seminis anisorum, carui, dauci, cumini, ameos, ann. vnciam mediam: oleorum anethini, ruthacei, chamæmelini, ann. vncias duas: butyri recentis, vnciam vnam, & alterius

mediam

UVA. BHSC. BU 00033

mediam vini optimi, libra mediam: aquæ libras duas: ad ignem in olla omnia bulliant, & secundum artis ministerium coquantur, colentur, & clysterium paretur, salis drachma vna, vel altera adiecta: item mellis cocti, vna vel altera vnciola: quod si acre reddere cupis, adde trochiscorum alaandal drachmam mediam, plus vel minus, pro ægrotantis virium robore, & morbi indigentia.

Curatio quadragesimaquinta, de sanguinis mictu, ob casum contingente.

PVella annos nata octo, ex alto decidit, ac prope spinã ad lumbos vehementer contusa est: & in fronte vulnus non exiguum quoq; accepit. Cæterum, quum hæc meieret, sanguinem multum, & viuidum cum vrina emittebat: idq; non semel, sed sæpius ad tertium diem: à renum enim regione sanguinem effluere, tum contusio exterior, eos respiciens, tum etiam sanguis ipse, & dolor attestabãtur. Proinde loco exteriori constringens medicamentum admotum est, interius verò pulueres adstringendi vires habentes pauco cum philonio persico ebibendos propinauimus: quos Mesues, capite de rhabarbaro descripsit, & demum sanguis intra

UVA. BHSC. BU 00033

intra tres alios dies cohibitus fuit, capitis quoq; vulnus posteà ad aliquot dies, coaluit. Cæterùm, nunc, nunc, cùm hæc Rafusij commentarer: Ciuis iuuenis ex alto cecidit, & sanguinem viuidum meiebat, qui eo dicto modo tractatus, sanus euasit: bis tamen illi secta vena fuit.

Curatio quadragesimasexta, in qua agitur de vermibus.

PVeri ab Alba, vermibus vexabantur. Cæterùm, cùm febrirent, & electuarium ex myxarijs, sebestis dictis, cui admistum erat parum boli armeniaci pallidi comederēt, sani sunt facti. Porrò, puella scarintij, quum vermibus quoq; laboraret, & illi tardè medicamentum datum esset, vnum præmagnum egessit vermem rotundum, cuius cùm pater pede caput calcasset, ex eo alij prodiere vermes: puella tamen breui mortua est.

SCHOLIA.

Ex verme isto rotundo alij prodiere vermes: quod Hippocrates fieri posse, non negat, immo lib. quarto de morbis, rotundos lumbricos intra intestina parere, & fœtare, fatetur: id quod experientia, de rotundo verme isto habita, Hippocratem veridicum attestatur: cùm ex eo

UVA. BHSC. BU 00033

calcato, & disrupto, alij prodiere vermes ferè ad exitum maturi. Porro, vt rotundi vermes ij, intra intestina, nidificant, fœtant, & pariunt, ita lati nihil horum faciunt: vt citato loco, idem testatur Hippocrates. De quo verme lato, lege sextam centuriam sequentem, veluti primam, apud curationem sextam.

Curatio quadragesimaseptimæ, in qua agitur de puella à cheradibus liberata, posteà gibbosa facta.

PVella, filiæ, honestæ viduæ brudorum, alteri ex ijs, quæ à nobis ab scrophulis liberata, sana perseuerabat, post elapsum annum: altera spinæ vertebrarum exteriùs deducta est: supra quam, mu liercula quędam, ex constringentibus rebus emplastrum cùm admoueret, vertebra vtcunq; intus sese recepit: sed posteà paucis elapsis diebus, puella hæc gibbosa apparuit. Pro qua curanda, accitus ipse, ex vnguento de althæa, supra gibbam partem, ad aliquot dies inungi iussi: posteà verò constringente cerato, locus munitus fuit: & desuper lamina plumbea superposita. Habet autem ceratum constringens eo modo: quo alibi à nobis, in ijs centurijs, descriptum est.

Curatio

UVA. BHSC. BU 00033

Curatio quadrageſimaoctaua, in qua agitur, de vrinæ ſuppreſſione, ob carunculas in vijs vrinarijs habitas.

CYriacus Anconitanus, vir robuſtus, annos natus trigintaquinque: quum longo tempore gonorrhœam eſſet paſſus, ad quam carunculæ in veſicæ collo, vel vrinarijs meatibus, oriri ſolent, & conſequenter vrinæ difficultas: quæ & in vrinæ retentionem ſæpè terminatur: caruculis laborabat, & vrinæ retentione. Cui malo occurrentes nos, cùm nec medicamentis, nec caractere immiſſo quicquam proficeremus: poſtquam vniuerſum eius corpus purgatum fuit, & gonorrhæa ferè extincta: ad carunculas extirpandas nos diuertimus: & ſcopum obtinuimus: prout ex quarta centuria docui, & ſanus euaſit. Eſt ſanè morbus hic difficilis curatu, & à paucis cognitus.

Curatio quadrageſimanona, in qua agitur de morbo gallico, papulis per corpus efflorescentibus.

ALouiſius Florentinus, iuuenis ex Pixonum familia, mercator à muliere meretrice diſcedens, in plures eius vniuerſum.

UVA. BHSC. BU 00033

uersum corpus fœdantes papulas incidit: quarum, nonnullas etiam capiti infixas, habebat. Ad hæc in testiculis ingentem, & ad internecionem vsq; sentiebat pruritum, pro quo leuando, domandóue vnguento populeo, nõnullis opij granis, illi admistis, & aceto acerrimo dissolutis, eos inungendos curauimus: & breui à pruritu liber euasit. Cæterùm, pro curatione papularum, & ne in palpebrarum, & capillorum defluuium veniret: à repurgato optimè corpore, decoctum radicis sy-narum, ad vigintiquinque dies ebibit: & tandem sanus est factus. Nec enim opus fuit, pro ipsis abigendis papulis, vti aqua forti argentariorum, aut aqua sublimati, aut vnguento aliquo exsiccante: prædicto nanq; radicis decocto, penitus extirpatæ sunt. Cæterùm, hic tenui admodùm vsus est victu, & eo quidem exsiccante.

Curatio quinquagesima, in qua agitur de malignis quibusdam tuberculis: quæ in digitorum articulis sæpè oriri solent.

ROsa, mulier Arconitana, sexaginta nata annos, articulario morbo obnoxia, in manus pollice digito, tuberculum articulum prehendens passa est: ex

UVA. BHSC. BU 00033

eorum genere, quæ dolores, & grauia symptomata afferre solent. Pro quo domando, illicò emplastrum parare iubeo: quo nullum præstantius, aut diuinius excogitari potest: & supra tuberculum admouere. Habet autem remedium sic.

R. Scabiosæ herbæ, pugillum vnum: fuliginis camini, vnciam vnam: album oui vnum, vel duo: salis drachmas tres: omnia optimè triturentur: & fiat emplastrum, & supra tuberculum apponatur. Cæterùm, si tuberculum tibi incidendum videbitur, incide, & aperi: cui quoque sic adaperto emplastrum admoueatur. Eo enim dolores, & symptomata pessima euenire solita, ex ijs tuberculis, leniuntur: & sæpè omnino remittuntur, immo & tuberculum ipsum, hoc remedio minuitur, & delitescit. Cæterùm, si tibi videbitur corrodendam esse carnem: prout sæpè euenit: vtere alumine rocha exusto, vel vnguento apostolico, vel simili alio: supra tuberculum prædictum semper ponendo emplastrum: quousque omnino compos voti sis. Sic enim mulier hæc sanata est, nec in digito vitium aliquod relictum fuit: vt sæpè ex ijs tuberculis contrahi solet.

SCHOL.

VVA. BHSC. BU 00033

SCHOLIA.

Est tuberculum hoc, ex eorum genere, quæ tria sæpè citantur, steatoma, Atheroma, & Meliceris; & sic pro contentorum ratione appellantur, in steatomate seuum referens materia continetur: in atheromate pulticula, in meliceride, mel. Cæterùm, id quod in ijs continetur tuberculis siue abscessibus, nonnunquam putrescit, quandoque digeritur, quandoq; vero ferro exciditur. In steatomate enim propter contentæ materiæ duritiem: nunquàm putrescit, nec digeritur, sed ferro exciditur: vt in Cerdone Pisaurensi actitatum est, de quo curationibus Pisaurēsibus, legito. In Atheromate contentum, & putrefieri potest, & excidi. In meliceride putrefieri potest, digeri, & exedi. Cæterum, emplastrum à nobis descriptum, tantæ potentiæ & dignitatis est: vt etiam ad carbunculos domandos vsurpetur.

Curatio quinquagesimaprima, in qua agitur de quartana curata.

REuerendus Concionator, qui linguam sanctam optimè callebat, ex ordine dominicorum, [illegible] vigente autūno, quartana laborabat: quam iam diu patiebatur. Cæterùm, hic ab epotis decem syrupis,

UVA. BHSC. BU 00033

humorem melancholicum respiciētibus, & deuoratis catapotijs, nocte, ante diem accessionis, melius habuit. Demùm, epotis drachmis duabus theriaces, singulis diebus, in aurora, ieiuno stomacho, veluti die paroxysmi, hora vna ante accessionem intra mensem sanus euasit. Cæterùm vir hic doctus, per manus nostras posse breui curari, sibi persuaserat: quia quartanæ curationem in Centuria nostra prima anteà perlegerat. Cæterùm, cibus huic optimus (vt oportebat) erat, non nisi multo piperi, aromathis, & sinapi mistus: potus verò, vinum meracum, ab aqua verò, tanquam ab igne monitis nostris, fugiebat. Ea enim splen tumescit, fons, & origo quartanæ, si qua tamē aqua ebibi à quartana affectis, permittitur, ea est, asplenio, ceteracha, siue scolopendra dicta herba, incocta, aut capillo veneris, aut tamarice: à lingua verò Ceruina herba, vtpote philitide, meatus obstruente, & constringente, fugiendum, iam olim monuimus.

Curatio vigesimasecunda, de puero continuò febriente, & circa pectus, dolorem, difficili cū respiratione patiēte.

Filius

UVA. BHSC. BU 00033

FIlius Zornagæ, cùm iamdiù afflictaretur, & de ventris, & thoracis dolore quereretur: medici iussu, hirudines ano illi applicitæ sunt: & mannam iure pulli exceptam, ebiberat: & dolorum loca linimentis variis illita sunt: quibus morbus grauior euasit. Cæterùm, ad hunc vocatus puerum quinque annos natum considero: obesum, morbo graui laborantem, vires constantes habentē: & cui olim ego (vt mater, & assistentes testabantur) morbo graui, & periculoso laboranti: sanguinem, per venæ sectionem, extrahi iusseram. Tunc audacter dextram iecorariam in brachij curuatura aperiri iussi: sanguinisque vncias quatuor fluere: quibus extractis, puer illicò melius habuit: & breui sanitatem exactam obtinuit.

Curatio quinquagesimatertia, in qua agitur, de delendis oculorum nebulis.

PVella, annos nata duodecim: quę concepta vtero materno fuerat, eo tempore: quo pater morbo gallico laborabat: morbosa erat. Cæterùm, huic post ebibitum decoctum guayaci ligni, in oculorum nebulas crassas, ob destillationem à capite, incidit: pro quibus delendis, à

UVA. BHSC. BU 00033

repurgato corpore: & rubi viticosi decocto ad viginti dies ebibito: non admodum subtili victus ratione constituta, hoc remedio vsi sumus: & sana euasit. R. Mellis ex ipso fauo, libras duas: summitatum fœniculi, florum sambuci, euphragiæ, ana pugillos duos: sacchari candi, vncias quatuor: in duplici vase vitreo, fiat destillatio secundum ordinem chimicum, ex qua nebulæ sæpè inungebantur: & tandem sanata est.

Curatio quinquagesimaquarta, de puero mingente lotium nigrum, qui non febriebat, sed scabiem vlcerosam multam in capite, & collo, patiebatur.

Filius Angeli Anconitani, natus annos quinque, obesulus, cùm bene rectéque (vt parentibus videbatur) gubernatus esset, circa præcipuè sex res non naturales, in capite, & collo, multam scabiem crustosam, vlcerosámve passus est: ex qua ichores, & sanies multæ in dies fluebant. Cæterùm, elapso mense, à morbo, puer hic lotium multum, nigrum ad tres dies non sine acrimonia, & virgæ dolore meiebat: absq; tamen febre. Porrò rectè gubernato puero, & abstemio facto

UVA. BHSC. BU 00033

facto, mannæ vncias duas iure pulli incocti lactuca, exceptas, bibit: quas illico vomuit: sed posteà ex cassia ægyptiaca atramentum manibus suis exemptum, comedit: quo aluus optimè respondit, & melius habuit. Ad sequentes verò octo dies, singulis auroris, singulas gabatas plenas, iusculo pulli incocti malua, & paucis foliis sennæ, bibebat: & tandem sanus est factus: nec enim ad capitis scabiem quicquam admouendum permisi, exse enim posteà sanata est. Cæterum, lotium nigrum quod puer hic misit, crisis & terminus ferè huius morbi fuit.

Curatio quinquagesimaquinta, in qua agitur, de Angina.

PIstor, Qui ad sacellum Diui Marci habitat, angina laborabat: febriebat, tussiebat, difficulter respirabat, os nō aperiebat: ad latus sinistrum phlegmon magis declinabat. Quibus animaduersis, illicò cephalicam, sinistri brachij locum læsum respicientem, secare iussi: & sanguinis vncias decem, per interualla, demere, vires constabant, & emplastrum extra admouere iussi: nam & gargarismo vtebatur. Cuius vsu, & emplastri beneficio, disrupta phlegmone, ægrotus, ab orci fauci-

UVA. BHSC. BU 00033

bus reuocatus est. Tunc verò, aqua mellis gargarizabat, & paucis poste à diebus pancraticè habuit. Erat autem emplastrū, ex nido hirundinis, apparatum, vt sæpè iam me feciſſe vidiſtis.

Curatio quinquageſimaſexta, de morbo gallico, varijs ſymptomatis complicato.

LVca, Ligurus, vir robuſtus, & rei maritimæ maximus explorator: quum ex Alexandria Anconam nauigaret: ita malè affectus, & varijs vitijs oppreſſus erat, vt pedibus deambulare non poſſet. Nam, morbo gallico vehementiſſimè vexabatur: & eiuſdem vlceribus, ab vmbilico, ad pudenda illi omnes particulæ excorticatæ erant: ad hæc, brachiorum, ita intenſum dolorem patiebatur, vt ea mouere non poſſet, nec eiſdem functiones obire, per vniuerſum quoque corpus, papulas plures habebat: nonnullas verò cruſtaceas. Gonorrhæam nanque iam diu illi familiarem, omnibus prædictis coniunctam quoque patiebatur, cum quibus omnibus, vires imbecilles quadam cum febricula erant. Curaturus igitur hunc, primò eum reficiendum, eiuſq; vires inſtaur

VVA. BHSC. BU 00033

ſtaurandas putaui: deficiente nanque facultate vitali, curatio caſſa, & nulla ſit neceſſe eſt, vt ex Galeni libris, docti euadimus. Interim tamen vlcerum aliqua nobis cura erat, quia eis maximè torquebatur: adeò vt nec ſyndones, nec ſtragula opertoria, ſupra ſe ferret, tunc ea vlcera lauacro exſiccandi, & abſtergendi vires habente, abluebantur: & vnguento plumbeo inungebantur. Refectis tandem viribus, intra octo dies, hunc leuiori quodam pharmaco, purgauimus: quo optimè aluus reſpondit, tandem pro extirpanda mala qualitate, iocinori, & reliquis membris impreſſa, quæ prima intentio in curatione eſſe meritò debuerat, ad decoctum radicis ſynarum bibendum eum traxi: quod ad viginti quatuor dies ebibit: & eo parum ſudabat, aluus tamen, in vniuerſa hac curatione, optimè reſpõdit. Cæterùm, vix decimus agebatur curationis dies, quando huic vlcera ex totò ſanata ſunt: & brachiorum dolores leuati: quibus ita vtebatur, vt ſe ſanum diceret, ad triginta tamen dies, curatio protracta fuit, & rectè habuit. Cæterùm, cùm adhuc ſeſe non omnino ſanum diceret, alium accerſiuit medicum. Qui ex mercuriali vnguento eum illiniuit: & ita finiſtrè, vt

UVA. BHSC. BU 00033

per os vniuersam corporis substantiam spuere illi fecerit: adeò vt tabe, & marcore confectus, diem suum obierit.

Curatio quinquagesimaseptima, de febre continua maligna, alteri febri, superueniente.

IOannes Florentinus, vir annos natus triginta, temperatura bilioſa exusta, vt eum sæpè Hispanum appellarem, febri lenta diù correptus fuit: quam acutapostea subintrauit, maligna cordis humores, & ipsius cordis corpus prehendens, magis tamen humores. Porrò, calor febrilis nunquam intensus fuit: pulsus tamen parui, diminuti, & debiles erant: caput ad anteriorem partem dolebat: & linguam aridam, & nigram habebat: vt vix eius verba ab assistentibus perciperentur. Delirabat, noctu magis, diu parùm loquebatur: & interrogatus rectè respondebat: ad oblata se bene habebat, & aluus vtcunque respondebat, huic vrina pallida erat, parte in superiori nubeculam diuulsam habẽs. Cæterùm, ijs consideratis: victum huic ex pullo contusum parare iubeo, adiecto ptisanæ cremore: cui puluisculus boli armeniæ pallidi admiscebatur: item, diamargar

UVA. BHSC. BU 00033

margaritonis frigidi ſpecies, ſed tunc ex vena communi brachij, ſanguinis vncias quatuor demendas curaui: qui ſanè, non admodùm magnam præ ſe ferebat putredinem, vnde prædixi, omnia proſperè breui futura. Iam & ſi, ex febribus cordis corpus occupantibus, quæ & ipſæ hecticæ ſunt: vt fuſè iam in his centurijs dixi ex Galeno, libris de pulſibus, ſanguis extractus, optimus ferè ſemper eſt. Quare in eis à ſanguinis miſſione, medici prudentes abſtinent, modò tales febres pendentiam ab humoribus, & membris alijs non habeant, vt Ioſepho aurifici Veneto euenit. Qua de cauſa illi ſanguinem extraximus, vt centurijs per Frobenianos, excuſis legitis. Cæterùm, ab hac ſanguinis miſſione ægrotus meliùs habere dixit. Sed tunc ſpuere cœpit: nam circa pectus pondus ſentiebat, & quandoque tuſſiebat: qua de cauſa, decoctum hoc parare iuſſi. ℞. Capillorum veneris, farfaræ, radicum endiuiæ, bugloſſi, borraginis, ana pugillum vnum, prunorum pinguium, decem, ſebeſten, iuiubarum, ſingulorum quindecim, ſeminis melonis mundi, cucurbitæ, batechæ, ana vnciam mediam, glicirrhizæ mundæ vnciam mediam, florum nenupharis, borraginis,

bugloſſi

VVA. BHSC. BU 00033

bugloſſi, violarum, roſarum, ana pugillum medium: excipiantur omnia libris ſex aquę, & fiat decoctio ad conſumptionem tertiæ partis, & coletur: cui adde, ſyrupi violacei, nenupharini, oximelitis, ana vnciam vnam: miſce, fiat potus longus, cuius manè & ſerò, magnam quantitatem bibebat. Cæterùm, linguæ nobis cura incumbebat: quæ ſæpè ſemine pſilij ex aqua lauabatur, & circunflexa canna abſtergebatur: & frontis altæ parti oxyrhodinum admouebatur, veluti cordi epithema refrigerans, quæ ſæpè innouabantur. Sed hæc cùm tractarentur, ex naribus ei ſanguis fluxit: non multús tamen, dehinc nocte quater egeſſit, & magis ſolito delirauit, agebatur autem dies, (vt aſſiſtentes aiebant,) octauus à morbo acuto, & maligno introducto. Tũc ego morbum in ſtatu iudicaui, ac victum eius ſolum ptiſanæ cremorem eſſe iuſſi: & ad ſcapulas cucurbitulas quatuor applicandas curaui. Sequenti die, cùm hic magna, & ingẽti ſiti torqueretur: & gelidam vehementer appeteret: tam & ſi hyems vigeret, aquam ad ſatietatem ei conceſſi: qua ipſe valdè oblectatus eſt, & ea multùm ſudauit. Proximo die, meliùs habuit, & ptiſanæ cremor in cibo auctus eſt, & mannæ

VVA. BHSC. BU 00033

mannæ electæ, binas vncias & tertiæ mediam in decoctione florum & fructuum cordialium, ei propinauimus: quo pharmaco aluus optimè respondit, & rectè tunc habere dixit. Exinde victus, ei pullus aqua coctus, esse cœpit: & alia vires instaurantia: vt vinum vermiculum subtile, quod facilè concoquitur, & membris apponitur confestim. Decimoquarto die, ex toto sanus fuit factus, qui & nunc rectè viuit. Hoc eodem tempore, febribus quoq; correpti, conualuerunt, Lazarus iuuenis, qui ex nundinis fulgineis, tunc reuersus erat: vbi à medico cognomento vncia, rectè tractatus erat: Et miles, qui summi pontificis stipendium merebat, qui cùm febri continua corriperetur, tertio die bile suffusus est, pullicari morbo apparente quoque.

Curatio quinquagesimaoctaua, de pleuritide in impiema versa: & hominẽ, intra quadraginta dies, interficiente.

QVinquala, Vir temperatura sanguineus, obesus, natus annos quadragintasex, inspirante vento austro admodum calente, qui sese ad internecionem exere

VVA. BHSC. BU 00033

exerceret: malè habere cœpit. Cæterùm, tertio die ad noctem, pleuritide fœuissima affligi cœpit: ad quem accitus ipse, cum ita fortiter dolore infra scapulam sinistram, cordis anteriorem partem, prehendente, cruciari inuenio: vt me præsente, bis & ter, in animi deliquium, ob dolorem illum internecabilem laberetur. Totus nanque riguit, quem pannis calidis confertim restituimus: quibus, & locus dolore affectus quoque fouebatur: vt ex millio, & furfure, confecto sacculo, sed interim, dum hæc applicabantur: fomentum hoc apparabatur, quod habet.

℞. rosarum, hordei, fœnugræci, seminis lini, maluæ, violarum, anethi, camæmelæ, parietariæ, radicis maluauisci, an. pugillum vnum: libris decem aquæ omnia excipiantur: & fiat decoctio sufficiens: & coletur. Cui adde, olei rosacei, violacei, camæmelini, an. vncias duas: misce fiat fomentum, & spongia noua, vel philtro, vel meliùs vesica bouina, semiplena, supra locum dolentem applica: & sæpè innoua, ijs enim dolor ille pernecans lenitus fuit. Sed tunc, ex interna brachij vena, respicientis latus affectum, sanguinis vncias decem demendas curaui: & supra ipsum locum vnguento inungi: constante,

oleo

VVA. BHSC. BU 00033

oleo rosaceo, violaceo, & pauca cera, lana succida excepto: quibus optimè habuit, & eam noctem absque dolore transegit: in aurore verò ad eum diuertens, eum rectè valere comperi: Nam, optimè spuebat, & parùm; vel nihil dolebat: totum tamen corpus suum tanquàm contusum, & verberibus affectum, dicebat: parùm gustabat, & id quod gustabat, ptisanæ cremor, aut hordei aqua iulebo violaceo admista erat. Sequenti nocte, dulces somni eum tenuere: vt se sanum asseueraret. Tertio die, ex flore fili, quæ ægyptiæ bolum deglutiuit: quo aluus optimè respondit: & tunc omnia rectè habere visa sunt. Quarto, cùm ex toto se sanum diceret, cum venia discessimus: domi tamen hic ad sequentes octo dies mansit: quibus optimè semper habere dixit. Post octauum verò diem dolore, iterum circa eundem locum, affligi cœpit: non sine febre, & corporis sui lassitudine: ad quem ingressus alius medicus, ita in eo curādo segniter, & pigrè se gessit: vt nullo extracto sanguine, solis propinatis syrupis, sexto die illi pharmacum purgatorium dederit: quo die phlegmone dissupta est: & ægrotus empimicus factus. Tempore etenim illo intermedio, fluxio

UVA. BHSC. BU 00033

fluxio locum illum debilem repetiuit, vnde phlegmone ortu est: pro qua curanda, illicò sanguinis copiosi emissione opus erat: quam negligens medicus præteriuit: syrupos tantùm dando, oblitus verborum Hippocratis, Vltimis morbis, vltima remedia esse adhibenda: & vltimos & exactè peracutos morbos summa, & exacta diligentia indigere: demùm sexto die, ab ebibito pharmaco concesso, per medicum indignum, vt medicus dicatur, phlegmone disrupta est: vnde ægrotus malè habere cœpit: empimicus autè (vt dixi) euasit, à quo die, ægrotus in fluxum ventris incurrit, & saniem per os screare cœpit. Nam phlegmonem intus disruptã esse ægrotus ipse firmabat, quia eam rumpi persensit: sed euidentiores notæ hoc testabantur. Thoracis nanque cauitas, ex ipso pure plena (vt empimicis euenit) euasit: id autem per os interpellatim ita putidum, & fæculentum, magna quantitate mittebat, & ita pessimi odoris: vt ægrotus ipse ampliùs eius emissionem ferre non posse, assistentibus nõ rarò inculcaret. Imò aliquando, ita coaceruatim, & magna quantitate, tabum, & corruptum humorem hunc, mittebat: vt quis per vomitum emissum diceret. Demùm

perse

VVA. BHSC. BU 00033

perseuerante ventris fluxu, & putris materiei per os reiectatione, quæ magnã, & ingentem viscerum corruptelam arguebat, tabidus factus, diem suum obiit, quadragesimo die, à morbi initio, non sine medici illius culpa ingenti: aliter enim non moreretur.

Curatio quinquagesimanona, in qua agitur de dolore oculi.

ANtonius Baptistæ filius, iuuenis natus annos viginti septem, quum rectè haberet, repente dextri oculi dolore cruciari cœpit. Dolebat etiam à capite, persentiebat autem iuuenis hic, boni habitus, temperatura biliosus, intra oculum, dolorem pauco cum rubore, absque tamen febre. Pro quo curando, à depositis per clysterem alui fæcibus ex cephalica externa, siue capitali dicta vena, eundem oculum affectum respiciente, sanguinis vncias sex detraximus: à qua sanguinis missione, illicò se rectè valere, nec amplius dolorem persentire dixit. Ad oculum tamen stillatitiam ex rosis, vno vel altero croci grano, intinctam, admouebat frigidam. Vt enim, quæ auribus iniiciuntur calida esse opor-

UVA. BHSC. BU 00033

tet ita oculis applicata, frigida, vt sint necesse est.

Curatio sexagesima, in qua agitur de vrinæ acredine, mordacitéve, ob vlcera à morbo gallico contracta.

MVlier, quæ ad portum agit, & iamdiu morbo gallico vexata est, vt quoque ex eius facie percipitur: in vrinæ ingentem acredinem, mordacitémve incidit. Cæterùm, hæc, proposito optimo victus ordine, & cassiæ ægyptiacæ pulpamento bis, atque ter deglutito, ac ebibitis decoctis, quæ materiam morbi gallici respiciunt, guayaci decoctum ad quadraginta dies ebibit, & ex toto sanata est.

Curatio sexagesimaprima, in qua agitur de quadam mala affectione derelicta, à quaterna febre.

RAphael Thadæus, iuuenis Florentinus, & qui Anconę apud Aloisium Pixonium mercatorem agebat: quum Antuerpiæ quartana laboraret, in Italiam se recepit: & ab ea curatus sanus euasit. Cæterùm, inde eius facies pallida admodum contracta est, vt alio gra-

uiori

VVA. BHSC. BU 00033

uiori morbo iuuenem hunc affligi, quinuis diceret: patiebatur nanque lienis & corporis meatuum obstructiones. Pro quibus abigendis, ab ebibitis syrupis, & apozematis deobstruētibus, & repurgato corpore, decoctum radicis synarum ad vigintiquinque dies ebibit: & floridum colorem solitum adeptus est: fistula tamen ano infixa detecta est, quam anteà (vt ille aiebat) non perceperat. Pro qua curanda Hipp. consulendus est, proprio huic dicato negotio libro, hoc est, de fistulis.

Curatio sexagesimasecunda, in qua agitur, de Ramice intestinali, ruptura dicta.

ESau Martilinus, iuuenis Florentinus, absque procathartica causa (vt ille aiebat) in herniam intestinalem incidit: quæ descensus intestinorum in scrotum, ob omenti rupturam describitur. Cæterum, huius curam suscipientes nos, à depositis alui per clysterem excrementis, intestina per chyrurgum leniter intus reducenda curauimus: tandem accinctus est fascia inguinali, optimè composita: sub qua, ad ruptura, ceratū nostro modo apparatum ponebatur. Cuius beneficio,

UVA. BHSC. BU 00033

& syruporum, etiam infrà dicendorum, potu, intra mensem sanatus est. Agitur autem iam biennium à curatione ista: ille verò (vt ait) ita rectè habet, ac si nunquam hunc passus sit morbum. Habet igitur ceratum mirum, contra rupturam, hunc in modum, Recip. gummi tragacanthi, arabici, carabe dicti succini, ana drachmas duas: bdelij aceto dissoluti, acacię, mastichis, hipocisthidis, thuris, sandarachæ, boli armeniæ, sarcocollæ, ana drachmas duas: & tertiæ mediam, sanguinis draconis optimi, lapidis hęmatitis veri, mucaginis vesicarum vlmi, ana vnciam mediam: viscì quercini vnciam vnam, glutinis taurini aceto dissoluti, drachmas sex, ceræ, resinæ, ana vncias duas, terenda, terantur, & secundum artis ministerium, fiat ceratum: primò ceram & resinam in cacabo liquefaciendo, dein cætera mittendo: vltimò viscum, & glutinum, tandem ceratum para, me hercle diuinum dices.

Syrupus bibendus.

Recip. bistortæ, ossium myrobalanorum citrinorum, mumiæ, granæ tinctorum, radicum consolidæ maioris & minoris, sarcocollæ, ana vnciam mediam, rubeæ tinctorum drach. mediam: ex his omni

UVA. BHSC. BU 00033

omnibus fiat puluis. R. prędicti pulueris ſcrupulos duos, rob Myrtillorum vnciam vnam: decocti rerum prædictarum conſtringentium vncias tres: miſce, fiat ſyrupus: quem ieiuno ſtmacho bibat, & ſæpe iteretur: iis enim vir hic ſanus (vt dixi) intra menſem euaſit: qui & nunc apud Ægyptum merces exercendo tauricè valet.

Curatio ſexageſimatertia, in qua agitur de puero tumorem prædurum, & ingentem in occipitio patiente, vnde paralyſis illi ſuperuenit, & poſteà obitus.

PVer proxenetæ à Lanxiano, annos natus duos, magnus & obeſus, tumorem in occipitio prope nucham ingentem, & prædurum paſſus fuit. Pro quo curando, accerſitus fuit chirurgus, qui emplaſtrum (neſcio quale) tumori ſuperpoſuit, quo breui tumor delituit. Cæterum, paucis interiectis diebus, puer paralyſi correptus fuit, adeò vt brachium ſiniſtrum illi ita reſolutum fuerit, vt motus in vniuerſum expers manſerint: & oculus dexter ita infectus, & peruerſus, vt ſtrabo puer factus ſit. At puer hic, paucis poſteà diebus, febri correptus eſt, multis & variis exanthematis nigris corpuſcu-

UVA. BHSC. BU 00033

lum occupantibus: vnde intra octo dies diem suum obiit.

SCHOLIA.

Ob tumoris materiam retroducentem, ad interiora supra neruorum originem, obstructio facta est, quâ consecuta est paralysis: sed & oculus paralysi quoq; affectus est: qui vt strabonibus apparet, peruersus erat, & vix à palpebra claudebatur. Nam oculum ipsum, cum ipsa palpebra ægrotus non mouebat: quâ casum, non raro ante nos, prisci multa laude digni, notarunt: vt accuratè Aëtius sermone septimo suæ rei medicæ, cap. 49. pertractat, quem percurrere ne pigeat. Lactauerat autem puer hic matris suæ lac, quæ hectica febre, & phthisi laborauerat: & ex ijs consumpta non diu ante tumoris apparitionem obierat, vnde fortè puer morbum contraxit, & obitum. Hoc eodem tempore, huius pueri patrem ab hectica liberauimus: quam contraxerat ab vxore: quæ paucos anteà dies phthisi, & hectica consumpta, diem suum obierat: quam ipse diu curauerat, tractauerat que.

Curatio sexagesimaquarta de febre ardente, cum pulicari morbo.

VXor piscatoris, mulier procera, & corpulenta, quadraginta nata annos, ardentissima febri corripiebatur. Ad quam accersitus, eam sic ardẽti illa febri, pulicari

UVA. BHSC. BU 00033

pulicari symptomate per vniuersum corpus floreſcente, vexari comperio, multis rubris, paucis verò liuidis exantemathis apparentibus: vnde huic illicò ſanguinis vncias decem demendas curaui: ex brachij dextri vena baſilica: erat autem ſanguis nõ admodum corruptione affectus. Cæterùm, victus ratione, prout ſimilibus febribus correptis, fit, conſtituta: & propinatis ſyrupis ex ſucco acetoſo, & acetoſitate limonum, quinto die, per nares, ſanguinis fluxum adeò copioſum incutriti vt opus fuerit retractionibus, frictionibus, vinculis, ac ad nares torundis pulueribus conſtringentibus oui albumine exceptis, vti: imò ad tempora & frontem, gypſum, oui albo miſtum, & plagulis exceptum admouebatur, tunc ſanguis deſiit per nares fluere, & in os cadebat. Cæterùm, ab oxicrato ore detento, ſanguis ex toto cohibitus fuit, & mulier ex toto libera. Hoc eodem tempore huius mulieris filiæ duæ, eiſdem febribus, & ſyptomatis correptæ erant: quæ & ipſæ ſanatæ ſunt.

Curatio ſexageſimaquinta, in qua agitur de aurigine morbo, ſimul cum tertiana duplici infeſtante.

VVA. BHSC. BU 00033

AMoretus iuuenis Florentinus, natus annos tres supra viginti, temperatura biliosa (si qua altera) aurigine morbo, simul & tertiana duplici laborare cœpit. Cæterùm, huic occurrens ego, in brachij curuatura internam secari feci venam sanguine ad vncias octo diminuto: syrupos quoque iecur respiciētes, & eum ab obstructionibus liberantes, exhibuimus: vltimò denique pharmaco purgatus ex rhabarbaro & electuario à dactilis, in quo oximelitis parum affusum erat, composito, bene habuit: & sequentibus nonnullis diebus rhodosaccharum ieiuno stomacho comedebat, & stillatitiam cichoreæ suprabibebat, ac tandem sanatus est. Erat autem huius lotium, adeò croceum: vt familiaribus admirationi esset. Hoc eodem tempore, in eadem barberinorum domo, Petrus Franciscus à terra noua, mercator diligentissimus, à nobis ex articulario morbo, curatus est, qui & ipse sanitatem obtinuit.

Curatio sexagesimasexta, in qua agitur de veteri fluore, rubricante.

VXor Orientalis mercatoris, qui ad ædem Diui Rocchi habitat: postquam abortiuit, fluxum ordinatum passa est:

VVA. BHSC. BU 00033

est: qualem tamen parientes vel abortientes, solitæ sunt pati: à quo optimè valuit. Octauo postea die, fluor muliebris rubricans, qui à toto corpore decidi solet, illi superuenit: ita copiosus, vt sæpe mulier hæc animo linqueretur. Ad hanc igitur vocatus ego, post septimũ diem, eam habitu gracilem, viribus tamen vtcunque valentem deprehendi: quæ ad ea quæ illi offerebãtur, mediocriter se habebat: tunc verò vniuersa intentio nostra eò dirigebatur, vt hunc compesceremus fluxum: quando ex illo, mulier hæc sæpe in animi deliquium incidebat, vt timor esset aliquando, ne ex toto deficeret, & moreretur. Cæterùm, quia mulier hæc etiam de stomacho querebatur, & ad gulam nescio quid persentire se aiebat, vomitoriũ medicamentum hoc paro, vt humorum fieret auersio, retractione. R. Seminis raphani, cumini, rapæ, cęparum, anethi, ana drachmas duas, seminis staphisagriæ scrupulum vnum: in libris duabus aquæ para ad ignem decoctum, & cola: cui adde, agarici optimi, candidi, in puluerem redacti, drachmam mediam, oximelitis vnciam vnam, & alterius mediam: misce, fac vomitorium, & tepidum bibendum trade. Nouisti tu, quæ tepida sunt, stoma-

UVA. BHSC. BU 00033

chum dissoluunt, & cum ad vomitū pronum reddunt: hoc etenim vomitorio medicamento multa euomuit. Dein verò ex diacitonite ante esum parum gustauit, vt eius stomachus roboraretur: qui laxus & dissolutus erat. Huius victus, capi, aut hędi, carnes erant, assæ potius quàm aqua coctæ: quibus assis siue elixis, aromatum vice species hæ iniiciebantur. R. Seminis summachiorum optimè pistorum, drachmas sex, coriandrorum præparatorum, drachmas tres, boli armeniaci pallidi, drachmas duas, cariophillorū drachmam mediam: misce, & tere, & fac puluerem: cuius pauxillum pro vice infunde: sed in potu vinum rubrum austerū aqua calybeata dilutum habebat: sed interdiu & noctu iulebum hoc bibebat. R. Aquæ plantaginis, stipitum rosarum, ana libram vnam, rob myrtillorum, vncias duas: misce, fac iulebum longum, de quo bibat: & eò minùs quò potuerit: iis enim ordine digestis, radicibus mammillarum, cucurbitulas duas magnas affigi curauit: post quas fluxus non ita copiosus erat: imò tunc ex se, materia per secessum deriuata est: sæpe nanque egerebat, & tunc, vt consequens erat, ex vtero fluor imminutus est, sed cùm posteà ventris fluxus restri

VVA. BHSC. BU 00033

restrictus sit, ex vtero fluxus iterum ad solitum suum cursum redijt. At cùm tunc ad manus esset ceratum contra rupturam paratum: curaui, vt obstetrix ad os ventriculi, eius parum in panno coccino admoueret, veluti & parũ quoq; ad imum ventrẽ. Quibus, prædicto regimine, ita fluor hic restrictus fuit: vt intra octo dierũ spatium, post meum accessum sanata fuerit: rarò sanè morbi ij curationem recipiunt, & eò magis si iam veteres sunt.

Curatio sexagesimaseptima, de puero continuo febriente, cui datum est purgatorium pharmacum: quo mirum in modum sudauit, & liber à febri mansit: quæ postea in quintanam degenerauit.

PVer Alpharinorum, quum febri continua laboraret, & bene haberet: non multum posteà, ab ingestis pomis viridibus in febrem recidit, huic post per iniectos clysteres, deposita ventris excrementa, sequenti die ad eum accedens, syrupi rosati solutiui vncias duas, tribus aquæ portulacæ mistas, ieiuno stomacho, propinaui: quibus ita in sudorem copiosum, vniuersum eius corpus irrig

UVA. BHSC. BU 00033

irrigantem, ad treshoras peruenit: vt inde liber à febri maneret: ex pharmaco autẽ purgatorio, per sudorem euacuans humores factum est. Cæterùm, elapsis posteà quinque diebus, puer hic, febri correptus est, à qua sudore mundus euasit: posteà, quinto altero sequenti die, eadem febre in eadem hora oppressus fuit, à qua & sudore liber euasit: sed & quinto altero sequenti die, simili paroxysmo vexatus est: à quo & sudore in totũ sanatus est. Quintani autem tres ij paroxysmi à me in hoc puero deprehensi sunt: adeò euidentes, & manifesti: vt ex tertianis quotidiè percipiuntur, euenere autem hæc, mense Iunio.

Curatio sexagesimaoctaua, in qua agitur de ægylope, à morbo gallico, in angulo oculi, contracto malo.

MVlier, quæ ex Sancto Lupidio ad me delata est, morbo gallico laborat. Nam eo, maritus anteà laborauerat, ex quo Romæ curatus fuerat. Cæterùm, hæc ex ipso morbo vlcus in naribus contraxerat, & ad oculum in magno angulo, hoc est, intra nares, & ipsum oculum, ægylopem, non admodum tamen inueteratum malum: nondum enim in fistu-

lam

VVA. BHSC. BU 00033

lam dehiscerat: & in capite tuberculum magnum patiebatur, & prope alterũ oculum duritiem quandam: quam omnes affectiones, ac vitia, capitis ingens dolor comitabatur. Erat autem mulier hæc, annos nata, quinque supra triginta, cuius aluus, nisi clysterijs, aut balanis irritaretur, sex, & octo dies, absque secessu permaneret, causa non parua: vt morbus hic difficilis, & grauis, in dies magis, & magis foueretur, maligniórque euaderet. Omnia igitur hæc, ipse considerans, quæ symptomata anteà cum essent, morbi eua ferunt: sic victum huic instituo, quantitate, prout longitudo morbi, & ipsius vires postulabant: qualitate verò, cibaria optimi succi essent, commendaueram: potus verò, aqua decoctionis cinnamomi: ijs enim ordine digestis, syrupos hos, hæc bibere cœpit. R. Syrupi de fumo terræ, de epithimo, de elleboro ann. vnciam mediam: infusionis fenæ, vncias quinque: misce, fac syrupum, quem ieiuno stomacho, ebibebat, & octies repetebat, in fine quorum, hæc deglutiuit catapotia. R. Pilularum de nitro Alexandri, scrupulos duos: aurearum, de fumo terræ, ann. scrupulũ vnum, diagridij, grana tria, trochiscorum alaãdal, grana duo, omnia

syrupo

UVA. BHSC. BU 00033

syrupo de fumo terræ excipiantur: & formentur pilulæ quinq; quas hora septima noctis deglutiuit, & inde nocte dormiuit: quibus aluus optimè respondit: tunc verò ad decoctum radicis synarum eam traximus, quod ad triginta quinque dies ebibit: subtili admodum victus ratione instituta, & abstemia facta. Cæterum, paucis interiectis diebus, post potus initium, narium vlcus, vbi os denigratum comparuerat, candente ferramento, leniter exussimus: & (vt decet) tractauimus: sed ægylopem ita tractauimus: vt pro ea curanda non vsi simus vstione: nondum enim os corrosionem, aut ingentem putrefactionem in se contraxerat: quanquam non tantùm quartum diem: sed alios plures ægylops ipsa, transegerat. Et hoc est, de quo Gal. contra Apollonium, & Archigenem conqueritur: contra primum, vt qui nulla pharmaca ad ęgylopas descripserat: quia fortè, quum morbus hic acribus curari debet, ab eis oculus officitur, & affectæ partis inflãmatio magis augetur. Item quia perneccssaria ad affectionem curandam, pharmaca liquida maiori ex parte sunt: quæ cùm locus non tolerat, quia necessariò ex eis in oculum aliquid influit, ideò postponenda

sunt

VVA. BHSC. BU 00033

sunt. contra Archigenem verò, quia perpauca scripsit remedia, pro hoc curando morbo, dicens, morbum hũc per chirurgiam curari debere: sed Galenus, Archigenem, toto cœlo errare, contendit: cùm morbus hic nõ subijciatur manuariæ operæ: sed pharmacis potius secundum genus, & id magis quando nondum vlcus ad ossa vsq; dehiscit in fistulam. Galeni igitur doctrina munitus ipse, morbum hunc topicis remedijs profligandum curaui: proinde, ad emplastrum à nobis iandiù descriptum: pro hoc eodem morbo eradicando: cuius iam anteà longam habuerã experientiam, confugi, ex cuius applicatione, res ita felicem habuit successũ; vt nullo alio remedio vti op⁹ fuerit. erat autem durities ad angulum magnũ, prope nares, ingens, & orbiculata. Cæterùm, intra oculi ipsius angulum, foramen paruum erat, per quod sanies effluebat, vnde oculus totus malè affectus euaserat: immo ex ipso angulo, palpebrarum circunferentiæ duræ, scabie, & contortæ apparebant. Aduertendum tamen duximus, quòd singulis curationibus, anteà quàm emplastrum admoueretur, à nobis inferius describendum, ex ipso decocto radicis synarũ, oculus, & nares, immo &

tubere

UVA. BHSC. BU 00033

tuberculum capitis, lauabantur: fouebantúrque: sic enim intra triginta dies ægylops ex toto sanitatem obtinuit: ex nariũ verò vlcere, elapso quinquagesimo die ab vstione, tria exempta sunt ossicula: & viginti alijs sequentibus, clausa vniuersa curatio fuit. Porrò, tuberculum capitis, prædicto decocto radicis synarum quoque, fouebatur: quod posteà absterssum, ex vnguento ab althæa, pauco argento viuo misto inungebatur, fricabatúrve: sic enim ex toto mulier hæc intra hoc prædictum tempus, sanata est. Habet autem vnguẽtum, siue ceratum ex nostra descriptione, contra ægylopas, sic. R. Pulueris testarum cochearum drachmas duas, myrrhæ, aloes lotæ, thuris, ann. vnciam mediam: sarcocollæ, sanguinis draconis, ceruſæ, ann. drachmas tres: opopanacis aceto dissoluti, lapidis hæmatitis veri, an. drachm. vnam, & alterius mediam: croci scrupulos duos, ceræ, resinæ, ann. vnc. tres, misce, & ad ignem, secundum artis ministerium, para ceratum, & angulo oculi admoue.

Curatio sexagesimanona, Pisauri habita, in qua agitur de ramice carnoso variis aliis affectionibus complicato.

Pisaurum

UVA. BHSC. BU 00033

PIsaurum venimus, vrbem antiquam, de qua Catullus dixerat,

Sedes moribunda Pisauri.

Nunc verò ciuitas nobilis est, & magnifica: in qua ita salubri aëre, & clementi, amænaque aura fruitur: vt nusquam (quod sciam) salubrius aut vegetius viuatur, sed id in causa esse, à senioribus ciuibus accepimus, in totum exsiccatas lacunas, à quibus olim inficiens & pestilēs aër expirabat: item, quia silicibus munitæ viæ, nunc lateribus sunt ornatæ. Cæterùm, Pisaurum, ita fructibus, & ad victum hominis, pernecessarijs bonis abundat: vt hodie Italiæ totius hortus dicatur: & meritò, quùm inde ingens tritici, vini, fructuum, & frugum copia, per varias totius Italiæ partes dispartiatur. Hæc dum scriptis mandaremus regnabat Guidus Vbaldus Illustrissimus Vrbini Dux quartus, & Pisaurēsiū dominus clemētissimus, & liberalissimus: qui, vt est omni genere literarū ornatus, & in gerēdis bellis alter Mars: ita Iustitiæ administratione alter Traian⁹ habetur. Sub cuius tutela Pisauri aliquot menses moratus sum, & ex pluribus quibus medicati sumus ęgrotātibus, paucas has curationes memoriæ cōmendauimus: quarum prima sequēs habetur.

UVA. BHSC. BU 00033

Iacobus Mãtuanus, mercator Pisaurensis tres supra quadraginta annos natus, temperatura biliosus, & qui ad rixas ita prõptus est: vt vel ex facili causa, furibundus ad arma currat. Hic adeò morbosus est: vt in hoc vitæ suæ cursu, magnam partem affectionũ, quæ homini euenire solent, sustinuerit: nam à capite destillationem patitur, ex qua grauissima russis per interualla oritur: quæ ipsum insomnẽ tenet: quas affectiones comitantur scapularum, & coxendicũ dolores: veluti coli intestini affectio: & renitẽs curationi ramex carnosus. Pro quibus abigẽdis, profligandísve tam varijs, támque concatenatis, ac contumacibus affectionibus, multi multa, & doctrina, & artis excellentia præstantes viri machinati sunt. Nam, & decoctum guayaci illi ebibendum tradiderãt: quo peius habuit: & Thermarum aquas non paucas Patauij ebiberat: sed frustra: quo tempore ramicem, ita sinistrè medici tractarunt: vt ipsis in testiculis cauerno sum vlcus fieri permiserint: sed tunc docti medici Veneti ad nucham, fontem siue vlcus, candente ferramento excitarunt: per quem paratum fonticulum musci & solitæ destillationes, foras vtcunque exibant: adeò vt curandis testiculorum vlce-

UVA. BHSC. BU 00033

ribus locum præstiterint, & cæteræ affectiones non ita sæuè cruciarent: carnosus tamen ramex, cum ijs contumaciter vigebat. Ad hunc igitur accersitus ipse, præter citatas affectiones, alias nonnullas pati deprehendo: iecur nanq; calidum admodùm habet: in lotióque album pituitosum multum emittit. Gonorrhœam non patitur, sed eam longè anteà viderat, proinde curationem sic adorior: & primò, vigebat nanque hybernum tempus, minorans medicamentum illi ebibendum dedi: sequentibus verò diebus, ex decocto sequenti, vncias decem in aurora, ieiuno stomacho bibebat. R. Myrobalanorum citrinorum, chebulorum, indorum, ann. vnciam mediam: polipodij quercini recentis, vnciam vnam: ligni sancti vncias duas: corticis eiusdem, vnciam mediam: radicum cichoreæ, endiuiæ, an. pugillum vnum: seminis melonis vnciam vnam: ordei integri pugillum vnum: passarum de corinthio vncias duas: foliorũ, & folliculorum sennæ, ann. vnciam mediã: rosarum rubearum pugillum medium: libris septem aquæ excipiantur omnia: & fiat decoctio secundum artis ministerium, quousque maneant libræ tres, facta colatura, & expressura: adde syrupi de

UVA. BHSC. BU 00033

lupulis, de fumo terræ, de endiuia, an, vnciam vnã, misce. Ex hoc cæterùm apozemate, vt dixi singulis diebus, singulas decem vncias bibebat, quibus in dies ter, & quater egerebat: vt triplicato apozemate hoc, non opus fuerit illi purgatoriũ aliud medicamentum propinare: quo ita rectè valere inculcabat: vt nunquã antea. Tunc verò ad ramicem carnosum, ceratum hoc descripsi: quo ita imminuta carnositas & durities illa fuit: vt ægrotanti, & assistentibus admirationi fuerit, habet autem ceratum sic. R. Ammoniaci pinguis, & optimi, vncias tres: in aceto eas macera: & ad ignem, cerati modò, redige: & posteà illi adde, marchasitæ argenti, & auri, in pulueremredactæ, πυρίτου Græci, latini ignarium lapidem appellare solent, vnciam vnam & mediam: & in aluta, ad equi ferri figuram, aut diadematis, aut lunæ falcatæ effigiem extendatur: & loco, affecto superponatur. Cæterùm, ne destillatio virum hunc nobilem malè afficeret, ad sinistrum brachium, fonticulum machinati sumus: quatuor ab humero digitos, sequenti hoc vesicatorio, vt tyrunculi addiscant. Accipe, cantarides ex aceto maceratos, quindecim, euphorbij scrupulos duos, in mortario in pulueremredige

VVA. BHSC. BU 00033

redige: & fermento excipe: vesicatorium, ex quo caput cauum glandis infarciatur, & loco signato infigatur: modò in eius circuitu, ceratum in medio perforatum circumponatur: & aliud ac manutenens superponatur, ne hinc inde currendo, locellos exulceret. Sequenti verò die disrupta vesicula, loco exulcerato, granum ciceris adaptato: & parum prædicti cerati, scilicet, diachilonis, vel similis superponito: & fascia optimè fasciato, & singulis diebus, granum bis innouato: sic autem factitando, fonticulus absq; dolore apertus manebit, per quem, mucorum & destillationum, magna diuertitur quantitas. Cæterùm, ijs intra mensem, hic ita rectè valere dixit: vt nunquam anteà, solent autem pro simili testiculorum atterenda duritiæ, vti medici fomentis, linimentis, cataplasmatis, vnguentis, vaporationibus, suffumigijs, veluti varijs alijs, quæ referre non vacat. Porrò hæc Raguſij cùm cõmentaremur, occurrit Hilarius Senensis, vir triginta septem annos natus: qui ramicem aquosum, & prædurum patitur: ex quo cùm singulis sex mensibus, (scroto inciso) humorem contentum foras trahat, rectè habet: immo si non coit, peiùs habet.

UVA. BHSC. BU 00033

Curatio septuagesima, in qua docetur quòd propagines venæ aiugos, id est, venæ paris expertis, coniunguntur ramulis venæ cauæ, thoracis internas partes nutrientibus.

NOllem, quis mihi vitio vertat, quòd Vesalij Bruxellensis opinionem memoriæ reuoco: quam curationum medicearum harum centuria prima, ab hinc octo annos confutaui: est nanque Andreas Vesalius Bruxellensis vir medius fidius doctus: & honore multo dignus: vt qui magna cura, & ingenti solertia, ac nõ vulgari labore, rem anatomicam, hac æta te illustrarit: & ita illustrarit, vt primas in hoc munere inter medicos obtinuerit: coactus tamen, eius opinionem (testis est Deus) in medium affero: ob quam vim, vnum pulchrum accedit, quòd ratio propter quam in pleuritide dextra, axillaris dextri brachij secatur: in sinistra verò axillaris sinistri, illustratur. Prædixi nanque prima centuria Andream Vesalium, Caroli quinti Imperatoris medicum, non rectè dixisse, quando in pleuritide, siue phlegmone partes occupet dextras, siue læuas: dextram axillarem semper secandam esse: ex eaq; sanguinem mittendum:

memor

UVA. BHSC. BU 00033

memoriæ cõmendauerit. Credebat nanque Vesalius, quia vena aiugos, quæ à vena caua iuxta cor, in dextra parte oritur, & ad inferiora reflectitur: crassa, & multo sanguine refecta est, optimum cõsilium fore, si semper, quacunque in pleuritide dextra, siue siniſtra, axillaris vena secetur, ex eaq; sanguis mittatur: quam opinionem Vesalicam, vt erroris plenam, nos citato loco confutauimus. Quia in corporibus humanis, à nobis magna dissectis diligentia, comperimus, ea quæ venam hanc sine pari intrant, non amplius remeant, nec foras transmittuntur: obuiantibus, impedientibusq; ea, ostiolis quibusdam, quę ad recipiendum aperta prostant. Cæterùm, ea quæ recipiunt, nunquam remeare sinunt, proinde credens Vesalius in axillaris dextrę venæ sectione, magna sanguinis quantitas per venam sine pari phlegmonem alente, extrahitur, quod summum remedium sit axillaris dextri lateris vena, in omni siue dextra, siue siniſtra pleuritide, secetur: sed ille ignorans, per venam illam, nihil sanguinis foras euocari, hanc in lucem misit opinionem. Quam postea Leonardus Fuchsius Germanus libris suis Anatomicis, veluti commentarijs suis in Galeni

UVA. BHSC. BU 00033

librum, de sanguinis missione per venæ sectionem omnibus vulgarem fecit: & ita pro coronide habet: si pleuritis latus dextrum, tam in parte alta, quàm in parte infima, occupauerit, sanguinis missio ex axillari dextra fieri debet. Si verò sinistrũ offenderit, distinguendum, vel dolor laeſſit costas tres superiores: vel nouem inferiores: si tres superiores, ex latere sinistro sanguis demendus est: si nouem inferiores, ex brachio dextro sanguis extrahendus est. Quoniam nouem hæ costæ, (vt ille ait) aluntur: propaginibus & ramulis venæ aiugos, id est, paris expertis venæ, quæ ad latus dextrum iacet. Cæterùm, cum à nobis compertum sit, per venam sine pari, sanguinem foras non venire, nec remigrare, consequens est, Vesalij & Fuchsij ratiocinationem, cassam & vanam esse: vt Commentarijs meis, quos supra Auicennæ Fen quarta, libri primi conscripsi, vberiùs dixi: præfixo etenim Auicennę textu, per Iacobum Mantinum Hæbręum, fideliter verso: & à nobis reuiso, & latiniori facto: commentarios scripseramus, me herclè, vt ab ijs, quibus legendos dedimus, accepimus, non obscuros. Quos Anconæ in ea bonorum direptione, vna cum vniuersa mea supellectili, &

VVA. BHSC. BU 00033

li, & non paruo argenti pondere, ac non contemnenda bibliotheca, amisimus: spe ramus tamen, ad aliquot dies, resumptis viribus, hos commentarios, denuò parturire, ædere, & in lucem mittere: vt noscant omnes, meos illos esse labores, non illius, qui alienis se plumis ornare cupit. Sed de ijs satis, & proposito redeuntes, scire decet, quòd cùm hæc de pleuritide prædicto in loco tractassemus: vt rem clara, & omnibus euidentem faceremus, indicaremusq; causam: ob quam in pleuritide, interna secanda sit vena, dextra in dextra, siniſtra in siniſtra, dixi: quod rami venæ sine pari coniunguntur, & copulantur oſculis venarum propagatarum à vena axillari, quæ internas thoracis altas partes alunt. Id quod nunc ita esse firmamus, quandò sic in corpore vno, vel altero, à nobis dissecto, euenire obseruauimus: quanquàm varijs alijs in corporibus, venæ huius aiugos ramos, non omnino coniungi, & copulari propaginibus venæ axillaris in thoracis interna alta parte percepimus: sed ita oſcula oſculis sunt propinqua, vt non difficilis sit transitus humorum contentorum ab vnis venis, ad alias: adeo vt si non copulentur copulari tamen, & coniungi videantur:

UVA. BHSC. BU 00033

vt in omnibus ferè euenire percipimus. Nobiscum hac in re est, Bartholomæus Eustachius ducis Vrbinatis medicus: qui ita rem haberi, per literas è Roma mihi significauit: vt prope diem, docto, & eleganti libro suo de Anatomia in lucem futuro, omnibus palam faciet. Cæterùm, vt de hac re plenius dicamus, scitatis, quòd rami venæ paris expertis, qui per inferiores costas distribuuntur: quandò versus sternum reflectuntur, non solùm coniunguntur, sed eædem euadunt cum ramis venarum, quæ sub os pectoris currunt, quæ originem à vena caua in iugulo anteà quàm diuidatur, habent. Item, vt supremam, & vltimam manum huic rei imponamus, dicimus, quòd venæ insitæ spatijs intercostalibus inferioribus, ex se mittunt venas iustæ crassitudinis, & notatu dignas, ad thoracis externas partes: quæ coniungũtur propaginibus, & ramis thoracis in parte exteriori: qui ortum habent à vena axillari: & sic quoque vena sine pari cum axillari cõsensum habet, ex eodem loco, & parte. At hæc ita ingenti speculatione, diligentia, & cura: vt adipiscantur, indigent: vt perpauci hodie extent, qui rem hanc ita se habere noscant: non vulgari igitur diligẽtiæ deditus sit, immò

ingenti

UVA. BHSC. BU 00033

ingenti labori, & assiduo studio incumbat oportet, is, qui ad artis medicæ cacumina peruenire debet: prout de virtute acquirenda, ex Hesiodo, decantatur. Hæc porrò si Syluius Parisiensis in sua (vt ille ait) contra Vesalium Apologia, sciret, nunquam me herclè sileret: ac sic ex tam multis debacchationibus friuolis, futilibúsue depulsionibus, aliam veram in lucem mitteret.

Curatio septuagesimaprima, in qua agitur, de Ischuria, id est, vrinæ suppressione, ob vrinæ fistulam crassis, & lentis humoribus constrictam.

VIr Venetus nobilis, qui Pisauri agebat, & vrinæ omnimodam suppressionem, propter crassos, & lentos multos humores, vrinæ fistulam obstruentes, patiebatur: ita afflictabatur: vt in vitæ desperationem veniret: quum non nisi accersito chirurgo, & immisso catectere, meiere posset: proinde vt nobilis vir hic expeditè meieret, ne catectere, nec chirurgo opus haberet: sic curationem adorior: ebiberat autem anteà plures syrupos, & pharmaca purgatoria varia. Rec. radicis raphani,

VVA. BHSC. BU 00033

phani, fœniculi, apij, saxifragiæ, ana vnciam mediam: corticis radicis anonis vel ononis, dictæ remoræ aratri, vnciam vnam: capillorum veneris, agrimoniæ ana pugillum vnum, baccarum Alkekengi numero viginti: seminis asparagi, ruscí, vrticæ, cari, ana vnciam mediam: florum sambuci, camæmelæ, ana pugillum vnum: in libris sex vini optimi albi, fiat decoctio: quousque remaneant libræ tres. Facta colatura, & expressione forti, adde theriaces optimæ, si quæ habetur, vncias duas, misce, fiat potus longus, ex quo ieiuno stomacho bibat vncias octo, vel decem: sed exteriùs, ad partes inferiores, etiam intra testes, & anum, hoc illinebatur linimento. Recip. aquæ vitæ vnciam vnam: olei scorpionum, vncias duas: Mithridati antidoti optimi, vnciam vnam: & alterius mediam: cantaridum panno lineo exceptarum, numero duas: cum cera ad ignem fiat linimentum secundum artis ministerium. Cæterùm, linimentum præcedebat balneum, ex oleo communi apparatum: in quo incoctæ erant nonnullæ ex citatis herbis: quibus ita rectè habuit: vt deinceps non opus habuerit catectere, aut chirurgo, expeditè autem meiebat. Porrò, pro hac complenda operatione,

VVA. BHSC. BU 00033

ratione, succus limonis pondere trium vel quatuor vnciarum, approbatissimum habetur remedium: sua nanque acutie, crassas, & lentas attenuat, & subtiliat materias. Qui quoque pro extinguenda gonorrhæa, primatum habet: vt millies experientia compertum habemus: cautè tamen limonis acidi succus bibatur, decet: cùm impotentem sæpè hominem reddat: & ad procreandam sobolem inhabilem, vt cuidam ex principibus Italiæ, superioribus annis, in bello Germanico euenit. Cæterùm, ad ægrotum, de quo agimus, redeuntes, interim dicta parabantur: hic optimo victus ordine vtebatur: vescebatur autem ficedulis, & alijs auiculis montanis, perdice, turdo, veluti & pullo gallinaceo. Ex herbis verò aneto benè olente, fæniculo, petroselino, caro, mentha, cerepholio, cappare, & similibus: quæ aperiendi, & incidendi vim habēt: eius nanque potus vinum album generosum erat, non enim iecoris, aut renum caliditatem extraneam timebat.

SCHOLIA.

Trifariam vrinæ meatus constringi contingit (vt memoriæ commendauit Galenus, libro primo de Locis affectis, cap. primo) aut enim vesicæ

UVA. BHSC. BU 00033

sicæ corpus inflammatione, vel scirrho, vel abscessu, vel alio quouis tumore, ita in tumorem insignem attollitur: vt eius meatus adeo occupetur, & constringatur, vt per eum vrina reddi nequeat: Secundò, vrina supprimi solet, ob rem præter naturam, quæ meatui innascitur, vt lapidem, callum, caruunculam, quam semper vlcus præcedere solet, & vlcus hodie gonorrhœa, aut grumum, aut pus, aut lentum crassumq; humorem, prout in casu nostro contingit, qui (vt citato loco adnotat Gal.) ex ijs est, quæ longo temporis spatio, & paulatim nasci solent. Cæterùm, habet vnaquæque harum rerum suas notas, per quas coniectura artificiosa, deprehendit medicus exercitatus vnam, vel alteram in causa esse, quòd vrina suppressa sit. Qui igitur ad Curationes accingitur, primò sub magistris exercitatus accedat oportet. Nos verò, hunc virum, hanc affectionem à crassis, & lentis humoribus trahere deprehendimus: ijs præcipuis notis, quia non à lapide, non à grumo, non à caruncula, non à tumore, ergo ab humoribus crassis, & lentis: & eò magis quia immissa argentea fistula, catetere dicta, illicò meiebat: & cum vrina ipsa, crassi, & lenti humores excernebantur. Item quia vir erat in otio educatus, & multis cibarijs, crassos, viscososq; humores generare potentibus, fuerit vsus. Cæterùm, affectio hæc ischuria vocatur: quæ & ob renum vitia non rarò euenire

UVA. BHSC. BU 00033

nire contingit: & tunc periculosissima est, vt Anconæ semel notauimus in dulcicario homine magno & robusto: qui in foro fontis habitabat: & Ragusij in homine obeso, & grandi: sed ij inde diem suum obiere.

Curatio septuagesimasecũda, in qua agitur de dolore gallico, cream, tibiæ anteriorem partem infestante, & per theriaces applicationem amelito.

QVi patiebatur morbum gallicum, & malè habebat, post remedia adhibita, melius habuit. Cæterùm, circa creã, id est, tibiæ anteriorem partem semper doluit: pro quo propulsando dolore, multa & varia topica remedia, aliquandò calida, aliquandò frigida, admota sunt: sed frustra, immò ad opium peruentum est: & nihil contulit. Proinde considerans eo in loco, nullum esse humorem, nullam qualitatem manifestam, in mẽtem venit, qualitatem venenosam aliquam à maligno humore derelictam, tibiæ particulam illam infestare. Pro qua abigenda, domandáue theriacam, summum futurum antidotum, conjecto, & re vera, à ratiocinatione hac mea minimè sum defrauda-

tus,

UVA. BHSC. BU 00033

tus, cùm post applicitam theriacam dolor ita euanuerit, ac mus, conspecto fele. Nam theriaca adulta, calida est, & potẽs, vtpotè ex tam multis, & potentibus, ac præclaris simplicibus, composita. Cæterùm, similibus doloribus, quoties theriaca non opitulatur: illi adiungendum suadeo oleum ex guayaco ligno paratum: sic enim theriaca oleo huic mista, similes facilè detrudit dolores.

Curatio septuagesimatertia, in qua agitur de angina sæua delitescente, & homine posteà interficiente.

LAurentius de Gẽtilibus, publicus notarius Pisaurensis, vir annos natus quinquaginta, temperatura bilioſus, com positione verò siue habitu gracilis, & qui (vt audio, & eius attestatur facies) morbum gallicum passus est: in anginam lapsus est: & eam quidem grauissimam, sæuissimamq;. Quæ ita hominem lancinauit, vt intra quinque horas, linguam crassam admodùm habuerit: vt nedum loqui, sed nec vocem formare: immò verò ne aquam deglutire posset. Ad eum igitur accersitus hora noctis, hoc est, decima post morbi initium, illicò iniecto clysteri,

UVA. BHSC. BU 00033

ſteri, degrauato ventre, ſanguinem ex cephalica ſiniſtri lateris, ad vncias ſex, demere non niſi per interualla, admoto digito vulneri, iuſſi: erat autem humor inflammationem faciens, ſanguis pituitæ miſtus. Cęterùm, ex ſiniſtro brachio ſanguis extractus eſt, quia in colli parte ſiniſtra, tumoris nõnihil aliquid apparebat, & in eo loco ęger magis dolebat: conſtabãt autem vires, tunc verò affecto loco, topicum remedium hoc applicitum fuit. R. Foliorum maluarum, parietariæ, roſarum camęmelæ, ana pugillum vnum, radicis maluauiſci, pugillum medium, nidi hirundinis numero vnum, caricarum pinguiũ, quatuor, in aqua ſufficienti fiat decoctio ſecundum artem, & depoſita aqua, omnia in mortario tractentur, triturẽtúrve: quibus adde, olei camęmelini, roſacei, ana vnciam mediam: butyri recentis vnciam vnam, farinæ ordei, vnciam vnam, & alterius mediam: cum decocto prædicto: miſce, & fac emplaſtrum, & calidum loco affecto applica: item vt gargarizet, ſic perſcriptum fuit. R. Aquæ hordei libram vnam, ſyrupi acetoſi ſimplicis, vnciam vnam, & alterius mediam: diamoronis vncias duas: miſce, fiat gargariſmus. Tertia hora noctis quum mor-

UVA. BHSC. BU 00033

bus ingraueſceret, ad ſectionem venarum ſub lingua deuenimus: quæ quum difficulter ſecari poſſent, parùm vel nihil ſanguinis ex eis defluit, parùm tunc dormiret, conſului, in aurora verò cùm morbus ad ſtatum peruenerat, & materia fluxa ferè erat, nihilominus ex eodem ſecto loco ſanguinis vncias quinq; effluere feci: conſtabāt autem vires. Paulò poſteà interiecto tempore, cucurbitulas collo præcipuè, & ſcapulis, ſecta cute, chirurgus admouit: nam licet deriuatio hoc tempore quàm reuulſio magis conueniret, nihilominus multùm iuuare opus hoc, vel ex hoc deprehendimus: quia de nouo aliquid humoris ad locum affectum ſemper effluit, & ea de cauſa in Scirrho Galenus etiā repellentia deſiderat, quanquam & opus hoc à deriuatione non multùm abhorret. Cęterùm, horula vna vel altera interiecta, iterum ad venarū ſub lingua ſectionem peruenimus: quibus omnibus peractis, gargariſmo vtebatur ſequenti. ℞. Florum camæmelæ, radicum maluauiſci, ana pugillum vnum, caricarum pinguium decem, in aquæ libris duabus, fiat decoctio ſecundum artem, facta colatura, & expreſſione: adde oximelitis ſimplicis vnciam vnam, & alterius mediam:

diamo

UVA. BHSC. BU 00033

diamori vnciam mediam, stercoris canis prærodentis ossa optimè triti, vnciam vnam, croci drachmam mediam, myrrhæ scrupulos duos: misce, fiat gargarismus: quo tepido, assiduò gargarizet: sed tunc emplastrum, sequens loco affecto applicabatur. R. Nidi hirundinis, numero vnum: caricarum numero decē, radicum maluauisci, florum camæmelæ, ana pugillum vnum, foliorum maluarū, pugillum medium, in aqua fiat decoctio secūdum artem, & coletur. Cæterùm, omnia in mortario iustè terantur, quibus adde butyri recentis vncias tres, olei camęmelini, anethini, farinæ lupinorum, camæmelæ, hordei, ana vnciam vnam: misce, fiat emplastrum: quòd si huic adieceris stercus pueri comedentis lupinos, longè præstantius effeceris, Iis enim eo die non nihil melius habuit, vt iulebū violaceum, aquæ hordei mistū deglutiuerit, sequenti verò die, ad eum diuertens, in medio colli, ex directo gutturis dolere dixit (loqui nanque iam cœperat) quo conspecto loco, tumorem inibi deprehendi: effluxerat nanq; humor à superiori parte, ad inferiorem. Admoto tandē supra nouum tumorem, emplastro prędicto, tumor de-

emplay Rq.

UVA. BHSC. BU 00033

lituit: & ex ea materia nouus, supra pectoris altam partem ortus est tumor: tunc expeditè loquabatur iam, & quæ illi offerebantur, comedebat. Supra quem tumorem emplastrum admotum est, & sequenti nocte, inde humor effluxit, & tumor euanuit: sed humor effluens, in costas dextras, & thoracis anteriorem partem cecidit: sed quanto dolore ægrotantis, ipsi & assistentes nouimus: vt qui eum totam noctem gemere, moriquè velle, dicere audiremus: difficulter nanque tunc respirabat, imò ea nocte, septies, vel octies egessit, omnia pauca, liquida, putulenta, ingentem præ se ferentia corruptionem. Inde enim malè de ægrotante suspicari cœpimus: vt ex scholio rationes colligetis: tunc verò supra latus dextrum septem vel octo cucurbitulas apponendas curauimus: post quas non ita dolere dixit, amotis porrò cucurbitulis, eum vniuersum locum, linimento hoc inungi iussimus: quod habet, R. Olei violacei camæmelini, ana vnciam vnam, butyri recentis, vnciam mediam, ceræ, axungiæ gallinæ ana vnciam vnam, ad ignem misce, fiat vnguentum, quo locus inungatur. Item vt expeditè screaret, ita perscriptum fuit. R. loch de althæa, de farfara, ana

UVA. BHSC. BU 00033

ana vnciam vnam, sacchari candi violacei, penidiarum, diadragacanti, ana vnciam mediam, syrupi capillorum veneris, syrupi violacei, ana drachmas sex: misce, fiat eclegma, ex quo assiduò lambat: vesperi verò, quia dolor perseuerabat, fomentum parari iussi, & loco affecto admouere, & ita habet. R. Radicum maluauisci, camęmelæ, fœnugræci, seminis lini, maluarum, hordei, violarum ana pugillum vnum: in libris quindecim aquæ fiat decoctio sufficiens: cui adde, olei camæmelini, rosacei, ana vncias tres: misce, & filtro imbuto applicetur, & sæpe innouetur. Cæterum, cùm dolor perseueraret, ab iniecto clystere lauante, hora secunda noctis, ex axillari dextra, locum dolentem respiciente, sanguinis vncias quatuor demi (nam robur virium, vtcunque constabat) & fomenta iterari iussi: sed sequenti nocte, pessimè habuit, & vires labefactari cœperunt, & spuere desiit. Animalis tamen facultas semper immunis mansit: rectè namque loquebatur, ratiocinabatur, & auxilia exposcebat: quia intensissimè dolebat. Demùm, facta omnimoda naturæ prostratione, suum obiit diem: sexto die ab anginæ ortu, à pleuritide verò infestante, secun-

UVA. BHSC. BU 00033

do, demùm obiit in pleuritidis augmento. Nobiscum hac in curatione erant Baptista Gualterius,& Hieronymus Carmenas, ambo ex conducto Medici Pisauri: vigebat autem solstitium hyemale.

SCHOLIA.

Quod ægrotus hic moriturus esset, duæ præcipua attestabantur: alterum, humor anginam faciens, in thoracis dextram partem cadens, & pleuritim gignens: quod quàm perniciosum sit, testatur Hippocrates in aphorismis, dicens, quicunque ab angina liberantur, iis ad pulmonem vertitur, & septem diebus pereunt: si verò has effugerint, suppurantur. Nam licet Hippocrates annuat, ad pulmonem verti, exitiosum esse: satis tamen esse exitiosum creditur, si ad succingentem costas, membranam, talis humor decubuerit, & eò magis subiecto imbecilli: vt in hoc euenit casu. Posset tamen quis argutè in eos debacchari, præsagium nostrum infringendo, cùm ex ea anginæ permutatione (Hippocrate teste) potius bonum, quàm malum præsagire debeamus: sic enim Hippocrates libro sexto aphorismorum, trigesimo septimo aphorismo, ait, ab angina habito, si tumor fiat in collo, bonum: foras enim morbus deducitur, & aphorismo, quinquagesimo primo, libri septimi, ab angina habito, tumor & rubor in pectore superueniens, bonum:

extra

UVA. BHSC. BU 00033

extra enim vertitur morbus. Cùm igitur materia anginam faciẽs, euanuerit, & extra in collo, ac pectoris alta, sed exteriori parte, apparuerit: consequens est inde optimum desumamus præsagium. Nos huius tergiuersatoris facilè diluimus obiectiones: dicentes ab interioribus partibus ad exteriores humoris mutationem fieri, optimum esse, vt docuit senex: & ratio dictat, quia à membris præcipuis ad minus præcipua humorum fit permutatio. Verum vt hæc optima dicatur permutatio, decet exteriori in parte, humor quietus, & fixus maneat, vt inibi concoqui, suppurari, aut dissipari possit. Nam aliter talis permutatio mollius dicetur iuuamenti, vt in hoc contigit homine, in quo humor anginã faciẽs, extra per transennam in thoracem ruens, apparuit.

MICHAEL. *Quid igitur, ô Amate, deinceps, quoties ita euenerit, vt ex angina humor in thoracem ruens, extra apparuerit, & ibi aliquot horas commoratus fuerit, agendum arbitraris?*

AMATVS. *Pulchrè me herclè quæris Michaël, & hoc quidem quæsitũ nõ philosophicum, aut logicale est: sed ex ijs maximè quæ naturam humanã multum iuuare possunt. Ego verò, cum hæc coniecto, nihil melius hac in re fieri existimo, quàm quoties per transitum humor ille apparuerit, candente ferramento, decliuiori in parte exurere: si modò locus consenserit: sin autem, causticò medicamento, & hoc sine humor cru-*

UVA. BHSC. BU 00033

dus fuerit siue coctus, candens tamen ferramentum hoc in negotio magis laudarim. Secundum indicans huius obitum, alui profluuium est, post habitam pleuritim eueniens, quod testante Hippocrate, malum est: sic autē ille libro sexto aphorismorum, sextodecimo aphor. tradit: a morbo laterali, vel pulmonia habito, alui profluuium adueniens malum. Et, vt Galenus rectè admodum in enarratione ait, à laterali morbo, id est, pleuritide habito, hoc est, detento, siue fortiter vexato, profluuium alui superueniens, malum, vt huic euenit ægrotāti. Cæterum, an humor ille ab alui profluuium faciens, potio fuerit illius cadentis ab angina per æsophagum: & inde per pylorum & intestina, vel potius ex eo, qui pectus infestauit: & inde ad stomachum peruenit: quod & fieri posse, Medici non inficias eunt, & Galenus fatetur. An potius virtus extimulata, ex venis ipsum ad intestina traiecit, in dubium verti potest: probabilius autem mihi videtur, ex superiori parte ad ventriculum descendisse. Cùm eo tempore ventriculum multum doluit: reuerā ex quocunque loco decisum dixerimus, ipsum ægrotantis pernitiem protēdere notius est, quàm à me multis explicari possit: nimiam nanque humorum corruptelam attestabatur, & morbi supra naturam victoriam.

Curatio septuagesimaquarta, in qua

agi

UVA. BHSC. BU 00033

agitur de vlcere vteruni occupante confirmato dicto.

MVlier propola, quæ ad Diui Dominici cœnobium habitat, intra pudibunda grauissimè torquebatur, dolebat: & maximo cũ labore, & ardore meiebat: & cum vrina multas caruncules, maximam quoque saniei copiam emittebat. Cæterum ad eam inuisendam vocatus, paucis adhibitis remediis, præsagio habito, discessimus: adeò enim vlcus exedens, corrodénsve erat, vt prædiceremus fore, vt intra paucos dies intestina quoque corroderentur, & perforarentur: ita vt per ipsam vuluam, vrina & stercus simul egrederentur: vt aliis, ita euenisse, obseruatum habemus.

Curatio septuagesimaquinta, in qua agitur de morbo grauissimo, & sæuissimo: ex quo ægrotans, bis, ter, & pluries, in die corripiebatur: & ita sæuè, vt à mulierculis assistentibus ab spiritu dæmoniaco eam vexari crederetur.

DIua Clara ex Gallis, animæ dotibus satis ornata, & optimæ habitudinis virgo, nata annos octodecim: cùm aliàs

UVA. BHSC. BU 00033

syncopi corripi solita erat, nunc demùm ob mœrorem, & longam habitam tristitiam, in grauissimas lapsa est affectiones. Nam singulis diebus, bis & ter, ita affligitur, & membrorum omnium concussione torquetur, vt à spiritu maligno, vexari, & corripi assistentes mulierculæ affirmarent. Eo nanque tempore, quo ita correpta est, nihil sentit, vel percipit: imò omnes sensus sopitos habet, ingenti cum cordis motu. Adhæc dentes claniculatos ita retinet, vt os aperire illi impossibile ferè fuerit: tanto tamen impetu, & furore, hora vna vel altera mouetur, vt robustissimos quosque homines eam amplectentes, lapsos defatigarit: post quæ ipsa ita fessa, & immobilis semihoræ spatio manet, vt eam ad obitum peruenisse, quis dixerit. Agitur nanque tertia hebdomada, ab huius morbi initio: quo tempore, & eius læuum brachium, paralysi affectum fuit. Cæterum, huius morborum, & sæuarum affectionum, ortum inuestigans, comperio, iuuenem hanc, mensium suorum respondentiam debitã nõ habere. Et id in causa esse puto, cotyledonum, siue cararum venarũ, ad vterum peruenientium obstructionẽ, à crassa, & viscida pituita, multo sanguini mista

UVA. BHSC. BU 00033

mista, genitam: vnde quoq; humori atrabiliario: qui sæpè per menses expurgari solet, via abdita, & occlusa cùm sit, maximè dominatur, & viget: qui sufficiens est vterum ita malè afficere: vt inde symptomata prædicta oriantur. Quibus accedũt (vt dixi) pituitæ non exigua quantitas, vt ex excrementis conijcio: veluti non contemnenda seminis genitalis redundantia, iuuenis (vt dixi) est: in delitijs agens: bonis fortunæ affluens: quæ omnia ita vterum afficiunt: vt eam in prædicta trahi symptomata mirũ non sit. Ex vtero enim ipso, humor cor petit: dein capiti, ac neruorum origini obrepit: vnde cordis extraneus motus, veluti paralysis, & membrorum ingens concussio ortum traxere. Meminit nanque Hippocrates Diuinus, libro sexto Epidemion, Melancholicos magna ex parte comitiali morbo affici: & contra, morbo comitiali laborantes affici melancholia: atque horum vtrumlibet magis accidere: prout vel in hanc, vel illam partem infirmitas vergat: & (vt Galenus libro tertio de locis affectis interpretatur) si atra bilis in corpus cerebri cadit: ex ea epileptici fiunt. Si verò, in mentem siue temperaturam ipsius cerebri, melancholici redduntur: quip-

pe,

VVA. BHSC. BU 00033

pe epilepsiam, quam vocant morbum comitialem: non solùm pituita efficit, sed etiam atra bilis, ea præcipuè, quam fæcis sanguinem, vel melancholicum succum, aut sanguinem melancholicum appellamus. Qui humor, in quibusdã plurimus prouenit, vel à temperatura ab initio cõtractus, vel à cibis: qui cùm in venis consequũtur, in huiusmodi humorem transmutari solent: vt prædicto libro, capite quinto, memoriæ commendauit idem Galenus: quo in loco sapientissimè adnotat ex Hippocratis sententia, animam esse temperamẽtum quatuor qualitatum actiuarũ: aut saltem eam ab ipsarum temperatura permutari. Vnde (vt receptui canamus) quum primùm melancholicus humor cor, dein capitis meatus occupauit, & neruorum obstructionem genuit, & eorum origini vitium impertiuit: omnia hæc pullularunt. Nam quoties exacta obstructio fit, nulla fit neruorum retractio: sed magis exolutio: vt in apoplexia, & paralysi, euenire percipimus: in semiobstructione verò, neruorum fit conuulsio: & retractio, ac membrorum concussio, vt huic euenit iuueni, & fusius nostra prima diximus Centuria. Nec est quod dubites, de brachij paralysi, quum sic affectum

UVA. BHSC. BU 00033

fectum brachium, non mouetur, nec con cutitur, impediente neruorum & muſculorum obſtructione: ſpirituum tranſitum, qui ſenſum, & motum, prædicto impartiri ſolebant brachio: Cæteri verò nerui, non ſic affecti habebantur, vnde cætera membra concutiebantur. Hanc igitur curaturus, cùm alij medici multa iam eſſent machinati, ſic curationi initium dedimus. R. Pilularum fœtidarum ſcrupulum vnum, diagridij grana duo: melle roſaceo collatitio excipiantur: & fiat pilula vna: quam hora ſeptima noctis inauratam deglutiat. Cæterùm, catapotio hoc, aluus reſpondit, (clyſteres nanq; non admittebat) nec eſt, quod obijcias, catapotium hoc non conuenire, ob brachij paralyſim: Quoniam medicea regula eſt, vt in huius morbi initio, potentia, & humorum diſſoluentia medicamenta non dentur: quia medicamentum hoc potès cùm ſit, exigua datur doſi: vt potens debile, à iunioribus dicatur medicis: item quia morbi initium elapſum iam diu erat. Miſſa facimus tot, & tam varia: quæ paroxyſmi tempore adminiſtrabantur: & decoctum ſequens deſcribemus: quo ipſa vſa eſt. R. Foliorum, & folliculorum ſenæ, thymi, epithymi, radicis hellebori nigri, ana

VVA. BHSC. BU 00033

ana vnciam mediam: polypodij quercini recentis, & contusi, radicis petroselini, ruſci, fœniculi, asari, ana vnciam vnam: hermodatylorum, drachmas duas: passarum de corinthio, vncias duas: pomorum appianorum numero ſex: ſeminis aniſi, carui fœniculi, ana drachmas tres: in libris ſex aquæ, fiat decoctio, quouſq; maneant libræ quatuor, facta colatura, & expreſſione, adde, ſyrupi de epithymo, de matricaria, de pomis, ana vnciam vnam: miſce, fiat potus longus, de quo ſingulis diebus, ſingulas octo vncias, ieiuno ſtomacho calidas bibat: totidémq; duas horas ante cœnam. Porrò origini neruorũ, & brachio ſic deſcripſi. R. Olei vulpini, chamæmelini, liliorum alborum, ana vnciam vnam: ceræ parùm, ad ignem fiat linimentum, ijs enim intra triduum ita rectè valuit: vt brachium paralyſi affectum non eſſe: ſed magis ob labores paroxyſmorum ſic malè affectum reliquiſſe, in dubium verteram. Porrò, cùm iuuenis hæc, optimæ ſit habitudinis, & natura ſanguinea, ex pedis vena illi ſanguinem emittere iuſſimus: cæterùm, cùm ſaphena nunquam apparuerit, ad venam iecorariam brachij deuenimus: ex qua, bona fide, ſciſſa vena, ſanguinem emitti ad vi-

ginti

UVA. BHSC. BU 00033

ginti vncias permisi, tum quia vires constabãt, tum quia sanguis admodum crassus, niger, & atrabiliarius expeditè fluebat: tum etiam, quia nisi sanguis ita copiosè demeretur, nullum ex sanguinis missione iuuamentum ægrotans consequeretur, sed magis nocumentum, cùm ex acetabulis, siue cotyledonibus, hoc est, ex oris ipsis venarum: quæ ad materiam terminantur, sanguinem euacuare: & obstructiones reserare, necessarium erat. Hoc enim sanguine deposito, melius ægra hæc habuit: & intra quatuor dies libera à tanta sæuitie, & tormento fuit, non sine omnium admiratione: & artis medicæ ingenti gloria.

SCHOLIA.

Iubet Hippocrates, & Galenus assentitur, libris de ratione victus in morbis acutis: tum sæpè alibi, in pleuritide sanguinis missionem copiosam fieri: vt etiam in ipsa inflammatione sanguis contentus euacuetur: adeò, vt pro rubro liuidus sanguis euadat, vel contra. Proinde nos tantorum virorum consilium sequuti: quum huiusmodi affectiones, & symptomata ab obstructionibus impactis cotyledonibus, pendere sciremus: optimũ, imò consiliũ summũ fore duximus: si saphenam præcipuè in iuuene sanguinea, & boni habitus aperiremus: & sanguinem copiosè

demer

UVA. BHSC. BU 00033

demeremus. At quia pedis vena, etiam diligenter inquisita, nunquam comparuit: de basilica eum demere, necessarium esse deliberauimus: ideò copiosè eum emitti constituimus: vt etiam (vt verum fateamur) ad libras duas deueneri-mus: nisi enim tantus demeretur sanguis, proculdubio, hæc peius haberet: & in deterius rueret. Quia symptomata magis durarent: & in dies sæuius cruciaretur: quum optimus sanguis deponeretur, & pessimus obstructione facta, remaneret: demum (vt multa paucis dicam) aut ita copiosè sanguis ex interna brachij vena emitti deberet: aut omnino supprimi. Cæterum, crurum scarificationem, hoc in morbo, perutilem esse, nisi ad aras vsque eam respueret, omnes nouistu: hac enim copiosa sanguinis emissione, hæc sana euasit, & pulchrè valet.

Curatio septuagesimasexta, in qua agitur, de humida qualitate absque humore, hominem ad perniciem trahente.

MErcator orientalis, qui cubiculum testudine lapidea cameratum habitabat: & in eo dormiebat: ita ab humida qualitate, absque humore vexabatur: vt parum abfuerit: quin in tabem veniret. atteſtabantur autem notæ hæ, morbum immaterialem hunc humidum esse, quia

ab

UVA. BHSC. BU 00033

ab aëre illo ambiente humido, grauedinem corporis totius contraxerat, & eius facies tumescentiam, albido quodam colore, prę se ferebat, & humiditates in eius corpore non paucæ accrescebant: vt nulli sit dubium morbum hunc à nuda qualitate humida ortũ trahere. Cæterùm, cùm homo hic sic afflictaretur, eum ab eo cubiculo in alterum, sicciori aëre perflatum venire curauimus: & exsiccante victu constituto: nonnullis adhibitis frictionibus, & exercitio admisso, intra mensem sanitatem obtinuit.

SCHOLIA.

Humida qualitas, veluti quælibet alia, per se sola, sufficiens est, corpus humanum deperdere, & destruere: vt huius rei autor est Aristoteles, & Galenus: quibus cæteri philosophi adstipulantur. Vnde hominem hunc sic ab immateriali humiditate affligi, & in vita sitæ pernitiẽ deuenire, ni malo obstitissemus, mirum non est: cùm ijs tamen, humiditas absq; humore sufficiẽs non est dolorem excitare: vt huius rei autor est Galenus, libris de facultatibus simpl. med. & de sympt. causis: in hunc disserens modum: Porrò, vehementes eueniunt in tactu à naturali habitu transmutationes, ob violentum calidi, frigidique occursum: atque ob eas res, quæ contundere, secare, extendere, aut erodere possunt: nam

UVA. BHSC. BU 00033

siccitas, humiditásq; nisi calori, frigori ve coniungantur, occursu suo vim inferre non consueuere. Hæc Galenus, quorum rationem, nos ex eo ibidem collectã, subiungimus: quia nulla res dolorẽ excitare potest, nisi eius occursus sit vehemẽs, & repentinus. Cæterùm, cùm humiditas, & etiam siccitas, nullam violentiã, aut molestam sensionẽ in corporibus sensu præditis, introducere natæ sint, consequens est, dolorem non inferant: in summa, humiditas, qualitas nuda, non est sufficiens dolorem excitare: quia subitò, & repentè, tristẽ, & molestam sensionem inducere non est potens: cùm hoc tamẽ ipsa per se sola, absq; humoris complicatione, humanam naturam exoluere: & deperdere paulatim absq; dolore: & tristi introducta repentina alteratione, potest. Vnde Consiliatorem, dictum Petrum Abanum, differentia 193. aberrare certũ est: cùm humiditatem, phthisim gignere non posse nisi caliditati, aut frigiditati, aut humori catarrhali iunctam dixerit. Experientia nanq; varijs in animantibus à nobis dissectis, compertum habemus: eorum pulmones malè esse affectos, nullo in eis comperto humore. Cæterum, Mesuem, & alios de hac re loquentes, consultò prætermittimus, veluti Auicennam, qui hemicraneam ab intemperie nuda fieri non posse contra Alexandrum Trallianum contestatur. Sed, qua ratione, vos ipsi iudices estote.

Curatio

UVA. BHSC. BU 00033

Curatio septuagesimaseptima, in qua agitur, de visu diminuto, & corrupto, simulq; Scotomia, ob suffusionem, & crassam nebulam, in altero oculorum apparentem.

MAalem ex Castris, Hebræus, vir, qui Solimani Turcarũ Imperatoris in Ægypto omnes reditus in cura habet, diminutè, & corruptè videt, & Scotomia laborat: dextro nanq; in oculo nubeculam crassam, & magnam patitur. Is Pisaurum venit, vt à nobis curaretur. Cuius affectiones intimius consideranti, in mẽtem venit: quòd omnes ferè Ægyptij homines duo morborum genera patiuntur, aliud oculorum obtenebrationem, aliud verò, testiculorum rupturam. Euenit nanque oculorum morbus, ex assidua eleuatione, & depressione fasciæ turbinatæ, capiti obuolutæ: vnde capite sudore perfuso, & nimis calido existente, dè repentè, eleuata fascia capiti obuoluta, refrigeratur: & humor ad oculos fluit, vnde obstructio sæpe fit: & scotomia, & nubeculæ, & suffusiones oriuntur. Ijs adde, aëris ipsius siccitatem, & acutiem ingentem, qui sufficiens est, humores subtiles, & fluxiles ita

UVA. BHSC. BU 00033

reddat: vt in oculis morbi ij pullulent: & eò magis concurrente puluere, continuò à vento eleuato: qui oculos ferit, & percutit, ex qua percussione, & aëris caliditate, & acutie, ad oculos humores fluunt. Ex quibus omne genus morborum ipsis euenire poterit, præcipuè ophthalmia, lippitudo dicta: & suffusio, vulgò cataracta, Græcis ὑπόχυμα, dicta: visus obscuritas, dicta omnimoda vel maxima ex parte videndi interceptio, Græcis Ἀμάυρωσις: dilatatio & diminutio pupillę, Græcis. Μυδρίασις. Nuscitiosa affectio: in qua interdiu, egrotantes vident, sole verò accidente, obscurius: sed noctu omnino nihil. Sed hæc, ad mentem Galeni, sint dicta, non verò secundum Herodotum, in suo introductorio, & definitionum libris, Galeno attributis: in quibus longè aliter ille de hoc morbo sentit: vt legenti manifestum euadet, accedunt morbis, ægyptijs hominibus venientibus. ὄνυξ. siue vngula, quàm practicarum autores saniem intra corneam appellitant, & Græcis, alijs vocibus πύωσις, vel πυοῖς vocitatur: accedunt ijs, albugines, siue nubeculæ, aut nebulæ, quæ si oculi superficiem tantùm attingunt, νεφελίαι dicuntur: si verò altiusradices pertingũt λευκώματα,

voc

UVA. BHSC. BU 00033

vocantur. Vtræque verò si, ab vlceribus curatis remaneant, cicatrices appellari merentur: & albugines, quia in nigro oculi omnes candidæ cernuntur. Vlcera, quæ plerunque in adnata membrana, nunc in cornea, interdiu etiam in palpebris, & oculorum angulis fiunt: veluti phlyctænæ, dictæ pustulæ exiguæ, & pterygion, id est, neruosa adnatæ membranæ eminentia: quæ ab angulo maiori oritur: & ad irim oculi, siue coronam dictam progreditur: Latinis, vnguis dicitur: veluti variæ aliæ affectiones oculis venire solitæ: quas silentio, præterimus: quæ in Ægypto hodie frequentissimè veniũt, & ipsis homines inibi hodie miserrimè vexantur, vt Glaucedine: quæ nihil aliud est, quàm christallini humoris in cœsium colorem mutatio: quæ fortè curationem non admittit, vt inferius patebit latius. Cæterùm, in ramices quoque incurrunt Ægyptij homines: quia multam aquam ad extinguendam continuam sitim, & arcendum ingentem feruorem, bibunt: ob quam inferiora laxantur, & dissoluuntur, veluti ex assiduo balneo, & frequenti coitu. Pendent enim illis genitalia membra, neque enim brachati incedunt: vnde facilè laxantur, &

UVA. BHSC. BU 00033

& omentum rumpitur, & ad inferiora intestina descendunt. Hunc igitur curaturus, nosco eum temperatura bilioſum exustum, ætate quinquagenarium: qui siniſtro in oculo, ſuffuſionis initiū habet: quam Auicenna guttam oculi appellat, vulgò verò cataractam: in dextro verò oculo, nubecula ſe offerebat, coloris ſubnigri: alteram ex quatuor membranulis, corneam ſcilicet, occupans: quæ nubecula phlyctena appellari meretur. Quum ex puſtula exigua in ipſo oculo: alijs etiam varijs exanthematis faciem fœdantibus, ortum traxerit: ſubtus quam, & ſuffuſionem eſſe, augurabar: ob quam ipſe parùm videbat: immo in circuitu tanquam muſcas percipiebat: & candelam accenſam tanquàm duas conſpiciebat. Cæterùm, pro ea deponenda nubecula, ipſe collyrium quoddam ſuo modo apparatum, habebat, quod habet. Rec. aquæ ſuper cannas in nocte cadētis, libram mediam: viridis æris, drachmam: ſacchari candi, vnciam vnam: aloës, drach. duas, campho ræ ſcrupulum medium, fiel albi, vnciam mediam: moſchi ſcrupulum medium: miſce, fiat collyrium: ex quo penna intincta ſæpè oculo admoueatur. Ego verò poſt vniuerſum huius corpus ſæpè purgatum:

& eius

UVA. BHSC. BU 00033

& eius quoque caput mundatum: immo post propinatum decoctum radicis synarum, ad viginti dies, in quibus varia collyria ipsis oculis admouimus: nubeculam ipsam, subtilem adeò reddidimus: vt sub ea suffusionem latitasse deprehenderemus. Altera verò alterius oculi, tantùm abest, vt medicamentis obedierit: vt potiùs incrementum non exiguum acceperit. Qua de causa, vtranque permittere ad perfectionem venire, optimum cõsilium fore duximus: vnde ab omni curatione abstineret, consuluimus: immo oryza, caseo, bubula carne, farro, & alijs edulijs, crassum & lentum humorem gignentibus, vteretur, monuimus: ijs enim suffusiones, crassitiẽ exactam, perfectionem, & complementum: vt opera manuali extrahantur, adquirunt. Quibus depositis, ægrum rectè valeturum haud ambigimus, vt etenim apparebat suffusio hæc, ex ijs erat, quæ curationem admittere solent.

SCHOLIA.

ὑποκύμα, Ypochyma, Romanis suffusio dicitur, & est (vt res ipsa indicat, & omnes medici describunt) humoris aquei inter chrystaloiden & corneam concretio, differt à glaucomate, siue glaucedine: quòd glaucedo chrystalini hu-

UVA. BHSC. BU 00033

moris in cæsium colorem mutatio est: quæ fortè nullam admittit curationem: suffusio verò vt inferiùs dicetur, maximè Auicenna, sen tertia libri tertij, sui canonis, morbum hunc, aquam appellat. Alij verò practicarum authores Cataractam, alij, guttam, nonnulli verò imaginationem, hãc eundem morbum appellant, diuersimodè tamen, quoniam in principio, cùm imaginationem appellant: quandò præcipuè ægrotus imagines non veras recipit. Sed hîc aduertendũ duxi, quòd imaginationes siue imagines hæ, vt indicium sunt suffusionis, ita si sexto elapso mense, post earum apparitionem, suffusio non apparuerit: tunc imagines siue imaginationes hæ reducendæ sunt ad caput de vertigine, siue scotomiæ: non verò ad caput de suffusione. Sic enim hodiè cùm hæc literis commendaremus: mulier quædam imaginationes patiebatur: in quas, ab hinc biennium, lapsa erat: ad quam vocati nos, ignorantibus nonnullis medicis, concluſimus: morbum non esse initium suffusionis, sed magis eum esse reducendum ad caput de scotomia: quia imaginationes hæ quando suffusionem arguunt, ad summum sextum mensem non superexcedũt: sed intra hoc tempus, suffusio apparet, & deocculatur. Quòd si tempus hoc transgreditur, & suffusio ipsa non deocultatur: tunc tam non suffusionis argumentum esse dicemus: sed magis (vt dixi) scotomiæ, nomine morbus meretur, vt Auicennæ

UVA. BHSC. BU 00033

cenna citato loco memoriæ commendauit: & ante eum, Græci authores. Cæterùm, suffusionum varias species, curabiles, & non curabiles, colliges ex practicis. Hoc te vnum scire vellem, quòd si is, qui suffusionem patitur, nihil lucis, aut claritatis percipit: etiam si radios solares intuetur: talis sanus non euadet: secus autem, qui aliquid claritatis percipit, vt monachæ diui Bartholomæi: & Hebræus, à quibus me præsente, nursinus, suffusiones extraxit: & postea rectè viderunt. Item, percipitur suffusio apta opere manuali, quoties clauso altero oculo, alter digito compressus, & repente apertus, in eo suffusio dilatatur: sed non diuiditur, quòd si oculo compresso, & confestim aperto, suffusio in partes diuidatur, & separetur: tunc imperfecta, curationem per acum non recipit: & tunc ægrotans cibarijs crassum gignentibus succum vescatur, decet. Quòd si oculo compresso, & illico aperto, suffusio non mouetur: sed sic (vt est) immobilis manet, talis crassa admodùm est, & acu extrahi non poterit. Plura verò de ijs consultò prætermittimus, de quibus cùm dabitur occasio sermonem faciemus.

Curatio septuagesimaoctaua, in qua agitur, de tuberculo capiti exorto.

QVi mecum olim ab hinc vigesimumquintum annum, oceanum

UVA. BHSC. BU 00033

nauigauit, nunc Pisaurum venit: vbi, cùm testudineam cameram habitaret, ob varias (fortè quas habet merces) in capitis sincipite, dextram partem respiciente, tuberculum passus est: tactu durum, sed doloris non expertem. Ex quo, & humor ad oculum dextrũ descendit, ipsum quasi ex contusu, denigratum reddens, cum quibus & caput vniuersum dolebat: & aliquantulùm febri perrentabatur. Vir etenim hic robustus est: temperatura sanguineus, annos natus quadraginta: quem curaturus, primò deonerata per clysterem aluo: ex eius cephalica vena, locum affectum respiciente, sanguinis vncias octo demere iussi: & tuberculum hoc linimento inungi. R. olei rosacei vnciam vnam: pulueris rosarum, camæmelæ, an. drachmas duas, ceræ parùm: misce fiat linimentum: oculus tamẽ rosacea aqua lineo pãno excepta fouebatur: ac sæpè innouabatur. Cæterùm, quum hæc machinabamur, corpus vniuersum syrupis endiuia & rosaceo simplici, præparatum, purgauimus: ac posteà ab oculo, inflatione & nigritię leuata: capitis tuberculum diu perdurans, ex ammoniaco, ad emplastri formam redacto, sæpè applicito, euanuit, & ægrotus ipse sanus euasit.

Curatio

UVA. BHSC. BU 00033

Curatio septuagesima, de vlceribus in vijs vrinæ, maximo cum ardore derelictis, ex curatione caruncularum.

ABraamus, qui Pisauri habitat, & iam diu ob carunculas in collo vesicæ habitas, difficulter meiebat: cùm à gallo empyrico curaretur, in grauissima symptomata, & vitæ suæ periculum incidit. Nam vlcera grauia, in vijs vrinarijs, facta sunt: ob quæ cùm meiebat, ita acritudine intensa, & maxima cruciabatur: vt alta voce exclamaret. Immo ob ea collum vesicæ ita contrahebatur: vt rarò meieret. Cæterùm, vt hunc à tanto malo liberaremus, primò symptomata, hoc est, vrinæ ardorem, supprimendum, siue leuandum putauimus. Proinde syphone, siue iniectorio, per virgam lac muliebre recens mulctum immitti iussimus: vtq; hoc sæpè actitarent commendauimus. Dein verò, lactis vice, ad collyrium sequens deuenimus, quod habet. R. rosarum siccarum pugillum medium: seminis lini, seminis maluarum, ana vnciam mediam: seminis citruli, melonis, cucurbitæ, portulacæ, papaueris, an. drach. duas: seminis halikakabi,

VVA. BHSC. BV 00033

kabi, numero 10. in libra vna & alterius media aquæ fiat decoctio, secundum artem, & coletur. Cui colaturæ adde, trachiscorum alkakengi, halikakabi dicti, vnciam mediam: sacchari candi vncias duas: camphoræ drach. vnam, misce, fiat collyrium. Quo collyrio per syphonem iniecto, & vrinæ acredo infringebatur: & vlcera eluebantur, extergebanturque: & vrina liberè eiaculabatur. Quandoque verò trochiscus siue pastillus halichachabi, vno vel altero grano opij, adiecto, injiciebatur. Non me latet, pastillos hos halichachabi, opio etiam parari, sed apud me absque opio parati magis laudantur: cùm medici iudicio, opium addi, & minui poterit: sed tunc lacte dilui possunt, aut aqua rosacea, vel plantaginis, vel portulacæ, veluti pastilli diaphisalidæ: sed tũc vnguẽtum rosaceum, & populeon renum regioni, & virgæ radici, ac inter testiculos & anum applicabatur. Quibus remedijs, statuto optimo victus ordine: hoc est: ex pullo contuso, & portiuncula ptisanæ, vel per se sola ptisana, vel panatela simplici: aut ex pulli iure parata: & ordeacea aqua in potu admissa, intra octo dies liber euasit. Syrupos tamen violaceum, & capillorum veneris, decocto supra signato, dilutos,

UVA. BHSC. BU 00033

dilutos, ijs diebus bibebat: sed & clysteres, vt aluum respondentem haberet, injiciendos tunc curauimus. Cæterùm, hic, cùm rectè valeret, sed adhuc nonnihil saniei per virgam emitteret, elapso mense, cùm vxore coiuit: vnde testiculus sinister crassus maximo cum rubore, & dolore est redditus. Cæterùm, ex fabacea, & ordacea farina, adiecto oleo rosaceo, parato emplastro: optimo præstante victus ordine: sanitatem exactam adeptus est. Nobiscum hac in curatione erat Laudadeus Blanes, Hæbræus, Reuerendissimi Cardinalis Crispi, medicus doctus & probus.

Curatio octuagesima, in qua agitur, de crustis, pueri caput occupantibus, & ad oculos descendentibus.

SAmuelis Catalani puer recens natus, crustas in capite patiebatur: quæ ad oculos descendebant: & ita eos occupabant, vt timor esset, ne in ipsis vitium aliquod impingeret. Nos igitur huic occurrentes vitio, iubemus, vt nutrix optimo victus ordine vtatur: simulq; parte, & optimis edulijs vescatur: atque vt ex vbere suo, vlcera ipsa multo lacte, irroret, ac

post

UVA. BHSC. BU 00033

posteà, coronali capitis parti, versus sinciput, folium caulis tepidum admoueat: ac sæpè innouet. Ijs enim facillimis remedijs puer liber intra paucos dies fuit. Possent quoque huiuscemodi crustæ è capite leuari decocto maluarum, & furfurum, veluti aqua lauati panis, adiecto butyro, vel oleo rosaceo, aut vtroque simul: nonnullæ verò mulierculæ, folijs hederæ adplicitis, opus hoc complent. Cæterùm, cùm olim alter huius viri filiolus similem pateretur affectionem, & sinistrè eum medici tractarent: miserè puerum, in vtriusque oculi suffusionem traxerũt: qui & nunc elapso triennio, eodem laborat morbo: nondum autem exactum incrementum suffusiones adeptæ sunt: vt opera manuali extrahi possint.

Curatio octuagesimaprima, in qua agitur de febre diaria, ob frigus eueniente, simul, quòd omne genus febris, cor pro subiecto habet.

QVi frigus passus est ingens, domum cùm se reciperet, febri correptus est, ad hæc, caput dolebat, & non leuiter afflictabatur. Cæterùm, ad eum accersitus, arteriarum pulsus non admodùm extra

UVA. BHSC. BU 00033

tra naturam suam, nec longè à proprijs dissidentes comperio: sed & lotium non admodū à naturali dissidebat: immò corporis functiones, siue actiones omnes non multùm læsæ erant. Qua de re, febrem ipsam diariam esse prædixi: id quod ita esse, successus probauit: per leuem autem quendam madorem exoluta febris sequenti die fuit.

SCHOLIA.

Frigus diariam febrem ex accidenti gignit: quia expiramenta, & cutim claudit, & densat: vnde effluuium quoddam solitum cohibetur: quod si calidum, & acre esse contingat, febrem gignit, sin benignum, plenitudinem. Cæterum in omnium medicorum ore est, febris diariæ subiectum spiritus esse, veluti putridæ, humores, hecticæ verò cordis corpus: & pro exemplo adducunt famigeratissimam apud Galenum, & cæteros medicos similitudinem. Diaria sic febris dicta, quod vnum tantummodo diem durat, similis est vēto calido: qui vtri includitur: vt enim aër calidus vtrem, cui includitur, calefacit: ita spiritus plus iusto calefactus, corpus calfacit. Diariæ febris igitur subiectum, ij spiritus constituunt, veluti putridæ, humores: quoniam quoties in humoribus succenditur calor cum putredine, febris oritur, quam putridam medici appellamus:

UVA. BHSC. BU 00033

pellamus: est q; similis aquæ calidæ: vt enim aqua calida vas frigidum, cui infunditur, calfacere potest: ita & humores plus iusto calefacti, corpus calfaciunt. Non minùs, si calor præternaturalis contingat in membris accendi solidis, hectica resultat: quæ assimilis vasi est calido: quemadmodum enim vas calidum aquam frigidam, quæ infunditur, calefacit: ita hectica, quæ membris fixa est, humores omnes corporis excalfacere potest. Cæterùm, similitudo hæc, vt à tantis viris celebrata, ita pro vera & optima, reputãda est: non eo tamen inde arguere quis poterit, diariæ spiritus subiectum esse, nec putridæ humores, cum re vera, omnis febris subiectum, cordis corpus sit. Non enim febris res inanimata subiectũ esse potest: vt humores, & spiritus, qui dubiò procul inanimati sunt: necesse est igitur cordis substantia, omnis febris subiectum dicatur. Erit igitur spiritus, calore febrili succensus, causa diariæ febris: quia carnem siue cordis substantiam inficit: affectus igitur ille, actiones cordis primariò lædens, morbus siue diaria febris dicetur. Veluti putrida, quoties humores putridi, & febrili calore infecti, cor petierint: & inde cætera membra, veluti hectica, quoties cordis ipsius substantia apprimè à calore febrili infesta, euaserit: vt huius rei Auicenna quoque author est fen prima, libri quarti.

Curatio

UVA. BHSC. BU 00033

Curatio octuagesima secunda, in qua agitur de Aphtis.

PVer Abrahami Catalani, qui aphtas in lingua, palato & labiis patiebatur: & ex eisdem multum torquebatur, à colluto ore, hoc lauacro optimè habuit. R. rosarum rubearum, summachiorum, summitatum rubi, balaustiorum, ana pugillum medium, in aqua fiat decoctio sufficiens. Facta colatura & expressione, adde sacchari candi vncias duas, aluminis rochi crudi vnciam vnam: misce, fiat lauacrum, ex quo lineus pannus imbuatur, atque eo os colluatur. Quandoque verò puluisculus hic intra os indebatur, quibus intra octo dies sanitatem obtinuit: habet autem puluisculus sic, Recip. pulueris rosarum rubearum, summachiorū, balaustiorum, ana drachmam vnam, & alterius mediam, sacchari albi, & fini, drachmas duas, aluminis rochæ crudi drachmam vnam: misce, fiat puluis, cuius portiunculam in os mitte.

Curatio octuagesima tertia, in qua agitur de symptomatis quibus dã mulieri cuidã sterili, nõnulla ebibẽti, vt prægnãs euaderet, obortis.

UVA. BHSC. BU 00033

MVlier infœcunda, & sobolis procreandæ auidissima, tum vt viro placeret, tum quia à parentibus audierat, hominem sine liberis decedentem malè apud inferos cruciari, ab obstetrice auertendæ sterilitatis remedium petit. Obstetrix verò (vt omnium aliarum mos est) remedium non deesse: imò experimentum apud se tale haberi, vt eo plures ad conceptionem præparasse mulieres, effusis multis & variis verbis affirmaret. Cæterùm, hæc auidissimè remedium exposcés, quod non aliunde quàm ex puro pipere, & gingibere, paratum habebatur, summa cum voluptate ebibit. Post cuius potum, altero interposito die, ita angustiis, & cordis pressuris tenebatur, ad hæc faucium strictura, ardoréve, veluti pulsuum minutionibus, & vigilio, vt eam breui morituram assistentes crederent. Ego verò, bona ægrotantis fortuna, vt qui alteram ab eadem obstetrice, ita tractatam iam curaueram mulierem bono esse animo iussi, & contra prædictas affectiones, ita inuado, & primò fœcibus per clysterem ex aluo depositis, iecur hoc linimento illini feci, quod habet. Recip. vnguenti santalini, vnciam vnam, & alterius mediam, rosacei

UVA. BHSC. BU 00033

ſacei vnciam mediam, aceti roſacei parum: miſce, fiat linimentum, quo leniter iecur inungatur. Cæterùm, cordis regio quoq; inungebatur, ſic. R. vnguẽti de nenuphare vncias duas: pulueris coralij rubri drachmam mediam, aceti roſacei parum: miſce, fiat linimentum. Timor nanque erat, vt ne hæc in hecticam laberetur febrim: ad collum tamẽ, vt quæ tanquam ſtrangulata, ob nimium ardorem in eo perceptum iacebat, deſoris hoc admouebatur linimentum. R. vnguenti roſacei, populeonis vtriuſque vnciã vnam, camphoræ drachmam mediam, aceti parum: miſce, fiat vnguentum: porrò, vt gargarizet, hoc decocto frequenter vtatur ſuaſimus. R. ordei, roſarũ, violarum, nimphęæ, foliorum plantaginis ana manipulum vnum: in libris tribus aquæ, fiat decoctio ſecundum artem: facta colatura, & expreſſione: adde rob mororum, ſyrupi acetoſi ſimplicis ana vnciam vnam, camphoræ drachmam mediam: miſce, fiat gargariſmus: vt quoque in aurora biberet, ſic præſcriptum fuit. R. foliorũ endiuiæ, lactucę, cichoreæ, violarũ, roſarum ana manipulũ vnum: calicum papaueris albi, pugillum medium, ſeminis melonis mundi, vnciã vnam, & alterius mediam,

VVA. BHSC. BU 00033

prunorum pinguium decem, sebestem, iuiubarum, ana num. XII. tamarindorum vnciam vnam, santalorum rubeorum vnciam mediam, in libris septem aquæ, fiat decoctio, quousque maneant libræ quinque. Facta colatura, adde syrupi de cichorea simplici, vncias tres: misce, fiat Iulep. longum: de quo ieiuno stomacho vncias octo bibat: nocte verò, cùm it dormitũ, diacodij simplicis, orbiculo vno vel altero, drachmæ pondere vtatur. Victus huic præscriptus, contusum pulli, cum parte altera ptisanæ erat: potus verò hordeacea aqua: iis enim post elapsos quadraginta dies sanitatem adepta est. Admissus est autem in hac curatione Marcus, ducis Vrbinatis Illustrissimi, Medicus doctus, quum eo tempore, ingenti colico dolore ipse cruciarer.

SCHOLIA.

Quum variæ sint sterilitatis causæ, variæ sint indicationes curatrices, & variè ipsa remedia decet. Ex remediis tamen, quæ empiricè accipiuntur, nulla seruata indicatione, aut à mala qualitate vterum inficiente, aut à mulieris, vel viri intemperie, aut variis aliis, quæ non vacat, nec puto esse operæpretium referre, Aloë est, quæ tum ieiuno stomacho, tum quando vadit dormitum,

UVA. BHSC. BU 00033

dormitum, mulier deuorare debet: ita enim experimentum hoc, pro certo habetur, vt non dubitem mulieres eo vtentes mihi pro eo gratiam habituras, desis autem pulueris scrupulus sit decet, aut semidrachma, nebula abscondita, ac pauculo iulepo, vel in bolo caßiæ, qui deuoratur, fieri solet: amarißima etenim (vt nostis) est aloë, quæ ad aliquod dies, sic deuorari debet.

Curatio octuagesimaquarta, in qua agitur de quodam monacho, qui amore cuiusdam puellæ captus, seipsum (veneno hausto) interemit.

PAulus monachus, ex ordine cruciferorum, iuuenis viginti annorum, & ex Aquila oriundus, Pisauri apud Cœnobium sancti spiritus, cùm ageret, puellam nomine Catharinam Ariminensem, & filiam fortè Ortulani, orti monachorum curam habentis, amare cœpit. Quam successu temporis, ita impatienter amabat, & deperibat, vt sæpe puellam in vxorem ducere, cum eáque, repudiata cuculla, & & monachali voto, ad Germanos confufugere, promitteret: vnde flexis genibus, eam non rarò ita orabat, vt illius misereretur, vt nisi eius votis, & precibus annueret, aut mœrore se moriturum, aut sese interfecturum asseueraret. porrò, mo-

UVA. BHSC. BU 00033

nachus hic, puella huius amore ita deflagrauit, vt eam, cùm iam in amorem suũ trahi non posse persentiret, animum desponderit: clàm enim ex officina pharmacopolia emptũ vitriolum deglutiuit, à quo exhausto, malè habere monachus cœpit: ita vt in ventriculi erosiones, & vomitum, & secessum deueneritiad hęc, linguæ nigredinem, & ipsius crassitiem. Demùm symptomatis auctis, & prostratis viribus, rem aliis patefecit monachis: sed accersiti ad eum Medici, breui ipsum deploratum reliquerunt: & meritò, quum eo die, vitam cum morte commutauerit, & amoris bonus monachus pœnas lucrit. Pisauri hæc euenere, quinto die mensis Februarij, 1556.

Curatio octuagesimaquinta, in qua agitur de puero commorso à cane, plaustrum continuò comitãte.

PVer natus annos duodecim, à cane plaustrum continuò comitante, in crure demorsus fuit: sequenti verò die, eadem hora, puer rigore, succedente ingenti posteà febri correptus est. Ad quem vocatus ipse, & accersito chirurgo, locum demorsum scarificare iubeo: nõnisi profundioribus quibusdam vulnusculis, & calido

UVA. BHSC. BU 00033

calido vino lauare: posteà verò, crure optimè absterso, loco affecto hoc emplastrum admoueri iubeo: quo breui melius habuit: & intra paucos dies, ex toto sanitatem adeptus est, sic autem emplastrum habet. Cepam vnam acrem accipe, alliorum caput, siue radicem mediam, theriaces optimæ vnciam mediam: foliorum balotes, id est marrubij fœtidi, melissæ, ana pugillum medium, rubiæ minoris vnciam mediam, fermenti vncias duas: omnia pistentur, & loco affecto superponantur: quibus, vt dixi, sanitatem breui obtinuit.

SCHOLIA.

Omnes canes aliquid venenosi in se habere, præter quod omnes docti firmant Medici, historia illa, quæ de Baldo iuris peritissimo circumfertur, attestatur. Nam cùm sapiens vir ille, à caniculo in delitijs habito, demorsus in labro esset, & Medici præsentes, parum venenosi morsus recordati, vulnus ad cicatricem breui traxissent, inde mortem contraxit, vt latius aliàs diximus.

Curatio octuagesimasexta, in qua agitur de sanguinis reiectatione.

DE Luna, vxor Magnifici Leonis Barbenelij, vtero cùm gereret, vt ipsa

UVA. BHSC. BU 00033

credebat, sed falsò, & quartum ageret menſem ſuppreſſionis menſium, ob mœrorem & mœſtitiam repentè euenientem, menſtrui ſanguinis nonnihil emiſit, adeò vt ne in abortum laberetur timeret. Cæterùm, ſexto menſe à retentione menſtruorum, dulcedinem in ore perſenſiſſe, me certiorem fecit, quam ex ſanguinis redundãtia eueniſſe conieci. Porrò, elapſis tribus diebus, hæc in ſanguinis ſputum incidit, quem nonniſi tuſſi reiectabat: adhæc, in pectore dolorem perſentiebat, & ſanguis eiectus non admodum multus erat, nec rubicundus, ſed potius ſubnigrãs, & grumoſus, vt in pectore affectionem eſſe, nemini dubium eſſet, à thorace etenim concretus ſanguis ad pulmones, ingenti tuſſi tranſmittitur, & inde diſſoluitur: & poſteà iterum cogitur, & concretus expuitur. Cæterùm, cùm huic nonnulla, me abſente præſcripta eſſent, ſequenti die ad eam accedens, & omnia conſiderans, ex interna dextri brachij vena, ſanguinis vncias ſex demere iuſſi, qui omnino bilioſus & floridus erat, à quo extracto, melius habere cœpit, vt ſequenti die, ex toto ſanguis cohibitus eſſet. Huic aër frigidus erat, & ſomnus longus permittebatur: nam & ſi ſomnus internis

UVA. BHSC. BU 00033

internis affectionibus noceat: quia in eo ſpiritus, & ſanguis intro abeunt: nihilominus in hac affectione, eum multum afferre iuuamenti, ſcimus: quia tuſſis cohibetur, & vena conſolidatur, & conſequenter ſanguis conſtringitur: quod potiſſimùm in hac curatione eſſe, & à medico in primis conſiderandum, docuit Galenus, libro de Compoſitione medi. s. L. Proinde ceruicalia, & culcitras, penna conſitas, fugiebat, non minus ac veſtes pellibus fulcitas. Cibus porrò, quia nunquam febris apparuit, primò ex amylo parabatur: dein verò, pullus oriza, & pauco ſummachiorum ſemine, aromatum vice, aqua calibeata incoctus fuit. Quanquam poſteà, caput cinarę (chichophilum dicimus) adiectum in pulli coctura fuit: nonnunquam verò vice chichophili, radices ſimphiti, in taleolas redactas, iniiciebamus: quas interdiu noſtris monitis, aqua refrigeratas, ſic crudas guſtabat: & earum vice, eclegma ex ipſis, & pauco bolo armeno, ac pauco gũmi dragacantho, ſyrupo myrtino exceptis, lãbebat. Hæc porrò, noſtris monitis, acuta omnia fugiebat, vt acetum, ſal, ſinapim, vinum, cuius vice, aquam bibebat, & aromatum omne genus, veluti acria omnia,

UVA. BHSC. BU 00033

in aurora verò, ieiuno stomacho, syrupum hunc deglutiebat. R. syrupi rosacei de rosis siccis, myrtini, ana drachmas sex: aquarum portulacæ, plantaginis, farfaræ ana vnciam vnam: misce, fiat syrupus. Cęterùm, & si tribus diebus ex toto bene haberet, nec sanguinem amplius eiectaret: in eodem tamen regimine ad aliquot dies, meis monitis, perseuerauit, & regiè viuit.

SCHOLIA.

Sanguis per os reijcitur vario modo: aliquãdo ab ore, & tunc sola expuitione eijcitur: aliquando effluit à faucibus, & tunc sereatu spuitur: aliquando à gula, siue stomacho, vel eius ima parte ventriculo dicta, & tunc vomitu foras transmittitur: aliquando à membris spiritualibus, & tussi pellitur. Cæterùm, cùm ægrotans hæc tussi sanguinẽ spueret, consequens erat asserere, ex ipsis spiritualibus membris sanguinem spueret: nec enim à capite in pectus, vt sæpe fieri solet, sanguis cadebat, quod Galenus summoperè notandum suadet, 4. libro de locis affectis, capite sexto, nonnullos imperitos Medicos vellicando. Cum igitur ex spiritualibus membris sanguis reijciebatur, dignũ quæsitu est, an ex pulmone, vel potius ex ipso thorace: sed quod nõ ex pulmone, vel ex ijs probatum habeo: quia

sanguis

UVA. BHSC. BU 00033

sanguis non spumosus erat, nec subalbidus ex interuallo prodiens. Quanquã in hoc signo, de sanguine spumoso, Auicenna fen decima libri tertij, capite de Sanguinis reiectione priscos tacitè suggillat: cùm sæpè ex trachæa arteria, sanguis spumosus, veluti à thorace quoque effluat, & nõ à pulmone. Proinde fallax signũ spumosum sanguinem esse Auicenna credit, cùm hoc tamen verum hoc esse scimus: quod nunquam à pulmonibus sanguis effluit, qui nõ spumosus, & subalbidus sit. Ad hæc, tam & si sanguis à pulmonibus effluat, absque dolore tamen exit, cùm pulmones neruis careant: vel saltem perexiguos, & paucos habẽt, quibus dolorem non percipiunt: quum igitur in pectore dolor percipiebatur, probabilius erat asserere, ex thorace sanguinem effluxisse. Refert autem Galenus libro citato, de Locis affectis, capite sexto, Quacunque thoracis parte dolente, si quis sanguinem non multum, nec rubrum, sed magis nigricantem, & grumosum spuerit: huic pectus primaria affectione affici, certum esse: quæ sane doctrina, vt certa, ita aphoristica sit meretur. Cùm igitur huic ægrotanti omnia hæc euenerint, consequens est affirmare, sanguinem ex thorace effluere. Cæterum, an ex vena dirupta, vel exesa, an ex eius osculo, plus iusto laxo, & aperto hoc opus hic labor est: habet autem vnaquæque harum malarum affectionum, suam peculiarẽ affectionem. Nam si

vena

VVA. BHSC. BU 00033

vena disrupta fuerit, consolidantibus medicamentis curari debet: si exesa, siue corrosa, optimis cibarijs, corrosionem resarcientibus: & nonnullis pharmacis, ad carnis generationem facientibus, si verò, ob osculum venæ plus iusto laxum, obstruentibus. Sunt autem obstruentia, contingẽtia omnia: quorum magna sylua extat: quam nec vacat, nec puto esse operæpretium recensere. Receptui igitur canentes, venam thoracis hanc, ex qua sanguis effluebat, non fuisse disruptam, vel ex hoc probatũ esse dicemus: quia nulla causa procathartica anteceßit: ex qua, vena plerunque disrumpi solet: non casus, non vociferatio, non ponderis alicuius grauis subleuatio, & eò magis pectus comprimentis, non huiusmodi alia. Ad hæc, quòd in venæ ruptura, sanguis copiosus exit nec admodùm difficilis curatu est: modò medicus dexter, & diligens illicò in principio curationis sit, retractiones, euacuationes, & deriuationes exercendo: & perneceßaria remedia adaptando: sed quòd non sit exesa vena, patet: quia non destillatio vlla præceßerit, vel tanta, quæ exedere, & venam corrodere valeret. Difficulter autem vena exesa curatur: & eò magis, si à destillatione euenerit: vt Galenus refert, libris methodi medendi. Consonum igitur asserere erit, sanguinem hunc, ob venæ osculum plus iusto adapertum, exire: Nam quum hæc mulier iuuenis sit, & in delitijs agat, optimis assueta cibarijs:

& cui

UVA. BHSC. BU 00033

& cui sanguis menstruus retentus est: non mirandũ, si sanguis copiosus subtilis, & bilem præseferens, oscula venarum dissoluat, laxet, & aperiat. Diximus igitur, si ob venæ osculum laxatum, sanguis effluere contingat, constringẽtibus, siue obstruentibus, curationem perfici debere: quibus (vt docet Galenus) aliquod aperiens, & viam sternens medicamẽtum, miscere debet: non eo tamen magna in quantitate, vt constringentium vires hebetet, attenuet, & minuat: sed magis, vt eas citò validas, & potentes, ac manuducentes, ab stomacho ad iecur: & ex iecore per venam cauam ad cor: & inde ad locum affectum penetrare faciat. Nouistis autem ex prima harum medicearum curationum centuria, quæ pectus per tracheam arteriam intrare debent, eam lambendo assumi deberi, homine non nisi supino stante, hoc est, capite ad dorsum reflexo. Quod verò ad præsagium attinet, audi, tradit Hippocrates libro quarto Aphor. sanguis qualiscunque sursum, malum: quem intellige, per os, & si magna copia fuerit, & cum febre. Quòd verò ita Hippocrates intelligendus sit, ipse se ipsum exponit, libro septimo, eiusdem voluminis: cùm dicat, Quicunque sanguinem euomit, si sine febre, sine periculo est: cum febre verò periculo non vacat. Memini me apud Castellum album, iuuenem quendam cognomento syluam, sanguinis reiectione, intra diem obijsse. Nam hic tùm rectè

valeret

UVA. BHSC. BU 00033

valeret, & vxorem iuuenem craſſam, & magnam, incubam, hoc eſt, ſupra eum cubantem, ſæpè faceret, in venæ cauæ rupturam deuenit: & breui effluxo toto, ex corpore, ſanguine, vitam cum morte commutauit.

Curatio octuageſimaſeptima, in qua agitur, de muliere, quæ cùm vterũ gereret, melancholica euadebat.

MVlier Piſaurenſis, & vxor fortè illius, qui viperas nobis Anconam pro conficiendis theriacis paſtillis, deferebat, facie nigricans, cùm, in vtero gereret, melancholia morbo detinebatur: & ita varia, & multa effutiebat: vt omnibus admirationi eſſet: ob retentos fortè menſes, melancholiam præ ſe ferentes, morbus hic originem trahebat. Memini autem me, aliam Anconæ vidiſſe, quæ cùm pariebat, melancholica quoque euadebat (vt in primis dixi centurijs) ita enim varia, & multa pro varia melancholiæ miſcella euenire contingunt, oporteret igitur, ante conceptionem mulierem hanc, de qua curatio noſtra agit, optimè purgare.

Curatio octuageſimaoctaua, in qua agitur, de mira quadam carnea

excr

UVA. BHSC. BU 00033

excrescentia, à mulieris inguinibus pendente, pondere viginti quinque librarum.

IN hospitali Pisaurensi, mulier nata annos quadraginta quinq;, carnosam quãdam excrescentiã, ab inguinibus nascentem, pondere ferè viginti quinq; librarũ, patiebatur: quæ non minus illi inter crura pendebat, ac ramex intestinalis: qui viris sæpè euenire cõtingit, & sacci instar inter crura pendet. Hæc cũ à me visa esset, paucis interiectis diebus, diem suum obijt. Quam illicò conuocatis vndiq; medicis, & chirurgicis, dissecuimus: & prominentem carnositatem dictam, per mediũ scidimus: in qua nec intestina asseruabãtur, vt nonnulli putabãt: nec intus vterus continebatur, vt alij credebant: sed nec in ea aquositas aliqua erat: sed tota ipsa pẽdula caro erat, alba, pituitosa, vberis carnem præ se ferens. Nã vuluæ os, in parte huius pendulæ alta, continebatur. Cæterùm, hac deformi carnositate incisa, & rectè visa, ad membrorũ naturaliũ cõtemplationẽ, nos diuertimus. Nam huius iecur, ita magnũ, & crassum videbatur, vt sex æquaret libras: nulla in eo diuisione cõspecta: proinde desinat Syluius in Vesaliũ maledicta

profun

UVA. BHSC. BU 00033

profundere, doctus nanque est Syluius Parisiensis, & cuius doctrinæ, ego multum tribuo. At, cũ veritas ipsa, anteomnia sit præferenda, iubẽte sic Platone, vel meliori autore, ea de causa, Vesalio, quã Syluio adhærendum putarim. Sed & lien, in hoc corpore, crassitie, lentore, & magnitudine, non rectè valere indicabat, vnde membra hæc naturalia cum infecta essent, & malè haberent, vice sanguinis, pituitosum excrementum gignebant: quod ad locum decliuem illum transmissum, deformem hanc carnositatem genuit. Intra annum autem, pendula hæc admirandam magnitudinem accepit. Cæterũ, huius mulieris vterus, ita intra intestinum rectum, & vesicam contractus locabatur: vt altera vesica ab imperitis, & parùm in Anatomia exercitatis crederetur: solet autem huiusce modi vterus in nonnullis mulieribus non rarò conspici, præcipuè sterilibus, & quæ nunquam pepererunt: sed ijs quoque mãmillæ paruæ, & contractæ sunt: vt ex illis, vteri paruitas & exiguitas etiam arguatur.

Curatio octuagesimanona, in qua agitur, de topico quodam remedio, optimo & tuto, scabiei cõueniẽte.

Vt

UVA. BHSC. BU 00033

VT Scabies facilè decidat, præsertim à corporibus delicatis, accipe, herbarum fumi terræ, sennæ, lapathi, ana pugillum vnum: hellebori nigri vnciam vnam: in aqua iustæ quantitatis omnia infundantur, & bulliant parùm: ex quo decocto, scabies lauetur: sed posteà, absterso corpore, hoc linimento scabiem inunge: & breui decidet. Accipe olei communis, vncias duas: aceti mediam: sulphuris in puluerem redacti, & lineo panno excepti, vnciam vnam: omnia in ollulam inijcito: & ad ignem bullire finito, quousq; acetum absumptum sit: hoc enim linteo continente sulphur, sic oleo illo inuncto, scabiem inunge, & facilè decidet, etiam non præcedente herbarum lauacro, opus breui consequêris, si ter, quatérve, in die illines scabiem.

SCHOLIA.

Est sulphur medicamentum ad scabiem satis idoneum, & securum: vt de quo dicat Galenus, quòd intus non remittat, sed magis foras extrahat, vt apud eum legitur libris de facult. simpl. med.

Curatio nonagesima, in qua agitur, de punctura ex piscis spina, in digito oborta.

UVA. BHSC. BU 00033

ANnaPinta, mulier honesta, quę apud anglos diù egit, & vxor illius, qui apud Indos multos egit annos, & multas callet linguas: Pisauri, cum pisces desquamaret, fortè in pisciculum paruum subalbidum, quem Araneum vulgus appellat, incidit: qui in dorso, vt habet alam paruam, ita spina, & aculeo vno vel altero, insignitam, armatámve: quibus pollicem digitum imprudens transfixit, tanto dolore, & sæuitia, vt mortem precaretur. Neruus autem punctus fuit, ob id seca punctura hæc appellabitur: ad quam accedentes nos, illicò per chirurgum scalpello pũcturæ foramen dilatari iussimus, vt si quæ inesset spinæ alicuius portiuncula auelleretur: ac posteà scarificare mandauimus. Aderat autem mulieris huius alia amica, quæ ore suo sanguinem à digito sic scarificato sugebat: quoad nobis satis visum fuit, pro curationis ratione. Cæterùm, punctura, topicum remedium hoc admouere mandauimus. R. Sagapeni, kalbanes, terebenthinæ, ana drachm. mediam: olei rosati cõpleti, vnciam mediam: theriaces drach. vnam: pulueris radicis cannarum, drachm. mediam: misce, fiat vnguentum solidum, & admoueatur: quo intra quatuor dies, sana euasit, nec

sang

UVA. BHSC. BU 00033

sanguinem mittere, per venæ sectionem opus fuit.

SCHOLIA.

Pro salute huius mulieris, in dubium versum fuit: an tunc, hoc est, punctura initio, affligente dolore, & tumescente manu, & brachio, defendens, siue repercutiens aliquod medicamentum, quod frigidum natura esse solet, applicare deberemus: vt humorum fluxus cohiberetur, coërceretúrve. Et demùm, post multa hinc inde adducta, & dicta, concluſum fuit: quòd non iubente sic Galeno, libro sexto de Morbis curãdis, non procul à principio: vbi historiam enarrat iuuenis philosophiæ dediti, in medio articulo manus, punctura habentis, & ita inquit, Nam id quoque, vel in primis semper habendum curæ est: ne quid ex ijs, quæ vulnus contingent, frigidum sit. Quandoquidem ipsa laborans pars, & sensilis maximè est, & principium partium primati continua, & temperamento suo frigida: quorum omnium occasione, & ex facili à frigido offenditur: & suam offensam impertit cerebro: quòd si ex ijs fuerit, quæ in musculos perueniant, etiam conuulsionem facilè accersit, Siquidem monstratum est: musculos voluntarij motus, instrumenta esse, idem fore, & in tendonibus expectabis, ijsdem de causis. Cæterum, cùm memoratum remedium tum vulneri ipsi, iuuenis imposuissem, tum verò partium, quæ supra erat

UVA. BHSC. BU 00033

non parùm eodem complexus fuissem, quæ circa axillas, collum, capútque eius erant: omnia calente oleo assiduè madefici. Hæc Galenus, per quæ nos docet, frigida in nerui punctura fugiamus omnia: quia facilè, exangues nerui cùm sint, & frigidi, ascititia frigiditate, eorum originem, cerebrum, & nucham, refrigerabunt, & conuulsionem creabunt. Proindè, vel punctura in digito stante, oleo sabino calente, vel aliquo simili, ab aselis ad digitum malè affectum, sæpè manus foueri debet: id quod clarius paulò inferius tradit: cùm dicat, ac quæ ad vlceris curationem attinent, hîc quoque sunt eadem. Cæterùm, detrahere largius sanguinem, ac tenui magis quàm in illis vti victu, tum in quiete omnino, ac lectulo molli, hominem continere oportet: tum oleo calenti, vbertim in axillis, collo, tendonibus, ligamentis, & capite, vti: quòd si vulneratus neruus ex ijs sit, qui in crure habentur: sicuti cùm in manu erat, alæ, ita in ijs bubones largo oleo imbuendi, tum per totam spinam, ad collum, & caput ascendendum. Hactenus Galenus, qui paucis citatis ijs, ita rem haberi indicat: vt non opus sit, illius varios nunc adducere locos: vt ex libris de comp. med. S.L. Cæterùm, euphorbium consultò prætermisi, quo in hac curatione, Galeno suadente, tutò vti poteramus: cùm neruus denudatus non apparebat, abnegat autem Galenus, in neruo denudato

VVA. BHSC. BU 00033

dato euphorbium, veluti acria, & irritantia medicamenta. adeò vt Terebinthinam non nisi elotam admittat: sed tunc, vnguentum ex calce elota, summoperè extollit, veluti ex pompholige, non minus & medicamentum diacalchiteos dictum. Quæ omnia remedia, ex libris de compos. medic. S. Genus petenda sunt. Cæterùm, in horum remediorum vsu, & applicatione, hominis temperatura, ac compositio, consideranda est, robustus enim vir, fortia & acria, magis fert medicamenta, quàm imbecillis: item vir potius, quàm fœmina: iuuenis, quàm mollis puer: vt Galenus nos docet. Nos verò in præsenti Galeni methodum legenti præposuisse, prout nostra exposcit Curatio, satis duximus.

Curatio nonagesimaprima, in qua agitur de quodam puero, qui ob esum calcis viuæ, diem suum obiit.

FIlius Hioseppi Chirurgici, annos natus octo, capillos, & parietum cretam assuetus cùm esset comedere, semel in calcem viuam incidit: ex qua cùm abundè comederet, in grauia lapsus est symptomata, intensissimè febricitabat, sitiebat, & multùm bibebat: sed eius sitis nunquam extinguebatur: ad fauces dolebat, & de ventris dolore conquerebatur, non egerebat: nihil appetebat: sed ea, quæ illi

UVA. BHSC. BU 00033

offerebantur, respuebat, & nihil gustabat. Ad hunc tertio die ingressus ipse, præsagio habito, quod hic breui moriturus esset, lac illi copiosum bibendum darent suasi: vel saltem ius aliquod præpinguis carnis: sed & clysteres ex malua, ibisco, semine lini, paratos adiecto butyro, & oleo seminis lini, illi injcerent, mandaui. Cæterùm, cùm is nihil per os admitteret, sexto sequenti die, obijt: agebatur autem nonus dies tunc à morbi initio. Cęterùm de ijs Dioscorides libro sexto, nonnulla memoriæ comendauit: quem per ocium legere ne grauemini.

Curatio nonagesimasecunda, in qua agitur de symptomatis obortis, ob multarũ herbarũ esum in oxyporo.

DAuid Bonus, iuuenis annos natus viginti, habitu gracilis, & temperatura bilioſus: cui sæpè sanguis per nares effluebat multus, herbis valdè in victu oblectabatur. Cæterùm, hic cùm semel plus iusto herbarum in oxyporo victitaret, malè habuit, de dolore capitis conquerebatur: circa os ventriculi, erosiones patiebatur: calorem præter naturalem, per vniuersum corpus, persentiebat: nunq

UVA. BHSC. BU 00033

nunquam ea nocte quieuit: sed eam insomnis exegit: nausea affectus, nunquam vomuit, sed bis vel ter aluus illi commota est. Ad eum igitur diluculo accedens, omnia citata contemplor: quæ ex bile prassina, ab herbis illis plùs iusto ingestis, exorta, originem trahere, certo comperi. Proinde, deinceps iuuenis hic, ab esu herbarum abstineret, suasi: quando ventriculi calor non ita est potens: vt herbarum ita ingentem molem ingestam concoquat: ita enim huic, ex vsu herbarum multarum euenit: quemadmo dùm monacho Recinensi: qui Anconæ agebat, & capparorum ingenti copia vtebatur: vt secunda Centuria dixi. Cæterùm, alijs simile eueniſſe ob fabarum, & eruiliarum, veluti capitum cinare, & pomorum esum, non rarò notauimus: proinde qui sanitatem seruare studuerit, hæc & similia fugiat oportet. At æger hic, de quo sermo agitur, euocato vomitu, & multa ejecta bile prassina, conualuit. Porrò deinceps, herbis cùm abstinuit, rectè valere dixit.

Curatio nonagesimatertia, in qua agitur de optimo quodam remedio, contra dolores & torminain dyssenteria.

UVA. BHSC. BU 00033

QVum puer ille nobilis torminibus, hoc est, doloribus dysenteriam cõsequentibus vexaretur, iussimus hircos mactare, ac eorum omentum (zirbum Arabes, retem vulgus appellant) ita recens calidum supra pueri ventrem extensum admouere: & fascia fasciari: idq; bis, & ter, iterari mandauimus. Quo remedio à doloribus puer liber breui euasit: & cõsequens adplicitis alijs machinatis remedijs, sanus omnino est factus. Cæterùm, topicum remedium hoc securum, & optimum: vt ab hircis parari diximus: ita à veruecibus, & alijs animantibus accipi poterit: vt in curationibus racusinis videre licet.

Curatio nonagesimaquarta, in qua agitur de opera naturæ, artis operibus respondente.

VIr natus annos quinquagintaquinque, facie pallida, & emortua: vt qui singulis diebus per hemorrhoides sanguinis magnam copiam mittebat: febri continua inchoante mense Maio, corripi cœpit. Ad quem cùm inuisum accederemus, eum grauissima febri teneri, iuuenimus. Nam huic pulsus vehemens, magnus, frequens, & celer erat: lotium rubrum,

UVA. BHSC. BU 00033

brum, & crassum: vt hunc sanguinis missione indigere, nemini dubium esset. Diluculo igitur eum cùm semel inuiserem, intra duas horas rediturus: vt me præsente illi venam aperiat chirurgus: ita contigit: vt, vix me ab eo discedente, in tantam sanguinis per nares eruptionem peruenirent: vt cùm post horas illas duas ad eum redirem, opus arte conficiundum, à natura completum inuenerim: ac ea de causa, refectis viribus per biduum, & propinato pharmaco ex rhabarbaro, & syrupo rosaceo solutiuo cum drachma vna vel altera electuarij de dactilis breui sanitati restitutus fuerit. Hinc enim videre licet, quàm vera, & præstans ars medica sit: quamq; saluberrimis, & veridicis remedijs ornata: vt quæ ipsa aggredi deberet, natura per se primò compleat: & quæ natura ipsa exequi debuerat, ars suppleat. Erat autem opus, huic sanguinem mittere: quem intra duas horas extrahendum decreueramus: at natura ex se, sapiens, & prouida, opus agẽdum anteceſſit: & tanto operi inuida, operatrix, & victrix euasit.

Curatio nonagesimaquinta, in qua agitur de Gigante Senogalliæ nato, crura tumefacta ad summum

VVA. BHSC. BV 00033

cum vlceribus habente.

HOmo ingentis magnitudinis, ita vt gigas ab omnibus dicatur, & meritò: quia communis hominis staturam, cubito excederet. Nam eius manus, hoc est, ab initio metacarpij: ad apicem vnguium, dimidium cubitum (dempto digito altero latitudinis) continet: quin, & eius pes, calapodio viginti continente punctos, clauditur, dentes trigintaduos habet, sexdecim pro ordine, & eos quidem ingentes, sed raros, seperatósue: reliquáve ijs citatis, proportionata putato. Nam, vt de viribus dicam, hic salmam tritici Senogalliæ, sexcentas paruas libras continentem ex terra eleuat: & eam suis imponit humeris: eamq; ferens, sine labore incedit. Cæterùm, hic cùm Senogalliæ, vbi fortè natus est, ætatis suæ vigesimo anno, malè haberet, contigit, vt Guidus Vbaldus secundus, Illustrissimus Vrbini Dux quartus: qui, vt est princeps omnium virtutum genere ornatus: ita regnum suum, magna cum iustitia, sustinet: eoq; non rarò per eum transcurrit: vt cuiq; petenti, de iure audiat: & quod vnicuique debetur, tribuat: in Senogalliam veniret: & hominem tam vastæ magnitudinis

UVA. BHSC. BU 00033

tudinis cerneret: & fortè eo tempore malè habentem, Pietate, ac misericordia, ~~peripatetica virtute~~ summa commotus, eum, Pisaurum deferri curauit, vt ibi omnia perneccessaria illi in promptu essent: ab optimisq; medicis curaretur: vlcera nanque, cum pedum ingenti tumefactione, patiebatur, qui vtrum ad sanitatem restitutus fuerit, ignoro: breui nanq; tunc discessimus à Pisauro. Eius nanque curam habebant, Marcus medicus doctus, & Abraamus Aloya Lusitanus Iudæus, Pisauri ex conducto chirurgus, nobis autem satis est hominis gigãtis nostræ tempestatis memoriam feciſſe.

Curatio nonagesimasexta, in qua agitur de destillatione oculorum.

LVdouicus Corradus Mantuanus, vir hac ætate doctus: & qui nobis Philotheum Græcum in Hippocratis aphorismos, Latinum fecit, destillationem ad oculum siniſtrũ patiebatur. Contra quam hoc vsus est remedio, & breui sanus euasit. Tutiam præparatam linteo rarò excipe, & filo liga: & in vino Cretensi austero immerge: & ea sic panno excepta, oculum laua: breui enim, vel intra triduum sanus euasit: bis autem, vel ter, in die iterari debet. *Curatio*

VVA. BHSC. BU 00033

Curatio nonagesimaseptima, in qua agitur de affectionibus quibusdã, & symptomatis euenientibus ab ingenti caliditate iocinoris, & cerebri.

IOannes Victorius, vir nobilis, & confalonerius Pisaurensis, annos natus sexagintaquinque, temperatura biliosus, & boni habitus: varijs symptomatis laborabat, à iocinoris, & capitis intemperie euenientibus. Nam ingentem caliditatem, per vniuersum corpus, persentiebat: veluti sitim inextinguibilem, cum linguæ quadam ariditate, & scissura: ad hæc, destillationem à capite persentiebat: salso quodam cum sapore: sed non tussiebat: sed per interualla quasi syncopi detinebatur: quia eius loquela, intercipiebatur, & nisi staret fortè caderet. Agebatur sextus mensis, ex quo morbo isto vexabatur: quibus, per vniuersum corpus, scabies ipsum detinebat: sed nunc phlegmones varij, eius vniuersa membra, corripuerunt: sunt sanè phlegmones ij, dicti herisipelatoides: quorum materia, si magis exassaretur, in carbunculos, siue carbones, conuerterentur. Sunt igitur considerandа

UVA. BHSC. BU 00033

deranda in hoc corpore, tubercula, vocis interceptio, caliditas accidentalis, vniuersum corpus prehendens: veluti principalium membrorum caliditas: de qua paulò inferiùs. Ad hęc, destillatio salsa, & virtus, morbos, & symptomata hæc ferens: quæ sanè virtus, etiam si in sene, constans tamen, & potens habetur: cùm autem de virtute loquimur, de vitali intelligatis oportet: sed hic optimè concoquit, & optimè digerit, ac distribuit, quæcunque in victu habet: diu autem est, ex quo à destillatione cõqueritur ista: pro qua abigenda, varijs vsus est remedijs, veluti aquis thermarum, à valle sancti Martini. Cæterùm, nos curaturi hominem hunc, sic orsi sumus: & primò statuentes in sene isto, iecur, cor, & cerebrum, membra tria præcipua calida cùm sint, eius vniuersum corpus calidum esse: vt Galenus docuit, libro artis medicinalis. Eius tamen iecur, cùm supra modum calidum sit, sanguinẽ biliosum reddit: & malè morigeratum: vnde ipse sanguis ad vniuersum corpus delatus, caliditatem illam extraneam inducit. Cæterùm, cùm virtus excretrix, siue expultrix, valida, & potens est: quadam veluti crisi, ad exteriora, hoc est, ad cutim materiã hãc trãsmittit: vnde phlegmones

ij oriun

UVA. BHSC. BU 00033

ij oriuntur, quandoque duo, quandoque tres, & plures: quia mala qualitas iocinori impressa, in dies nouam materiam gignit: ex qua alij, & alij ortum habent. Ad caput igitur obrepens humor hic siccus, immistus capitis humiditati, salsus euadit: non minùs, ac lixiuium salsum, ex cinere aquæ misto factum. Cæterùm, quia, per tracheæ arteriæ parietes, humor hic cadit, tussim non facit, sed ea mala qualitate spiritus lancinat, & afficit, adeò vt vox ipsa intercipiatur, & æger ipse lipothymia quadam detineatur. Quanquàm vocis huius interceptionem, euenire ab humore isto, neruos recurrentes, propè asperam arteriam opprimente, non absurdum crediderim: vel, si magis placet, ob portiunculam ad ventriculi os delatam: vnde consortij ratione, cor patitur, & consequens lipothymia illa, cum vocis interceptione, ortum habet. Vt igitur vir hic nobilis, à tam varijs symptomatis liber euadat, sic curationem incepimus: & primò, quia nuper bis sanguinem, per venæ iecorariæ incisionem, abundè extraxerat: & cassiæ ægyptiacæ atramentum, non semel, deuorauerat, & decoctum ex endiuia, lupulis, fœna, fumaria, bugloso, & similibus herbis, paratũ, biberat, commendaui

UVA. BHSC. BU 00033

mendaui: vt ad venas hæmorrhoidales tres iuberet applicare hirudines: quæ sanguinem sugerent, quousque sponte sua caderẽt, ac singulis octo diebus, per easdem, hæc iteraretur vacuatio: interea dũ hæc perdurat curatio. Dein verò, aquam lactis oximellite, à lacte sequestratam, ebiberet: nõ quidem (vt vulgus assuescit) cyathum singulis auroris: sed priscorum more, ad heminas, siue libras tres: &, vt ego propinare soleo: ad quatuor & quinque, modò ventriculus ferat. Eo modo, quo hodie aquæ thermarum bibuntur: per cubiculum deambulantes, euntes, & redeuntes ægrotantes, per interualla, pocula illa lactis aquæ, exhaurientes: sic autem tanta corporis siccitas, & membrorum ariditas humectatur: & refrigeratur. Cùm verò tubercula sana euaserint, iubeo: vt hic, alternis diebus, ex aqua potabili, balneetur tepida, in qua incocta sit malua, maluauiscus, endiuia, & nymphææ flores, & ad iecur epithema ex succo endiuiæ, cichoreæ, lichenis, cum pauco aceto rosaceo admoueatur: ac sæpè innouetur, suadeo. Aut eius vice, vnguento santalino, misto rosaceo, adiecto pauxillo aceto, illinatur. Sed capiti quoque irrigationes fiãt moneo, ex papaueris calcibus, senæ

VVA. BHSC. BV 00033

senæ foliis, rosis, salicis foliis, endiuia, floribus nymphææ, & similibus: in iisq; diu agendis perseueraret, optimo præstante victus ordine ad frigidum, & humidum inclinante, non nisi optimum generante succum vino huic interdicere satius erat: quia aqua contentus euadebat: si eo tamen vtebatur, eo quidem oligophoro, paucifero, & optimo: iis autem, & paucis aliis: quæ referre non vacat, bonus hic vir sanus intra mensem euasit.

Curatio nonagesimaoctaua, in qua agitur de puero, qui, ob esum cicutæ, diem suum obijt.

FIlius Mercatoris Pisaurensis, annos natus vndecim, cùm extra vrbem, cicutæ summitates, ieiuno stomacho, comederet: & ad torridum solem illicò dormiret, breui mortuus fuit. Nam cùm à somno expergisceretur, non videbat: nec mente constabat. Ad domum igitur portatus, breui diem suum obijt. Pisauri hæc euenêre, in calce mensis Maij 1556.

SCHOLIA.

Hæc scribenti, mihi in mentem venit Socrates diuinus ille: qui à maleficis hostibus improbè accusatus: succi cicutæ potu interemptus est: acceler

UVA. BHSC. BU 00033

celerante carnifice, motum: vt apertis meatibus, & corporis viis, frigiditas celerius cor peteret, & interficeret. Cæterùm in Italia cicutam venenosam reperiri, quemadmodum apud Græcos, ex pueri huius successu, satis constat. At, vt puer hic mortem euaderet, meracioris vini copiosi potu, opus habebat, vt Galenus suadet, & Plinius non siluit.

Curatio nonagesimanona, in qua agitur de scirrho ingenti in ore nato, & à multis pro cancro habito.

CRedo, qui ad diui Dominici Cœnobium habitat, scirrhum prædurum, sed non omnino doloris expertem, in ore habet, qui ex maxilla sinistra superiori ad palatũ, ab hinc duos annos ortũ traxerat: & ita ingentem magnitudinem occupauerat, vt ex dente inferiori, illi respondente ex directo, ita fortiter comprimeretur, vt Medici consilio, dentem illum, album, solidum, & apprimè fixum extrahere curaret. Cæterùm, hic ad manus duodecim Medicorum, pro salute sua (vt aiebat) iam conuenerat: quorum nonnulli affirmabant morbum huius generis esse, vt eo scisso, aut perforato, illicó vitam cum morte commutaturus esset æger: fortè putantes cerebri medullam

UVA. BHSC. BU 00033

ad eam partem descendisse, & similem, hunc esse casum illi, de quo prima nostra Centuria harum medicinalium curationum, diximus: præcipuè de puero corniculum in capite habente. Alij autem morbum hunc cancrum esse prædicabant. Reliqui verò, morbum nunquam anteà ab eis visum, ac ea de causa, nolle illius aggredi curationem, nec de eo periculum facere affirmabant. Ad hunc igitur aduocatus ipse, tumorem prædurum, solidum, decliuiori tamen in parte, aliquantulum mollem, animaduerto: qua de re, purgato ex leui pharmaco, corpore, in mentem venit, quòd tumor hic prædurus cùm sit, & locus minimè idoneus, vt emolliētibus medicamentis, & aliis ad curationem facientibus, vti liberè possimus, candente vti ferramento, summum in hoc casu esse remedium, duximus. Eo enim humorem illum frigidum, saxi duritiem præ se ferentem, caliditate ignea emolliri: & ea ipsum ad optimam viam excerni, credibile erat. Proinde, ore adaperto, instrumento vulgari, ad id adaptato, tumorem hunc ignito ferramento perforo: ex quo aquositas nulla tunc, sed posteà, sanguis ac aqua dilutus exiuit: tunc tumor minor factus est, colore rubicundus, tactu mollis,

UVA. BHSC. BU 00033

lis, & mitis: qui eo tempore, vnguento à pinguedinibus variis parato, colluebatur. Cæterùm, elapsis duobus diebus, hic febri pertentari cœpit, & de capitis dolore conqueri: sed sequenti die meliùs habuit, vlcus tamen ex se, putorẽ quendam emittere cœpit, vt æger ipse de eo conqueretur. Cæterùm, vlcere sæpe colluto, ex decocto parato, rosis, & orobo meliùs habuit: vt omnibus iam spes esset, hunc ad sanitatem peruenturum: scmituberculi autem quantitas absumpta erat. Demùm, vt multa paucis contraham, hic posteà ter exustus fuit, & ad radices tuberculum extirpatum videbatur: pro cuius seminariis eradicandis, oleo vitriolço vti opus erat: sed interea Ragusium tunc, dimisso Pisauro, me contuli.

Curatio centesima, in qua agitur de vlceribus renibus præfixis, maximo cum vrinæ ardore.

ILlustris Comes Iulius, à Monte veteri, vir insignis, & alto loco natus, vlcerib⁹ renibus præfixis, & cõfirmatis laborabat, vt ex eius lotio sabuloso, & terreo deprehendebatur, simul dũ meiebat, magnũ ardorẽ incendiumve in virga persentiebat.

UVA. BHSC. BU 00033

Sed hic prætereire non est, dubium singulare, cur est, quòd ij qui renum, & vesicæ vitia patiuntur, cùm meiunt, ardorẽ tantùm in virgæ seu glandis apice, supremáve parte, sentiunt, percipiúntve. An fortè, quia neruus à renibus per vesicam delatus, in virgæ apice, pauca cõtectus carne, apparet, & ferè discoopertus, ab iis qui corporis fabricam contemplantur, cernitur: vnde eo in loco sensus, quàm cæteris in locis vrinæ, clariùs percipitur. Cæterùm, ad illustrem virum hunc vocatus, præsagio habito, quòd breui moriturus sit, cùm annos sit natus quinq; supra sexaginta: ex quo morbo, sene diuino præsente, maiores natu non euadunt, illius curã habere nolui. Etiam si multa & magna nobis pollicebantur: quando certò sciebam eius renibus vlcera complantata, & confirmata ita esse, vt æstuante tempore, hunc è vita decessurum dicerem. Quod ita euenisse nunc cùm hęc Raguſij cõmentamur, audimus. Cæterùm, habebat illustris hic vir, etiã rectè valens, pulsum dicrotum, id est, bis ferientem: qui & facultatis vitalis robur, & arteriæ tensionẽ præ se ferebat, vt Galenus non rarò libris illis septendecim de pulsibus memoriæ cõmendauit, quem pulsum quoque olim

Anto

UVA. BHSC. BU 00033

Antonius Nebrissensis, si rectè recolo, habebat, is est Antonius Nebrissensis in poliuoribus literis (vt paucis plurima cõprehendam) Hispanus Varro. Sed cum hæc scribo, subit mihi doctissimi, & innocentissimi senis fortunas miserarijs enim in Gymnasio Salmanticensi, à Castillio adolescente, & eius discipulo, publicis suffragiis victus est, & quod magis mirũ sit, cùm vterque grammatices rudimẽta: quæ quidem ipse Antonius cõposuerat, de superiori loco interpretaretur, prẽmiũ erat, annuum trecentorum aureorum stipendium, prẽter honorem, qui à magnis viris multò pluris æstimatur. Cessit ergo vir doctissimus, à parum docto victus: illud Africani superioris subinde repetẽs, ingrata patria, ne ossa quidem mea habebis. Hæc scripsi, vt intelligãt lectores, fortem fortunam in omnibus, & per omnia dominari, parúmque literas, & eruditionem valere, nisi propitia adsit Rhamnusia. Et hic finis esto, quintæ huic, Curationum nostrarum Centuriæ, quam Pisauri absoluimus: sub id tempus, quo Ferdinandus Albæ regulus, Teatino Pontifici Romano infensus, Philippi Regis auspiciis, bellum Romanis inferre parabat.

FINIS.

VVA. BHSC. BV 00033

AMATI LVSITANI, MEDICI PRÆstantissimi, curationum medicinalium suarum,

CENTVRIA SEXTA.

Amati introitus ad curationes Ragusinas, in quo introducuntur, Ioannes Gradius, Simon Benesius, Paschalis Ceruinius, nobiles Ragusai.

GRADIVS.

AVT parum prospiciunt oculi mei, aut Amatum Lusitanũ Medicum video. BENESIVS. Imò nihil te fallũt oculi tui, vt qui Amatum vtriusq; nostri amicum communẽ, vides. GRAD. Salue, ô Amate, te saluum aduenire gaudemus: imò gratulamur & tibi, & nobis; sed isthec missa faciamus, & ad quendam

ex

UVA. BHSC. BU 00033

ex nostratibus patritium inuisendum accedamus. BEN. Orsatum Gondulanum forte? GRAD. Ipsissimum, & quem Medici deploratum reliquerunt. BEN. Et ego vicissim te rogo, eum videre digneris Amate. AMATVS. Accedamus bonis auibus, quoniam nihil est mihi gratius, aut cordi fixius, quàm vobis inseruire. CERVINIVS. Hæc domus est, ingrediamur. AMATVS. Quem igitur morbum patitur hic ægrotus? CER. Febrem continuam maximo cum delirio. AMATVS. Ex relatis, & symptomatis, ac morbo ipso, & eius tempore, ac anni tempore, & constitutione (viget namque æstas) iudico iuuenem hunc temperaturam sanguineum: febri sinocha laborare: qui, breui etiam si malè habere videtur, ab hoc liberabitur morbo. Nam præter cætera, eius pulsus id mihi iam testantur: & delirium hoc effugiet illicò, si modò frontis hanc venam secueritis, & inde sanguinis vncias quatuor emiseritis: aut si hanc sanguinis emissionem timueritis, cucurbitulas scapulis, secta cute, affixeritis: in reliquis verò, prout vobis imperauit primus Medicus, state: & si quid euenerit, me certiorem facite: valete. CER. Salue Amate. AMATVS. Et tu

UVA. BHSC. BU 00033

quoque saluus sis. CER. Ægrotus noster iubet te saluere: cui, iuxta quod imperasti, sanguis missus est: & nunc respicere, & mente constare incipit, vt præsagium tuum verum esse omnes iam testari audeant: nam & meliusculè gustat, & omnia prospera & felicia ægrotanti nostro euenire videntur. AMA. Eum rectè valiturum breui, exactè noui. Sed nunc cùm exactè ciuitatem hanc vestram Ragusæam, contemplatam & consideratam habeam, ad eam describendam me diuertam. Quod, vt primum, ita optimum officium Medici prudentis, & rationalis esse, testatur senex diuinus.

RAGVSII CIVITATIS BREUIS descriptio, per *Amatum Lusitanum*.

Ragusium, vrbs parua, sed antiqua, & Venetiarum simia, ad mare Illyricum inter rupes sedet, & meridiem spectat: & propterea australibus vētis est obnoxia, in qua hyemē homines grauiùs & frequentiùs morbis vexantur. Vina potentia, sed insalubria fert: fructus paucos, triticum, vt quæ campis careat, nullum, republica gubernatur, admissis tantùm nobilibus: qui & politici sunt homines, & diuites satis,

UVA. BHSC. BU 00033

satis, ac sobrij. Præter nobiles, populus numerosus est: cuius pars altera, mercatores sunt, homines ciuiles satis, merces vt nobiles, per plures orbis partes, ingentibus, ac miris suis nauibus exercentes: reliqua pars populi misera est, & pauperie afficitur.

Curatio prima, in qua agitur, de herpete, à thoracis alta parte, ad testes vsque fœdante.

HIeronymus Bucignolius Patritius Ragusæus, temperatura bilios us exustus, annos natus sexaginta duos: casu crus cùm luxaret, victu exiccante, calfacientéque longo vsus est tempore. Vnde cacochymia orta, & humores subtiliati, ac supra modum calfacti, corpus infestarunt: quos natura, tanquam crisi quadam, extra ad partes cutaneas transmisit. Quo factum est, vt Herpetem à thoracis alta parte, ad testiculos vsque fœdantem creauerint, vt sæpe fieri solet, & Galenus libro tertio de Temperamentis memoriæ commendauit, cùm dicat magna ex parte, Cutis, quoniam in hanc, excrementa quæ in habitu corporis colliguntur, natura expellit, multis, & assiduis vlceribus afficitur: quippe, cancri, pha-

UVA. BHSC. BU 00033

gedenæ, herpates erodentes, carbunculi, & quæ chyronia & telephia vocantur, milléque aliæ vlcerum generationes, ab huiusmodi cacochymia nascuntur. Cæterùm, hæc affectio cutem, rubore ingenti relicto, corrodebat: vnde sæpe cutis ipsa decidebat: denuò alia, & alia ad casum parata: sed quod grauius erat, ita ingentem per interualla lancinationem secum ferebat: vt nobilis vir hic, vix eam ferre posset. Ad eum igitur accersitus, hominis temperaturam, ac eius habitum coniecto: dein exedentem ruborem hunc ingentem considero, qui vniuersum thoracem, ventrémque ad pudenda vsque, magna cum brachiorum, & crurium parte cõprehendit. Corroditur autem hac in affectione cutis suprema pars, quæ exsiccata decidit, & denuò alia magis squammosa, quàm furfurosa oritur, & quæ & ipsa exsiccata cadit: sub ea tamen (vt æger ipse mihi referebat) aliquãdo ichores asseruabãtur. Est autem morbus hic, Herpes à bile flaua syncera, nullo alio humore admista excreta, ortum habens (vt Centuria secunda harum medicearum curationum, fusè diximus) aliquando tamen ichores subtus continebantur, ob alicuius aquosæ humiditatis

cum

VVA. BHSC. BU 00033

cum bile miſcellaneam, vt ſæpè fit, & herpeti miliari quoque euenit. Nos tamen interea, dū in hac fuimus curatione, nunquam ichores hos vidimus: proinde omnibus prę neceſſarijs in ordinem digeſtis: curationem ſic aggreſſi ſumus. Et primò pharmacum hoc lene illi tribuētes, quod habet. R. Tamarindorum vnciam mediam: hordei excorticati, vnciam vnam: florum cordialium drach. mediam: ſeminis melonis mundi drac. duas: in libra vna aquæ fiat decoctio ſecundum artem: & coletur. R. Prædicti decocti, vncias quinq;: floris caſſię fiſtularis drac. decem: miſce fiat potus, adiecta vnciola vna ſyrupi roſacei ſolutiui: quem ieiuno ſtomacho, ante prandium duas horas, ebibit: & eo aluus optimè reſpondit. Cæterùm, altero interiecto die, locus rubore affectus, ſic inungi cœpit. R. Succi plantaginis, ſemperuiui, ſolani, ana libram mediam: aceti roſati: vncias duas: olei roſati vnciam vnam, & alterius mediam: lithargyrij, ceruſæ, ana vnciam vnam: in mortario plumbeo omnia tractentur: quibus adde, oua integra, demptis putaminibus, numero duo: miſce, & fiat linimentum, quo vniuerſus ille locus rubore affectus inungatur: & deſuper pannus

lineus

UVA. BHSC. BU 00033

lineus imbutus ijs succis admoueatur: sic habent succi. R. Succi solani, semperuiui, plantaginis, ana libram vnam, aceti rosati, vncias duas: misce. Porrò cùm hæc parari cœperunt, illico decoctum hoc paratum fuit. R. Endiuiæ, borraginis, lupulorum, ana pug. vnum: hordei mũdi, vncias duas: florum cordialium drachm. vnam: prunorum pinguium num. x. polypodij quercini recentis, & contusi, vnciam vnã: sennæ vnciam mediam: tamarindorum vnciam vnam: passarum de Corinthio, vnciã vnã: libris sex aquæ, fiat decoctio: quousque maneant libræ quatuor: & coletur.

R. Prædicti decocti vncias quinq;: syrupi de succo cichoreæ vnciã vnam: violati vnciam mediam, misce, fiat syrupus: quem in aurora bibebat: & eo aluum lubricam habebat. Cæterùm, prædicto vnguento, quod loco affecto admouebatur: post elapsos priores dies addidimus, antimonij, vnciam vnam & alterius mediam: mercurij extincti succo limonis vnciam vnã: & in mortario plumbeo, vt prius rectè tractabatur: & eo inunctio fiebat: bis scilicet, in die, manè, & serò, & aliquandò ter, super addito lineo panno succis prædictis imbuto. Cæterùm, elapsis nonnullis diebus, ab applicatione huius vnguẽti:

æger

UVA. BHSC. BU 00033

æger aurora quadam rigore affici cœpit: febrim tamen non habuit: imò tunc expuere cœpit: adeò vt ex ore multa mucosa, & viscosa ad quatuordecim dies emiserit, mercurio nanque opus hoc ttibuendum nostis. Porrò, ab sputo, duos dies, in hominis ore vlcuscula floruerunt: ob quæ valde angustiari cœpit: continuus autem sputator, & sitiens erat, & nihil comedebat: nec noctu dormiebat. Quæ omnia laboriosa noscens, homini præsertim seni, temperatura sicco: & in marasmum, ac extremam siccitatem, labi prono: illico ex pullo contusum, vt biberet parandum curaui: veluti ex aqua dulci, balneum, quo vniuersum eius corpus, dempto capite, irrigabatur: & eo multum oblectabatur: septies verò vel octies, balneum per totidem dies iteratum fuit. Quin, & gargarismus vnus vel alter, conficiebatur: quandoque ex aqua hordei, adiecto pauco syrupo rosaceo de rosis siccis: quandoque melle rosaceo colato: quandóque apparabatur ex summachio, balaustio, plantagine, rosis, hordeo: omnibus aqua incoctis: adiunctis alumine, & rosaceo melle colato: & similibus ad rem facientibus: quibus scopum intra dies quatuordecim consecuti

VVA. BHSC. BV 00033

cuti ſumus. Scire tamen decet, quòd cùm ſputum apparere cœpit: illico ab applicatione vnguenti deſtitimus: veluti à propinatione ſyrupi, verum vnguenti prædicti loco, album camphoratum receptum fuit: quo locus illinebatur: & lineus pannus imbutus ſuccis citatis ſuperponebatur: ſed ſyrupi vice, ſaccharum roſaceum vtcunque diglutiebat: hordeacea ſupra bibita. Ijs enim citatis, quibus (vt audiſtis) multam tam ſupra, quàm infra excreta ſunt: truculentus morbus hic extinctus fuit: & æger intra menſem, ex toto ſanus euaſit, vir proculdubio, bonus & liberalis. multa ej tribuit

Curatio ſecunda, in qua agitur, de dyſenterico puero, topico quodam remedio curato.

PVellus ſex, vel octo tantũ natus menſes, & filius Benedicti Gondulæ iunioris, patritij Raguſæi: quum dyſenteria laboraret: & multa viridia, lutea, & aliorum colorum egereret: & anxiè ferret, ac doloribus cruciaretur: ita vt lac ſugere non valeret: in dubia ſpe erat. Ad eum itaque vocatus, adductum veruecem, intra cubiculum, vbi puer erat, mactari iuſſi, ac diligenter exenterari: à quo calens

UVA. BHSC. BU 00033

calens omẽtum (zirbum Arabes vocant) sic extractum, supra ventrem pueri extendum curaui: & fascia fasciari: hoc enim topico remedio, intra tres horas, puer melius habuit, egestiones enim, minui cæperunt: & dolores ex toto leuati sunt. Iussimus tamen, vt nutrix pullo gallinaceo, calybeata aqua incocto, adiecta oriza vesceretur: & vini vice, calybeatam pluuialem aquam biberet: ac à coitu abstineret: & cornu rubro fructu, tunc maximè abundante, pro cibo vteretur, iussi. Cæterùm, post elapsas quatuor horas: & è pueri ventre leuato omento veruecino: eum vnguento (è comitissa dicto) inungi iussimus: & aquam, ex pullo, per campanam destillatitiam: adiectis coralio, margaritis præparatis: ac cotoneorum frustulis, simul mistis: per os illi injciendam curaui. Ijs enim, sequenti nocte puer benè habuit, & quieuit, ac dormiuit, & lac suxit: nec amplius torminibus tentatus fuit.

SCHOLIA.

Omentum supra ventrẽ extendi, & sæpe iterari, optimum, esse scire vos velim: plures igitur veruecces, aut arietes, aut hircos macta re, &

confes-

VVA. BHSC. BU 00033

confestim exenterare iubete: est enim remedium hoc singulare.

Curatio tertia, in qua agitur, de morbo sæuo, & crudeli, in quo ægrotãs trecentos egessit iustæ magnitudinis vermes.

MArcus annos vndecim natus, filius Hieronymi Basilij, patritij Ragusæi, præfecti, insulæ mediæ: in qua cùm forte puer licentiosè vagaretur: & fructuum atque esu piscium copiosiori, vteretur: in febrem lapsus est ingentem: vnde illico Ragusium delatus est. Ad eum inuisendum sum vocatus, sex à morbi initio, elapsis diebus: quibus, vt ab assistentibus acceperamus, nihil quicquam gustauerat: atque inde eum ita imbecillem, & viribus prostratum inueni: vt ea ipsum nocte mori: ni obuiam tanto malo iremus, certum esset. Pulsus non apparebant: sed foris frigidus, & algidus totus puer ipse erat: ad hæc, circa guttur laqueum habere, & veluti eo strangulari inculcauerat, cubili prostratus cùm iaceret, non quiescebat: sed furibundè huc, illuc mouebatur. Quæ omnia non aliunde venire quàm à vermiũ multitudine, puerum infestantium, mihi fides erat:

UVA. BHSC. BU 00033

erat: proinde breui, clysterium sequens paratum, injiciendum curaui: quo duodecim illico egessit vermes tam crassos, & ingentis magnitudinis, vt puer illico melius habere dixerit, habet autem clyster sic. R. Coralinæ, portulacæ, graminis, ana pugillum vnum: betæ, maluæ, mercurialis, ana pug. medium: coriandrorum præparatorum, vnciam mediam: seminis sancti, drach. duas, in libris duabus aquæ fiat decoctio sufficiens: & coletur. R. Prædicti decocti, vncias quindecim: olei rosati, vncias duas: cassiæ extractæ drachm. sex: hieræ picræ drach. duas: mellis violacei, vnciam vnam: salis drachm. vnam: misce, fiat clyster: quo (vt dixi) duodecim egessit vermes: crassos, & longos satis: & tunc meliusculè habere visus est. At, vt vires robore afficerentur, ex pullo aquam destillatitiam parare in hunc modum iussi. R. Carnis pulli Gallinacei, vncias duodecim: coralij præparati, margaritarum præparatarum. ana scrupulos duos: seminis sanctonici drachm. vnam: seminis limonis drachm. mediam: misce, & in balneo mariæ fiat destillatio: ex qua destillatitia aqua nonnihil deglutire, ac ebibere cœpit. Id quod assistentibus mirum visum fuit: quando

UVA. BHSC. BU 00033

per se illos priores dies nihil quicquam deglutiuerat: sequenti verò die, chysterem similem iterari iussi: quo tantam vermium proluuiem egessit: vt omnibus admirationi esset: sed tunc meliusculè gustabat, & ad oblata melius habebat. Pulli autem contusum bibebat, immò ex ipso pullo, & ficedulis nonnihil pitissabat: semper puluisculo coralij præparati superaddito: pro potu verò, aquam coriandro incoctam vino granatorum mistam habebat. Cæterũ, in aurora, ieiuno stomacho, syrupum hunc bibebat. R. Seminis acetosæ, portulacæ, sanctonici, an. drac. duas: coralinæ drac. tres: seminis citri, limonis, coriandri præparati, an. drach. vnam: herbæ acetosæ, scordij, portulacæ, graminis, pimpinelæ, an. pugillum medium: in libra vna, & alterius medio aquæ, fiat decoctio, quousq; maneat libra vna: & coletur. R. Prædicti decocti, vnc. quatuor: oxisaccharæ simpl. vnciam vnam: misce, fiat syrupus, quem, vt dixi, ieiuno stomacho bibebat: sed interdiu, ex electuario sequenti miris prædito viribus, pro detrudendis vermibus, lingebat. R. Seminis sanctonici (sancti, vel alexandrini dicti) vnciam vnam: contundatur: & per duas horas in aceto acerrimo macereturr: ac-

poste-

UVA. BHSC. BU 00033

posteà coletur: & semen melle discocto excipiatur: & fiat conditum, electuarium primas contra vermes habens, dignum, vt appelletur, paratu enim, vt est facile, ita viribus, & facultatibus mirum. Hoc enim per interualla adhibitum gustabat, & si placebat: ex prædicta aqua vino granatorũ mista superbibebat: ijs enim puer hic, intra decem dies, quod mirum: sed verum dixerim, trecentos egessit vermes, & eorum plures, crassos, & ingentes, ac viuos omneis, stercori liquido, & putido mistos. Cæterùm, cùm intra decem dies, à vermibus corpusculum hoc liberum esset, & iam omnino rectè valere videretur, adeò vt sequenti aurora parum rhabarbari, & agarici dare deliberarem, vt postea incolumis insulam mediam se reciperet, in qua pater, vt dixi, Gubernatoris officio fungebatur: Ecce, noctis initio, puer rigore affici cæpit, quem postea subsequuta fuit febris, ad octo horas postea sudore terminata, sequenti nocte, eadem hora, similiter correptus fuit, minori tamen paroxismo, tunc verò, pharmacum ex rhabarbaro & agarito, prædicto à nobis decocto, exceptis, propinauimus, quo multa, lutum referentia subnigra,

UVA. BHSC. BU 00033

pauca liquida, citrina, nullo conspecto verme, egessit, & optimo appetitu, atque auidè tunc comedit, sequenti nocte, paroxismus exiguo frigore puerum corripuit, sed febris vt antea erat, in qua madores à pectore ad caput vsq; apparebãt, demum febris hæc pituitosa, quotidiana, deocultata est, nocturna tamen, quæ vt Hippocrati in Epidimijs placet, lethalis, & mortifera est, huic calor humentior erat quadam cum acrimonia, quam non protinus admota manu, sed permanente, sentiebamus, copioso nanque vapore obruta acrimonia, quam putris fumus parit, non ita primo occursu percipitur, huic pulsus parui admodum erant, & tardi, vrina tenuis, subrubra, sitis nulla, sicuti nec symptoma aliquod puerum affligens, præter frigus nocturnum paruum admodum, accessionem indicans, à qua, decẽ & octo horas puer febri correptus, ferè semper dormiens, quietus manebat, nec nisi appellatus quicquam loquebatur, sex verò alijs horis non ex toto à febre mundus, meliusculè haberi videbatur, tunc nanque loquebatur, & aliquid gustabat, sed vires in dies magis & magis languebant, & corpus exolui videbatur, & morbus crescebat, omnibus

conatib

UVA. BHSC. BU 00033

conatibus, nobis resistentibus. At, quum morbus natura sua lethalis esset, puerum ad interitum traxit, obijt autem nono die Augusti, non sine parentum ingenti dolore, nam vnigenitus illis erat, credere enim est, tantam vermium colluuiem, puerum exuccum reliquisse, cœpit ægrotare puer sic duodecimo die Iulij, & decimooctauo sequenti, ad eum inuisendum peruenimus. Porrò, vigesimooctauo, cum à vermibus liber & sanus videretur, febri corripi cœpit, & in dies deteriùs habuit, tandem obijt nono die Augusti, hoc est vndecimo die à febre corripiente, ab initio verò morbi, vigesimoseptimo.

Curatio quarta, in qua agitur, de sanguine ex pectore reiecto, & suc co vrticæ cohibito.

QVi sanguinem ex pectore reiectarunt, & à medicis tanquam deplorati sunt habiti, solo vrticæ succo ebibito, conualuerunt, post multa autem machinata remedia, nullum remedium ita contulit, vt sanguis hic cohiberetur ac succus vrticæ, quem ad quinque, vel sex dies ebiberunt, singulis nanque diebus, singulas quatuor vncias ieiuno stomacho

UVA. BHSC. BU 00033

bibebant, imò & ipsam vrticam incoctam iure pulli, aut veruecis sæpe comedebant, ex ijs alter, prædicti Bucignolæ nepos erat, alter verò Ragusæus patritius quoq;.

SCHOLIA.

Vrticam hoc munus conficere posse, difficile creditu est, Dioscorides tamen, de ea ita inquit, vrticæ folia profluuia narium cum succo sistut, trita imposita, & vltimo, vrticæ succus, vuam gargarizatus reprimit, inquit.

Curatio quinta, in qua agitur de puero loquente, qui postea ob morbum sæuum superuenientem, mutus factus est.

NIcolaus, filius Blasij Darsæ, viri spectabilis Ragusæi, puer annos natus quinque, temperatura humidus, hic ætate cùm esset annorum duorum, rectè prout illa ferebat ætas loquebatur. Cæterùm, cùm illi febris ingens superueniret, & à medicis deploratus relinqueretur, mulierculæ dissectos, & exenteratos catulos, inter cætera parabilia remedia, capiti admouerunt, vnde fortè fortuna, à tam rabida, & mordaci febre, intra octo dies, liber puer, in fœuiorem morbum labitur, eius nanque crura

ac

UVA. BHSC. BU 00033

ac brachia paralysi sunt affecta, sed præcipuè lateris sinistri, ad hæc, quum puer anteà loqueretur & rectè audiret, loqui & audire desijt, vt muti nomen mereatur, cœpit autem febris, quinto decimo die, mensis Iulij, quæ vt dixi, octo tantùm dies viguit, sed paralysis per totam hyemem, ad Aprilem vsque duranit, adeò vt Maij mense sequenti, iam liber ex toto à paralysi puer, nihil tamen audiat, nec loquatur, credere autem est, puer temperatura humidus cùm sit, caput quoque humidum & excrementitia materia refertum cùm habeat, febri, & catulorum calore, capiti admotorum, ipsam in ipso capite cliquari & fundi materiam, vnde ad neruorum origines fusa, & delata pituita hæc crassa, obstructionem procliui & prono in corpore, genuit, facta autem obstructione, ac impedito spirituum transitu, per neruorum origines, per quos patet transitus motrici facultati ad musculos, paralysis siue membrorum resolutio orta est. Cæterum, quia non modò nerui, qui motui præsunt, obstructi fuere, ab ea crassa & frigida materia, sed ij qui auditui & loquelæ inseruiunt, & forte reuersui, factum est, vt puer non surdaster, sed surdus & absque loquela euaserit, grauis

UVA. BHSC. BU 00033

autem morbus hic est, curabilis tamen, vt qui neruorum obstructio sit. Nam vt ea quæ impediebat crurum & brachiorũ motum obstructio, ex toto ab hinc biennium leuata est, ita sperandum quoque, vt hæc ex qua surditas, & loquendi impedimẽtum ortum habent, ad aliquod tempus extirpetur, hac enim fulciti spe, puerum hunc curare aggressi sumus, & eo magis, quia in hac ætatevis caloris natiui magna est, & facultates naturales quarum ope præsertim id genus morbi curatur, maximé validæ sint, quo fit, vt pueri si benè, & rectè gubernentur, longè maiores difficultates superare soleant. primo igitur in vniuersum, eam constituimus victum rationem, quæ attenuandi vim habeat, à natura enim morbi, vt nostis petenda est remediorum ratio, morbus autem is (vt diximus) cum à crassis lentisq; humoribus sit excitatus exiccantia iuuãt. Oportet tamen non admodùm siccitate excellant, cùm à puerili ętate indicatione sumpta, valde exiccantia pueris non parum aduersentur. Cæterùm, cum Ragusium in meridiem vergat, & ideo australibus ventis, qui insigniter caput replent, sit exposita, consonum fuit, vigente ætate, vt quæ non ita huiuscemodi ventis sit

obno

UVA. BHSC. BU 00033

obnoxia, curationem aggredi, permittentes, vt puer modestè exerceatur, etiam pulchro, ac sereno die, extra domum, non tamen illico post sumptum cibum, ne & cibi coctio impediretur eo motu, & ita caput repleretur, in somno quoque, vt qui pueris admodum familiaris est, plus illi indulgendum, quàm in cæteris, putauimus, modestè tamen, vtilior enim ad has discutiendas materias, & eas absumendas vigilia est, quàm somnus, præsertim tamen cauere est, ne statim ab accepto cibo dormiat, maximè verò meridie, euitetur tumor, & mœstitia, quod si aliquando subirascatur, non erit à nostro instituto alienum, curauimus tamen consuetas excretiones de more haberet, in cibisque fugeret ea quæ humectant, & refrigerant, veluti, quæ caput humore replent, vt fructus, & olera, quantum per hanc ætatem fieri potuit, item & lacticinia, & pisces, præcipuè recentes, salitos nanque lubentius in hoc casu admitterem, parua tamen quantitate, legumina quoque omnia improba sunt, cicerum iure excepto, pro oxiporo, ac acetario, cappares oximellite paratos, concedimus, abnegato tamen omni genere humidarum carnium, vt sunt, agni, suis, ver-

UVA. BHSC. BU 00033

uecis, castrati, imò & caponum saginato-
rum, quæ verò rationem victus attenuan
tis conficiunt, sunt, pullorum gallinacco-
rum, palumborum, hædorum, leporis iu-
nioris, auium syluestrium, vt perdicum,
turdorum, phasianorum, auicularum ne-
moralium, vt ficedularum, & similium,
quæ assæ magis, quàm aqua coctæ per-
mittebantur, vt saluia, menta, maiorana,
rore marino, petroselino, cerefolio, ser-
pillo, & similibus, adiecto cinnamomo,
pipere, & aromatis similibus; oua recen-
tia, vt boni succi admittuntur. Vinum in
totum abnegatum est, quia vinum, mul-
tum pueris obest, & caput fumis replet,
eius ergo vice vtebatur aqua incocta sal-
uia, aut cinnamomo, aut betonica, aut
pipere. Iis igitur in ordinem habitis, quo-
niam morbum difficilem curatu, & eum
non nisi assiduo & longo medicamento-
rum vsu curari & absolui prædixeramus,
iuxta carmen prouerbiale, *Assiduo illisus,*
durum cauat vndula saxum. Iis medica-
mentis vti cœpimus, quæ ad morbum fa-
ciunt, puerilis ætatis ratione habita, & ita
initium habent. R. betonicæ manipu-
lum vnum, florum roris marini pugillum
medium, seminis anisorum drach. duas,
libra vna aquæ fiat decoctio ad tertias, &

colet

UVA. BHSC. BU 00033

coletur. Recip. prædicti decocti, vncias tres, oximellitis, syrupi de betonica, ana vnciam mediã, misce, fiat syrupus, quem auidè in aurora, ieiuno stomacho, puer bibebat, sed ebibitis nõnullis syrupis, catapotia hæc rectè deglutiuit. Rec. Agarici nouiter præparati scryptulos duos, diagridij, granum vnum, misce. f.p. tres, quas inauratas, quando ibat dormitum deuorauit, & eis aluus optimè respondit, tunc verò, sequentibus diebus, conditum hoc in aurora comedebat. Rec. conditi de betonica, de floribus rorismarini, de saluia, ana drachmam vnam & mediam, cum syrupo de corticibus citri, fiat mistura, quandoque verò ex omnibus, vnciam integram deuorabat, porrò, tribus postea horis, irrigatione, siue embroca, pueri caput irrigabatur, quæ ita habet.

Rec. betonicæ, maioranæ, saluiæ, stæcados, ana pugillum vnum, origani, pudegij, foliorum lauri, ana pugillum medium, in libris quindecim lixiuij communis barbitonsorum, fiat coctio sufficiens, quousque maneant libræ decem, & coletur, ex qua calida, irrigatio super caput, ad sinciput præcipuè fiat. At, ab irrigatione exiccatum caput, hoc illinebatur vnguento.

Rec.

VVA. BHSC. BV 00033

Rec. olei camomillini, anethini, laurini, ana vnciam vnam, ceræ parum ad ignem misce, fiat linimentum, siue vnguentum molle, quo caput, antea à capillis denudatum illinatur, sed per aures hoc infundebatur oleum.

Recip. olei amygdalarum amararum, vncias duas, vini optimi albi, vncias duas & alterius mediam, maioranæ pugillum medium, ellebori nigri, scryptulum medium, misce, & ad ignem fiat decoctio vsque ad vini consumptionem: & fiat expressio, & colatura, cui adde, moschi grana duo, misce, & vtere, ac per aures ex eo parum infunde, quod moscato gossapio, occludebatur, item, succum hunc per nares attrahebat.

Rec. succi maioranæ, betæ, ana vncias tres, radicis pyretri, drachmas duas, ellebori nigri, scryptulum medium, misce, & ad ignem fiat decoctio, & succi purificatio, siue defæcatio, & coletur, cui adde, Ambari grisij, grana duo, moschi, grana totidem, misce, & vtere, ijs enim, etiam repetitis, ad quinquaginta dies vsus est, nullo tamen consecuto iuuamento, oportet autem curationem hanc in longius protrahi tempus. Cæterùm, cum hęc operaremur, occurrit quoque puer annos

natus

UVA. BHSC. BU 00033

natus duodecim, filius Hieronymi Gradij patritij ragusæi, qui ad ætatem hanc vsque cum pro muto haberetur, nunc demum loqui cœpit, scatebat enim puer hic quibusdam excremētitijs humiditatibus quibus temporis & ætatis successu, consumptis, expeditè, & concinnè, eum loqui speramus, ad nucham nanque laqueum inditum fuit, quo capitis humiditates superfluæ, apprime extinctæ sunt, vnde ipse loqui cœpit.

Curatio sexta, in qua agitur de fluxu sanguinis narium, cum mala ventriculi intemperie frigida.

MArinus Gradius, patritius ragusęus, vir annos natus sexagintaquatuor, temperatura biliosus, vt qui caput, iecur, & cor, membra præcipua calida habeat, ventriculum verò admodum frigidum, sic olim à mala curatione pro restituendo, se à morbo antiquo, contractum, ad hinc quinquennium in tantum sanguinis per nares fluxum incidit, vt intra octo horas, (vt ille ait) duas adimpleret pelues, viginti sex libras continentes, nunc verò narium sanguinis profluuio laborat, pro quo compescendo, bis illi secta

est

VVA. BHSC. BV 00033

est vena, nam ex brachio dextro & sinistro, sanguis missus est, tum hypochondrijs & scapulis incisa cute, cucurbitulæ admotæ, ad hæc, fronti, sincipiti, medicamenta refrigerantia, & contingentia, immo intra ipsas nares imposita sunt, nihil tamen contulere. at, quia vir hic solitus erat per hęmorrhoides multum sanguinis mittere, & ab hinc annum vnum in totum cohibita euacuatio hæc est, iussimus hirudines plures ano admoueri, eásque per medium postea dissecari, quia retractione euacuationéue, sanguis è naribus quoque fluebat, nec à cursu suo desistebat, tunc ligaturæ, frictiones, & retractiones sunt factæ, & testiculis gelida aceto mista sæpe admouebatur, immo sincipiti, depositis capillis, & fronti, remedium nobis familiare ex gypso ouorum albo excepto, applicitum fuit, quo peius habuit, dixerat autem æger, eo caput magis calefieri, sed eo deposito, & sanguine ex sinistra nare tantum fluente, iussimus ex sinistro brachio sanguinem demere, & guttatim, ac per interualla fluere, tunc verò sanguis fluere desijt, sed non multò pòst, in lipothymiam, siue animi defectum incidit, cui reuocato, ius pulli cum oui vitellis oblatum fuit, cæterum

UVA. BHSC. BU 00033

rum, tunc embrocha siue pro capite irrigatio, parata fuit sequens.

R. Foliorum lactucæ, semperuiui, portulacæ, plantaginis, solani, poligonij, corigiolæ dictæ, florum violarum, rosarum, nenupharis vtriusq; sumachiorum, corticum granatorum, hioscyami, lysimachij, ana pugillum vnum, radicis mandragoræ, vnciam vnam, capitum papaueris, sex numero, in libris viginti aquæ, fiat decoctio secundum artem, & coletur, ac supra caput irrigatio fiat, facta irrigatione, capiti exiccato, hoc applicetur ceratum.

R. Olei nenupharini, vnciam vnam & alterius mediam, rosacei vnciã mediam, seminis rosarum, pulueris rosarum rubearum, ana vnciam mediam, pulueris corticum granatorum, balaustiorum, ana drachmas duas, succi lysimachiæ herbæ, vnciam vnam, ceræ quantum ad spissitudinem sufficit, misce, fac vnguentum, & capiti sed præcipuè sincipiti applica, cæterum, cùm sanguis constrictus esset, non permisimus irrigationem hanc, nec vnguentum administrari, consilium tamen dedi nobili huic, & patritio viro, vt rhabarbarum ex tamarindorum decocto ebiberet, vt sanguinis feruorem, bilisq; acrimoniam infringeret, domaretq; qui vbi

consilio

VVA. BHSC. BV 00033

consilio paruit, optimè valuit, & basilicè viuit.

Curatio septima, in qua agitur de lyenteria.

PVer qui lactabat, natus menses viginti, & filius Sarcinatoris Racusini, ob nutricis malum regimen, ea quæ comedebat, incocta & cruda per inferiora remittebat, asseruabatur autem in eius ventriculo, mucago quædam, quæ cibum lubricum faciebat, impedimēto enim erat, retentrici, ac cōcoctrici facultatibus, hūc igitur cum viderem puerū, nutrice exactè purgata, ac vt oportebat gubernata, oximel per interualla, ipsi puello cocleari trado, postea verò oximellitis paululum ex diluto rhabarbari, & agarici, puluisculo hieræ picræ adiecto, propinauimus, à quo potu, mucagines in ventriculo contentæ, euacuatæ sunt, & sequenti die, roborato per ceratum ventriculo, rectè habere cœpit, & ea quæ comedebat, rectè concoquebat, nec amplius ea incocta, aut cruda remittebat, malè dubio procul consultum esset, si cōtentis in ventriculo mucaginibus ipsis, extra admouerētur constringentia, cresceret nanque lyenteria, & puer in vitæ periculum incideret.

Curatio

UVA. BHSC. BU 00033

Curatio octaua, in qua agitur, de quodam, qui cùm duplici tertiana laboraret, in diaphragmatis abscessum incidit, & breui Medici negligentia obiit.

A Vrifex Racusinus, iuuenis natus annos triginta, temperatura bilioſus, cùm, vigente canicula, duplici tertiana laboraret, vt qui eius curã habebat, medicus referebat, ſeptimo die malè habuit, & ex brachij curuatura vncias tres ſanguinis, prædictus Medicus demere iuſſit, & peius habuit: dolere autem ad coſtas dextras notas cœpit, ſimul & mente priuari, octauo, cùm ad eum eſſem vocatus, in ſepto tranſuerſo, diaphragmate dicto, inflammationẽ ſubortam eſſe, tum ex ipſo dolore intenſiſſimo ad prædictas coſtas, tum ex febre acutiſſima, & ex mentis alienatione conieci: phrena enim eo diciputo ſeptũ tranſuerſum, quia cum mente, & & cerebro communionem ingentem habet: phrenas verò & Homerus, & alij grauiſſimi viri, pro mente ſæpenumero vſurpant, vt Galenus quoq; aliquãdo ſcriptis mandauit, vt libro quinto de Locis affectis, capite tertio, & alibi ſæpe. Cæterùm,

UVA. BHSC. BU 00033

huic vires ita deiectæ & imbecilles erant, vt intra paucas horas hominem morituru prædixerim: quod ita posteà euenit: oportebat autem huius morbi initio sanguinem copiosè demere, id quod Medici negligentia, ne dicam ignorantia, prætermissum est.

Curatio nona, in qua agitur de puero ex fenestra cadente.

FIlius Nicolai Bonij, patritij Ragusæi, è fenestra (bona sua fortuna) stomacho vacuo cecidit, & corpusculum contudit, nulla fracta, aut disrupta eius aliqua particula, quum nec scarificationem crurum, nec cucurbitularum admotionem, cute scarificata, admitteret: erat autem annos natus quatuor, iussimus pelle arietina recens calida, aut sindone imbuto vino, rosis, & myrti summitatibus incocto, inuolui, vt Centuriis ijs iam memminimus. Cæterùm, post conuolutum puerum, sindone ex vino prædicto imbuto, in potu mumiam ex Mesues descriptione ebibit, & sudauit, & rectè habuit.

Curatio decima, in qua agitur de phthisi, hoc est, vlcere pulmonis.

Secun

UVA. BHSC. BU 00033

SEcundus, Dominici Cladorouichi mercatoris, Ragusæi filius, annos natus viginti, ab hinc tres menses, multum sanguinis tussiendo ex pulmone reiecit, sed ex qua causa, aut vnde euenerit, assistentes, vt incertum referunt, post reiectationem sanguinis febri continua correptus fuit, & malè habuit, cum qua quãdoque in publicum exibat, quandoque domi se continebat, tandè post elapsum tertium mensem, à morbi initio, ad eum vocatus, ipsum phthisi affectum, & consumptum, ac marasmoide detentum cõperio, contradicente tamen Medico illo, qui primo eius curam habuerat: mordicus nanque contendebat, vlcus in pulmone ægrotum non habere: cùm tamen sputa assidua tussi, putida & omni putrilagine affecta, ægrotus ipse excrearet, elleboro igitur indiget talis Medicus, & vt ad Anticyras relegetur dignus est, quando hecticam tertia specie constitutam, nondum nouerit, quam vel barbitonsoribus notam tradit Galenus, & omnes ita esse norunt. Cæterum, paucis tentatis remediis, breui hic diem suũ obiit: solent autem ij etiam loquendo expirare, vt huic euenit iuueni, qui ob Medici huius ignorantiam, in summam perni-

UVA. BHSC. BU 00033

tiem, & obitum deuenit, inter parata tamen remedia, ex aqua dulci balneum habebatur, veluti ex cancris fluuialibus restaurans medicamentum, quod habet. Accipe cancros fluuiales tres, quos primò iugulabis, & aqua fontana incoques, quoad exossari videantur: dein exanteratis, & exossatis, interanea pulpamenta ab ossibus exime, quæ ter calido lixiuio lauabis, & totidem aqua calida dulci, & totidem quoque frigidiola, ac postea in aqua rosacea, & violacea, per dimidiam horam macerari fines: tunc verò accipe horum trium cancrorum fluuialium, vel nemoralium: sic præparata pulpamenta, caponis carnis, vncias duas, amygdalarum dulcium mundatarum, vncias duas, pistaciorum vnciam vnam, lactis vncias tres, sacchari albi, penidiarum, ana vnciam vnam & mediam, seminis papaueris albi drachmam vnam, ad ignem lentum misce, fiat electuarium, ad formam loch, ex quo ad lubitum deglutiebat. Item, ex cancrorum eo modo apparatis pulpamentis, & pulli carne, contusum confice, admisto saccharo, & aliis, vt nosti, reliqua referre non vacat.

Curatio

Curatio vndecima, in qua agitur de puero dysenteria affecto.

FIlius Nicolai Palmotæ Patritij Ragusæi, annos natus tres, dysenteria laborabat: intestinorum autem inferiorum rasuras mistas sanguini egerebat, cui cùm primùm occurrerem, iubeo pullum aqua calibeata adiecta oryza, ac nonnullis immaturis sorbis incoqui: ex quo pullo comedebat, & ex aqua pluuiali calybeata syrupo myrtino mista bibebat. Cæterùm, ad ventrem vnguẽtum comitisse, vel illud aliud, ex cortícibus castanearum dictũ, admouebatur, & iis ac paucis alijs, sanitatem obtinuit, nec cõstringendi vim habentibus clysteribus vti opus fuit.

Curatio duodecima, in qua agitur de puero meiere non potente.

PVellus natus menses sex, & filius Petri Catarini, mercatoris Ragusæi, quũ nutricem mutaret, & meiere non posset, sic descripsimus. R. Olei scorpionum, liliorum alborum, anethini, ana vnciam mediam, dialthææ drach. duas, ceræ parum: misce, fiat linimentum, quo ab vmbilico ad inferiora omnia, etiam inter anum & testes, inungantur. Item, Recip.

UVA. BHSC. BV 00033

radicum petroselini pugillum medium, cyperi, scinanthi, assari, ana drachmas duas, in libra vna aquæ fiat decoctio, quousq; remaneat tertia pars, & coletur. R. prædicti decocti vncias tres, syrupi de quinque radicibus vnciam vnam, syrupi rosati solutiui, vnciam mediam: misce, & cochleari per interualla propinetur: ijs enim & egessit, & optimè mixit, & puer rectè habuit: postea verò puer deiectus aliquantulum cùm manssisset, ita fuit recuperatus. R. carnis pulli, vncias sex, assari, florum violarum keiri, borraginis, ana pugillum medium, seminis melonis mundi vnciam mediam, in vitrea campana omnia simul destillentur: ex qua destillaticia aqua, cochleari per interualla detur puero, quam optimè deglutiebat, & rectè habuit: ex crassiori autem lacte gustato, lenta quædam humiditas ingenita est, transitum vrinæ impediens, quæ prædictis remediis leuata est. Cæterùm, de nutricis lacte, nobis non parua postea cura fuit.

Curatio decimatertia, in qua casus citatur mirus, de puero ob timorem breui emortuo.

Iacobus

UVA. BHSC. BU 00033

IAcobus, filius alterius Nicolai Bonij, Patritij Raguſçi, annos natus quatuordecim, quum Auguſti die ſecundo, pila aliis cum adoleſcentulis luderet, fortè fortuna euenit, vt ex illis vnus repentè ob rem malam ab eo viſam occlamaret: hic verò Iacobus quum hæc audiret, tanto timore perculſus fuit, vt omnibus animi potentiis expectoratus, parum abfuerit, quin illicò mortuus conciderit, ad domum tandem reuerſus, rem ex toto matri, & aſſiſtētibus enarrat, affirmans cùm alium puerum ita terrore affectum audiret, ſibi cor diſtrahi, ac veluti ad inferiora deſcendere ſenſiſſe, atque ideo animo ſe conſternatum eſſe, ita vt ſeſe moriturum credat: poſt hæc dicens, cubile cōſcēdit, & malè habere incipit, febricitat: quarto die rem nigrā ore euomuit: quinto obiit: qua hora obitus, per os & nares, illud idem virus nigrum eiecit. Cęterùm, ſanguinis miſſione per venæ ſectionem illicò hic opus habuerat, quæ à Medico prætermiſſa eſt.

SCHOLIA.

Animi affectiones grauiores eſſe corporeis, omnes qui animam corpore præſtantiorem exiſtimant, norunt: quo fit, vt earum diligentior

UVA. BHSC. BU 00033

habenda ratio sit: miras enim in corpore humano animi affectiones inducunt alterationes, & præcipuè timor, & pauor: ad interiora enim præsertim ad cor, tanquam ad arcem & scatebram suam in timore spiritus & sanguis sese cõferunt, vbi spiritum suffocatione extincta animula, algescentibus externis partibus, breui mors subsequitur.

Curatio decimaquarta, in qua agitur de dysenterico vario ceræ vsu curato.

POrtonarius, qui ad montem habitat, & alterius portæ ciuitatis curam habet, dysenteria quum laboraret, febríque careret, iubeo præter alia pullo columbino assо, sed cera infarcto vescatur, ad hæc, pomum cotoneum excauatum, cera quoque repletum, & ad ignem exassatum, ieiuno stomacho, comedat, nihílque supra bibat, suadeo: iis enim non sæpe iteratis conualuit.

SCHOLIA.

Ceram dysentericis conuenire tradit Dioscorides libro secundo sui Medici operis, capite de cera, ad hunc modum dicens: Cera datur in sorbitionibus, dysentericis, cui suffragatur Galenus, & cæteri post eum Medici. Cæterùm, nonnulli, ceræ, mastichem adiungunt.

Curatio

UVA. BHSC. BU 00033

Curatio decimaquinta, in qua agitur de errore quodã, à multis Medicis cõmisso, in prabenda cicoream discocta febri laborantibus.

QVum iuuenis Raguſinus febri laboraret, & Medicus de more illi cicoream diſcoctam oxeleo paratam concederet, illi obuiam iuimus, ac eum de errore notauimus: quia febris illa cùm ab obſtructionibus pendeat, diſcocta cicorea magis hominem conſtringeret, obſtrueret, & febrem augeret: nam ita cicoreæ euenit, ac braſſicæ, & lenti: cicorea nanque frigida ſicca temperatura quum ſit, partium ſubtilium ratione aperit, & meatus reſerat, vt notat Galenus lib. de Comp. med. ſ. l. capite de iecinoris affectionibus, vnde cruda opus complet, aut eius decoctum primum, in quod partes illæ ſubtiles abeunt, aut eius diſtillaticia debito ordine extracta aqua, craſſo, & terreo, ac conſtringente manente eius corpore: proinde aduertant Medici Italiæ, quibus nihil eſt in vſu mediceo frequentius, quàm febri laborantibus cicoreum coctum in victu porrigere, parum alioquin aduertentes coctam cicoream conſtringere, & meatus ac vias obſtruere,

UVA. BHSC. BU 00033

dysenterici igitur, aut alui fluxum patientibus, ex herbis discoctam cicoream securè concedemus, non ignorantibus nobis, eius decoctum quia aperit, & lotium prouocat, diuersionis ratione, aprimè quoque eisdem conuenire: qui igitur erraticis febribus, autumno præcipuè tempore laborat, ab esu discoctæ cicoreæ abstineat: eius nanque esu facilè in quartanam labetur, & in grauiores morbos incidet.

Curatio decimasexta, in qua agitur de fluore muliebri.

VXor Mudai, nata annos triginta-septem, magnam sanguinis vim copiam per os vteri, abhinc sex menses emittit, & intra corpus, ac extra, veluti ad pedum plantas, ingentem caliditatem persensit, abundè sitit, noctu non dormit, & ad ilia cum vniuersa ea parte, in qua præcingi solet, intensè dolet. Ad quam vocatus, comperio hanc multos ieiunasse dies (Hebræa nanque est) vnde supra calfacto ac subtiliato sanguine, fluor hic ortum traxit. Perscripto igitur huic victu, vim refrigerandi, & condensandi habente, & quiete habita, ex interna brachij vena dextra, sanguinis vncias quinque

UVA. BHSC. BU 00033

quinq; demere feci, & syrupos denſandi, & adſtringendi facultatem habentes, manè & ſerò, bibebat, quibus peius habebat, nam ſanguis copioſior fluebat, qua de re, iis poſthabitis, & demiſſa aqua chalybeata, cuius vice vinum rubrum, craſſum, & adſtringens in potu intro miſſum eſt, ad mãmas cucurbitulas duas magnas multa flãma ignitas affigi curaui, ex quibus ſiniſtra fixa illico fuit, dextra verò, nũquam affigi potuit, ex quo mulier hæc ſibi magnum futurum iuuamentum augurata eſt, quia omne malum ad læuam eius partem ſtare contendebat, ac ea de cauſa, cucurbitulam in ea parte fixam per totum ferè diem mãſiſſe, illi fides erat, & re vera, cucurbitulæ huius beneficio, & pulueris albo oui excepti, & ebibiti, in aurora ieiuno ſtomachò, & noctu quando ibat dormitum, ita rectè valere dixit, vt intra tres dies ſequentes ſanguis ex toto ferè cohibitus eſſet, habent verò pulueres ſic. R. Gummi tragacanti, arabici, vtriuſq; vnciam vnam, ſanguinis draconis veri, boli armeniæ pallidi, ſuccini, terræ lemniæ: vulgò dictæ boli armeniæ, lapidis hæmatitis, an. drach. vnam, & alterius mediam, ſe. lactucæ, portulacæ, cicutæ, papaueris, hioſcyami, radicis mandragoræ,

ana

UVA. BHSC. BU 00033

ana drachmas duas: omnia terātur, & fiat puluis: cuius drachmā ieiuno stomacho albo oui exceptam deglutiat, & noctu quinta hora à cœna, alteram eo modo ebibat: cæterùm, iliis & ad renum regionem hoc vnguēto illinebatur, quod propriis manibus domi parabat. R. Ceræ albæ racusinæ, vncias duas, aqua & aceto quinquies lauentur: cui posteà adde olei rosacei omphacini, vncias duas, ceruſæ vnciam mediam, aceti rosacei vnciam vnam: misce, & ad ignem fac vnguentum mollæ, quo inungebatur, & supra pannū imbutum oxicrato, siue posca, ponebat, & assiduò mutabat: hęc cùm aliquot dies rectè valeret, & posteà profecta esset castellum nouum, olim numerosi militis Hispanici cruentum macellum, recrudescente morbo obiit.

Curatio decimaseptima, in qua agitur de cruſtosis, & concretis quibuſdam turundis muſchoſis, per nares emiſſis, à mala quadam capitis affectione, ortum trahētibus.

FRanciſcus nummularius Racusinus, per nares cruſtaceas quaſdam turundas, ac concretos quoſdam mucos, mittere ſolebat, non ſine capitis tamen dolore,

UVA. BHSC. BU 00033

lore, cui occurrentes nos, à purgato corpore, & capite particulariter tum errhinis tum mastichatorijs medicamentis, decoctum radicis synarum ad viginti dies exhibuimus, & sanus factus est.

SCHOLIA.

Qui ex Alexandria, & Memphi ciuitate populosissima, hodie ad nos veniũt, ibi radicem synarum ita apparari à Mauritanis, apud quos in pretio habetur, affirmãt, radicem hanc in scobem redigunt, & melle exceptam, ac coctam, semuncium pro vice ægrotanti comedendam porrigunt, supra quam cyath. i decocti eiusdem radicis ebibendum offerunt, & hoc mane & vesperi, ac sic curationẽ duodecim dierum tempore, absoluunt: porrò, nos huic, de quo agimus, ægrotanti, radicis decoctum solito nostro modo concinnatum dedimus, & sanatus est.

Curatio decimaoctaua, in qua agitur de ophthalmia, siue lippitudine.

TVrca Imin, ex Duratio, qui Solimani turcarum Imperatoris reditus extra vrbem Ragusium colligit, lippitudine, siue oculorum ophthalmia grauissimè laborabat, vt penitus nihil videret, nec oculos aperiret, intus inde rubicundi, & sanguinolenti videbantur, ad hunc

vocatus

UVA. BHSC. BU 00033

vocatus, tenui victu constituto, ad frigidum declinante, primo, quia clysteres hic non admittebat, bolum hunc deglutiendum tradidi. R. Floris cassiæ nouiter extractæ, drachmas sex, diaphiniconis, electuarij lenitiui, ana vnciam mediam, specierum hieræ picræ, drachmas duas, saccharo omnia excipiantur, & fiat bolus, quo optimè egessit, tunc verò, sequenti die, ex externa vena brachij, sanguinis vnciæ quindecim extractæ sunt, à qua sanguinis missione, melius habere cæpit, tunc verò oculi, hoc collyrio fouebantur, lauabantúrve. R. Sief albi, sine opio, drach. vnam, camphoræ scrupulum medium, aquarum plantaginis, rosarum, ana vncias duas: misce, fiat collyrium, & penna sæpè applicetur, item, vt aluus lubrica huic esset, & singulis diebus responderet, & caliditas extranea infringeretur, decoctum hoc parauimus. R. Cicoreæ, endiuiæ, lupulorum, euphragię, ana pugillum medium, foliorum sennæ, foliculorum sennæ, vtriusque, vnciam mediam, florum boraginis, bugłosi, nenupharis, rosarum, ana pugillum medium, prunorum damascenorum, duodecim, libris quatuor aquæ, omnia excipiantur, & fiat coctio ad medias, & colatur. R. Prædicti de-

coctí

UVA. BHSC. BU 00033

cocti, vncias quatuor, syrupi de cicorea, vnciam vnam, rosacei simpl. vnciam mediam: misce, fiat syrupus, ijs enim tertio die, sanus euasit, nec alijs opus habuit remedijs.

Curatio decimanona in qua agitur, de cassia Aegyptiaca, viridi, & recenti saccharo condita, quæ ventrem soluit.

PAulus Gradius patritius Ragusæus grauissimus, natus annos octoginta, cum difficulter egereret, & oris amarorē sentiret, & multum sitiret, ob bilem fortè altam stomachi partem fluitātem, semiunciam cassiæ Ægyptiacæ saccharo paratæ meis monitis comedit, qua bilis exactè purgata est, tandem ipse breui rectè se habere dixit, vt posteà plures alij, qui Ægyptiaca hac cassia sic saccharo condita, vsi sunt.

SCHOLIA.

Aegyptiaca hæc cassia, interim dum viridis est, & parua apud Memphim vbi nascitur, quandoq; integra, quandoq; vero in parua frusta scissa, saccharo conditur, cuius vncia ad summum comesta, alium lenit, mouet, & purgat, secure, benigne, & absque labore, qua de causa

à prin-

UVA. BHSC. BU 00033

à principibus & regibus in precio maximo habetur. Cæterùm, Aegyptia hæc cassia, interea dum viridis est, gustu acerba est, non minus ac ceratium xilocaracter & carubium dictum.

Curatio vigesima, in qua agitur, de sanguinis reiectatione.

VIrgo abscondita & secreta, quæ rarò paruerat virorum aspectibus, vt illam religiosam appellaremus, sanguinis reiectatione laborat, cui absenti, (apud Canalem oppidum nanque agebat) cum sanguinem ex saphena demere mandaremus, ecce illi consueti menses responderunt, vnde illico sanguinis sputus constrictus est, quibus postea paucis interiectis diebus, suppressis, ingenti tussi, in eãdem sanguinis reiectationem redijt, magno dolore, & ingenti caliditate in ore ventriculi percepta, qui retractionibus, & ligaturis membrorum extremitatibus factis, & ebibitis puluerib̃us descriptis curatione prima quintæ Centuriæ, albo oui exceptis, ex toto restrictus est, porrò, ad sedandum dolorem oris ventriculi ingenti illa caliditate perceptum, portulacam acero coactam ac tabefactam, & calidam, sic illi imponebant, & melius se habuit. Cæterùm, tunc curaui sac-

charum

UVA. BHSC. BU 00033

charum roſaceum miſtum bolo armeniæ pallido, pauculo robo myrtillorum exceptum, ad multos dies, nucis magnitudine, ieiuno ſtomacho comederet, ſimulq; quando iret dormitum totulum ex diacodio ſimplici ingereret, vel granum vnũ, vel alterum thuris deuoraret, & vino omnino abſtineret, veſceretur tamen pullæ carnibus portulaca incoctis, aut ſorbis, aut mali cotonei fruſtis, aut ſymphiti radicibus, aut ſemine ſumachiorum, aut ſimilagine ſuaſi, quibus optimè valere dixit. Gracilis puella hæc eſt, collum altum, & pectus ſtrictum habens, cuius altera ſoror, & frater vnus, phthiſi conſumpti, diem ſuum obiere. Cæterùm, hæc elapſo menſe, Raguſium delata eſt, quæ noctis certa & deputata hora, ſeptima ſcilicet, tuſſiebat, & ſpuebat, pauca, alba, viſcida, durabat autem tuſſis parum. At, interdiu ſpuebat quidem ſed non tuſſiebat. Cæterùm, à prandio febriebat, aliquando intenſe, aliquandò verò remiſſe, & lotium optimum, quantitate, qualitate, & contentis in vniuerſo huius morbi inceſſu, habuit, porrò, vniuerſus noſter conatus eo dirigebatur, vt capitis deſtillatio in ſubiectas thoracis partes, ſiſteretur. Proinde à purgato per catapotia ex aqua-

UVA. BHSC. BU 00033

rico, corpore, nam de hiera catapotia, in hoc casu nõnullis medicis suspecta sunt, & propinatis varijs alijs medicinis respicientibus malam intemperiem frigidam capitis cum materia, ad sinciput, sacculum ex rebus exiccantibus, & roborantibus calidis, compositum, admouimus, & tunc saccharum rosaceum bolo armeniaco pallido mistum, quando ibat dormitum, nucis magnitudine, comedebat. Cæterùm, hæc cùm viscidam multam pituitam, non sanioſam ad multos dies tussiendo screaret, quæ à capite ortum trahebat, in capitis commissura, eam cauterio indigere, exposuimus, quæ cum non paruit, sic incuratam reliquimus, agebatur autem sextus mensis curationis. Cæterùm, hæc elapsis alijs duobus mensibus, hoc eodem morbo ad summum consumpta, diem suum obijt.

Curatio vigesimaprima, in qua agitur, de remedijs partum accelerantibus.

HVius soror, filia Dominici Cladorouichi, mercatoris Racusini, primipara, tempore partus difficulter cum pareret, & in angustijs esset, ad eã accersitus, vt eius partus acceleretur, sic descripsi.

R. Rad

UVA. BHSC. BU 00033

R. Radicum maluauiſci, petroſilini, rubeæ tinctorum, an. vnc. mediam, dictami cretenſis, dictami albi, origani, pulegij, hyſſopi, calamenti, mentaſtri, nepitæ, an. pugillum vnum, ſeminis ſeſeli, ruſci: cumini, fœniculi, an. drachmam vnam, libris tribus aquæ, & vna vini generoſi, fiat decoctio ſufficiens, & coletur, cui adde, cinnamomi optimi, drach. duas, croci drach. vnam, trochiſcorum myrrhæ drachmam vnam, & alterius mediam, antidoti emagogi, drachmas tres: miſce, fac potum, de quo vncias octo, vel decem, tepidas parturiens bibat. Cæterùm, vt expeditè pareret, curaui, chordam ex alto pendentem, manibus apprehenderet, ita vt erecta ſtaret, & ſi fieri poſſet, à viro robuſto concuteretur, item, vt huius aluus oleo amygdalarum dulcium foueretur, aut oleo ſeminis lini, aut oleo lilino, aut linimento ſequenti. R. Olei amygdalarum dulcium, butyri recentis, ana vnciam vnam, pinguedinis gallinæ, vnciam mediam, cerę, parum: miſce, fiat linimentum ad ignem, quo illinatur aluus, item, vt ſter nueret, ſic præſcriptum fuit. R. Condiſi; aſſæ fœtidæ, ana drach. vnam, ellebori, ſcrupulum medium, euphorbij, grana decem: miſce, terantur, & fiat puluis, &

UVA. BHSC. BU 00033

gossapio exceptus, formẽtur errhina medicamenta, aut sic per se naribus præsententur, ijs enim ita mulier hęc iuuata est, vt intra diem puerũ peperit, cùm enim sternuit, puerum misit, nec enim obstetrices permisimus vnquam, manibus violẽtum aliquod tractarent, prout illis moris est, quãdo ex illa violenta attractione, multa vitia, & fœdæ affectiones oriuntur. Cæterùm, post partum, hæc ad vtranq; sciam doluit, quem dolorem, olim eo tempore quo menses illi consueti, fluere incipiebant, sentiebat, & tũc eum sic sedauimus.

R. Olei hypericonis, vnciam mediam, camæmelini, rosacei, an. vnciam vnam, pulueris rosarum camæmelæ, an. drach. duas, cerę parum: misce, fiat linimentum, & vtrunq; locum dolore affectum illine, quo breui rectè habuit, & sanata euasit.

Curatio vigesimasecunda, in qua agitur, de gallica scabie, manuum palmas, papulis, & scissuris insiciente.

MArinus Gondulanus, nobilis iuuenis Ragusæus, ex Mmphi apud Ægyptum, Ragusium morbo gallico infectus, reuersus est, circa genitalia vlcera passus

UVA. BHSC. BU 00033

passus est, & mento, & facie, papulas non paucas habuit, à quibus remedijs propitijs adhibitis, breui sanatus est. Cæterum, in ipsis manuum palmis papulæ, quæ eas infecerant, & in scissuras euaserant, reliquerunt, pro quibus abigendis, & in totum ipsius scabiei seminarijs extirpandis, iuueni huic annos nato viginti tres, decoctum radicis synarum ad quindecim dies, habita optima, & subtili victus ratione, ebibendum dedimus, in quorum singulo, ter & quater, eodem decocto manus lauabat, demum, ijs citatis intra prædictum tempus, sanatus est, victus huic, panis nautici vnciæ quatuor in prandio circunscribebantur, totidem in cœna, potus ea ipsa aqua, siue decoctum radicis synarum erat. Cæterùm, vltra panem, in prandio semipullum gallinaceum inassatum, vel decocto ipsius radicis synarum elixum absque sale, huic concedebamus, in cœna verò, pugillum passæ vuæ, & paucas dealbatas amygdalas.

Curatio vigesimatertia, in qua agitur, de febre tertiana, continua, maligna, pulicari cum symptomate.

UVA. BHSC. BU 00033

PEtrus Ioannes Bonius, ex Patritia Ragusæorum gente, adolescens annos vndeviginti natus, temperatura bilioſus, habitu gracilis, colore ſubnigro, cùm extra vrbem refractario equo, curreret, mulierem obuiam impetuoſe ad terram proſtrauit, vt eam tũc emortuam, ipſe putaret, vnde mœrore affectus, multa vomuit, & in febrim incidit, primò lentam, dein vero acutam, & malignam. ad hũc igitur acceſſitus vndecimo die ægritudinis, eũ ingenti febri oppreſſum comperio, ad hæc, ſiti ingenti, lingua arida, & nigra, retro collum ad ſcapulas varijs exantemathis efflorescentibus, nonnullis rubricantibus, paucis ad nigredinem vergentibus, vrina huic citrina, cruda, nihil concoctionis indicãs, erat pulſus varius, nunquam ſudauit, nec ſua ſponte egerebat, ſed aluo clyſmis, aut balano irritata. cæterum, ad hoc vſque tempus plures ebiberat ſyrupos, ſed nullam habuerat notatu dignam vacuationem, duodecimo ſequenti die, ad eum de more accedens, exantematha aucta eſſe, & vniuerſam poſteriorem partem corporis occupaſſe, conſpicio, vnde ea non diu antea initium habuiſſe, ſatis euidens mihi argumentum erat, proinde aluo per chyſmum irritata,

ex

UVA. BHSC. BU 00033

ex basylica vncias decem sanguinis diminuo, qui non admodum magnam præ se ferebat corruptionem, hic summopere vinum appetebat, cuius vice, potum hunc descripsimus.

R. tamarindorum, vnciã vnam, radicis buglosi, ordei mundi, seminis melonis mundi, cucurbitæ, batechæ, ana vnciam mediam, florum cordialium, ana pugillũ medium, prunorum pinguium, decem numero, libris quinque aquæ fiat decoctio secundum artis ministerium, & coletur, cui adde, syrupi de acetositate citri, vnciam vnam, misce, aquarum acetosæ, portulacæ, ana vncias tres, misce, fac syrupum, & stomacho ieiuno propina. vt vero huius lingua abstergeretur, canna cursua, & psilij semine humectaretur, assiduo curabamus. cibus huic, contusum ex pullo herba aceto sa incocto, erat, portiũcula ptisanæ admista, cui puluisculus diamargaritonis frigidi respersus fuit, vesperi huius diei, ita habuit, & peius, quia accessio eum grauiter afflixerat, est nanque febris hæc tertiana continua maligna, noctu melius habere cœpit, & recte dormiuit, decimotertio, ita recte habere dixit, vt nunquam antea, melius & reuera, tunc vrina quantitate, substantia, & contentis,

UVA. BHSC. BU 00033

optima apparuit, & pulsus meliores, qui vrina certius indicare solent, tunc frictiones exercebantur, & cucurbitulas varias corporis varijs locis affigi curauimus, & syrupum hunc descripsimus.

Rec. syrupi acetosi simplicis, de cicorea, an. drachmas sex, decocti florum nenupharis, acetosæ, cicoreæ, ordei, vncias sex, boli armeniaci pallidi, tantopere à Galeno decantati, scriptulum vnum, misce, fac syrupum, & propina, ieiuno stomacho, quo, sequenti quartodecimo die, hunc sudaturum assistentibus tunc prædixi, quod ita futurum, pulsus fluctuosi recurrentes, mihi satis indicabant, & ita euenisse ipsi assistentes obseruarunt, sudauit quidem, sed parum, à quo sudore melius se habuit, sextodecimo, pharmaco compositio manna, & rhabarbaro, purgatus est, quo optime egessit, & qualia purgari debuerant, purgata sunt, sed tunc vinum illi paucum sed optime dilutum concessimus. decimoseptimo, ab iniecto clysteri lauante dicto, saccharū rosaceum pauco bolo armeno mistum, comedit, nec amplius sudauit, forte quia materia sudoris purgatorio pharmaco vacuata fuit, rectius tamen æger ipse habebat, pulsus tunc optimi erant, & lotium tum

subst

UVA. BHSC. BU 00033

substantia,& contentis optimum,à prandio tamen aliquantulum febriebat, qua de re, syrupum aperiendi facultatem habentem,singulis auroris bibebat,& aquâ hordeaceam iulebo mistam,pro potu habebat, vigesimoprimo die, ex se natura mota est,bis nanque egrotus ipse egessit, multa & citrina,sed à prandio,solito modo caluit,23.& 24.& 25.eædem erant,clysmis tamen aluus irritabatur, 26. iterum purgatus, sanatus est, eius tamen venter ad multos dies restrictus, non nisi clysmis, & infusis irritatus respondebat, ad solitum tamen suum cursum redit, epoto iure pulli,aut veruecis, incocto malua, & mercuriali,aut beta,aut omnibus simul.

SCHOLIA.

In ijs pestilentibus & malignis febribus curandis,duæ habentur viæ,altera Galeni, & Græcorum, altera vero Mauritanorum, nam Galenus,vt cæteri Græci, iubet pro ijs curandis febribus, aperire, vias reserare, & totius corporis expiramẽta patefacta habere, vt apud ipsum quis legere poterit, libro secundo, de differentijs febrium, Auicenna vero, & Mauritanicæ factionis Classici medici, res frigidas & stypticas, ac constringendi facultatem habentes, potius concedunt. Nos vero vtranque

UVA. BHSC. BU 00033

viam optimam esse nunc doceamus, donec nanque pestilentis febris caliditas viget, & feruet, rebus frigidis, stypticis, ac acidis vtimur, vt putredo infringatur, coërceatur, nec amplius serpat, item ne hoc veneno lancinati spiritus breui deficiant, ad quorum dissipationem, & resolutionem, vita amittitur, & mors introducitur. Cæterum, remisso huius pestilentis febris incendio, furore ve, tunc ad ea quæ aperiendi, & sudorem euocandi facultates habent, confugimus, ea ægrotis similibus propinando, vt in hoc de quo agimus ægrotante, à nobis factitatum est. At, hæc ita breuiter per transennam dixisse volui, quando de ijs quoque me dixisse nonnulla puto, Centuria tertia, harum curationum nostrarum.

Curatio vigesimaquarta, in qua agitur, de febre continua epidemica.

STephanus Mænsius, patritius Racusinus, annos natus vnum supra triginta, cùm apud stagnum ciuitatem, prætoris officio fungeretur, febri grauissima correptus est, & ea quidem tertiana continua epidemica, est enim vir hic temperatura sanguineus, vt ex notis elicitur, nam, hic magnus, longus, carnosus, musculosus, & hirsutus admodum est, genas rubricantes habens, in eo tamen humiditas

UVA. BHSC. BU 00033

tas superat caliditatem, vt excrementa varia attestantur, & paulo inferius interpretabimur, huius caput humidum & calidum est, caliditatem indicant, capitis magnitudo, oculi ingentes, foras prominentes, vt Alciatus iuris peritissimus doctor, hac nostra ætate phœnix, habebat, qui Ferrariæ leges publicè profitebatur, eo tempore, quo & nos Galenum, & Hippocratem eisdem in scholis interpretabamur. Cæterum, huius ægrotantis capitis humiditas deprehenditur, ex varijs, & multis quæ ab ipso capite continuo defluebant humiditatibus excrementitijs, sed & cor huic calidum & humidũ quoque est, vt eius attestantur arterię magnę, molles, & crassæ, veluti pectus perlatum, magnum, & bene hirsutum, sed iecur huic, calidum quoque est & humidum, id quod venæ admodum crassæ, latæ, & sanguine refertæ, satis approbant. cum igitur præcipua tria hæc membra calida sint, vniuersum corpus calidum sit decet, quin & cum ipsa humida sint, & vniuersum corpus humidum dicatur oportet, vt ex Galeno sępe repetiuimus. Cæterum, cum hic humida calidaq; temperatura præditus sit, omnium temperaturarum pessima, & corruptioni magis obnoxia, si modo

Galeno

UVA. BHSC. BU 00033

Galeno fidem damus, & multis & varijs cibarijs assuetus, cõtigit, quod cum apud stagnum, vt dixi, ciuitatem Ragusæorum imperio subiacentem, prætoris officio fungeretur, in febrem grauissimam, sæuissimamq; laberetur, & eam quidem epidemicam, bilioſam: ſolent autem huius ciuitatis Incolæ certis, & statutis anni temporibus, fere omnes febribus similibus corripi, ob causam communem, aërem scilicet, morbificum & infectum, à quibus plures eorum euadunt, vnde pestis dici non debet, esset nanque pestis, si omnes vel maior ægrotantium pars, morerentur. is igitur, cum corpus multis refertum excrementis haberet, non difficile fuit, ab aëre illo alterari, & affici, vnde in tertianam continuam lapsus est, à bile vitellina pendentem, qua eius caput multæ pituitæ mista refertum erat, vt eius indicabat grauedo, pituitæq; descensus ad maxillarum, & faucium musculos, vnde dentes dolebat, & lingua crassa, & fere contracta reddita, non recte loquebatur, ad hæc, non sitiebat, id quod & in stomacho humiditatum redundantiam arguit, sed magis, nausea, siue ad vomitum procliuitas, imo rerum pituitosarum, & variarum copiosus aliquando cum verme

vno

UVA. BHSC. BU 00033

vel altero, vomitus: hic cæterum, multa cum abundet pituita, tamen non dormit, ob fumos forte, ad caput delatos, bilioſos ſiccos, ob quos inappetentiam quoque incurrit, vel quia humiditas pituitæ ſtomachum laxat, multum quoque ad appetentiam refert, pituitam altam ſtomachi partem occupare, vel eius infimam, nec enim omnis frigiditas cauſa appetitus eſt, ſed verius ea quæ acerbitatis nonnihil habet, vt melancholiæ. Cæterum, hic ventrem conſtrictum habet, nec niſi clyſteri adiutus egerit, ſolet autem ſæpe natura infuſis, & clyſteribus aſſueta, pigra fieri, nec excrementa, niſi eiſdem, aut balano irritata, mittere. Ad hunc igitur, accerſitus ego, trigeſimoquarto ægritudinis die, eum cubili proſtratum comperio, tertiana continua, à vitellina bile pendente, laborantem, qui, ob prædictam à nobis cauſam, non recte loquebatur, porro, huius pulſus digitis noſtris admodum reſiſtebant, latitudinem, longitudinem, & profunditatem ſatis amplam præſeferentes, febrilis porro calor non admodum acris erat, ſed lotium rubrum, & craſſum videbatur, in quo concoctio, vt aſſiſtens medicus aiebat, apparuerat, tunc nanque delituerat, item nocte

UVA. BHSC. BU 00033

cte antea multum sanguinis per nares illi effluxerat, quibus omnibus perpensis, & examinatis, iudico, & si huic sanguis semel abunde ex brachij curuatura missus fuerit, & per hirudines, venis hęmorrhoidalibus admotas, tunc quoque summum remedium esse, sciſſa brachij vena, sanguinem emittere. erant autem notæ sanguinis missionem exposcentes, pulsus plenitudo, quā præseferebat arteria, velut ipsius magnitudo, digitis maximè renitens, & lotium crassum & rubrum, ad hæc, morbi magnitudo, hoc est, febris continuo affligens, & sanguinis è naribus fluxus, nec morbi lōgitudo eam impediebat, vt monet Galenus, libro de sanguinis missione per venæ sectionem, & sexcentis alijs locis, aut si hanc nolent exercere vacuationem, per cucurbitulas secta cute, & scapulis applicitas, saltem extraherent, consului, de qua re, ignorantissimus quidam ex conducto hic medicus, admiratus, respondet, stante humorum abundantia, cucurbitulas non esse affigendas: sed hic, cum artem medicam omnino ignoret, satius est, illum innominatum relinquere, quàm eius opinionem refellere, vt noscant tamen qui hæc legerint, si quis modo legerit,

sciatis

UVA. BHSC. BU 00033

sciatis velim, Galenū, & post eum omnes medicos, etiam initio morborum, iubere, vel saltem non negare, per curcubitas secta cute, euacuationem moliri, cum, vt Auicenna ait, cucurbitulæ vicariæ sunt phlobotomiæ, abnegat autem Galenus, veluti cæteri medici, plethora stante, cucurbitularum, vt aiunt siccarum admotionem, id quod Cumanus hic asinus, capite citellacus, distinguere nesciens, ita vt audistis effutiuit, edoctus tamen inde, sequenti die mulieri sanguine à febri laboranti, hic illico morbi initio, per cucurbitas costis affixas, cute secta, euacuationem tentauit, ad quam eo die accersitus ipse, opus vt audistis confectum inueni, cum tamen secta in brachio vena rectius, & securius esset euacuationem exercere, menses nanque muliercula hęc diu erat perdiderat, de qua postea sermo fiet. Applicitis igitur scapulis cucurbitulis ægrotanti, de quo agimus, & extracto sanguine ad vncias sex, melius habere cœpit, qui postea, paucis ebibitis medicamentis deobstruendi facultatem habentibus, veluti purgatorijs, paulatim pristinam salutem consequutus est.

Curatio

Curatio vigesimaquinta, in qua agitur, de surditate contracta ob malum vitæ regimen.

SEbastianus Bubalius ex Racusæis patritijs, annos natus trigintaquatuor, iam diu est, morbo gallico afflictus fuit, qui postea immoderatis rei venereæ vsibus deditus, & aëri nocturno assiduo expositus, in capitis grauedines, & ipsius vertigines, multo cum flatuoso spiritu, vtranque aurem infestante, incidit, vnde diminute audire cœpit, qui etiam ab eo vitæ inordinato regimine, tot mala illa asçita sibi esse non ignorans, nihilominus in eodem perseuerabat, in dies minus audiens, quousque ex toto surdus factus est, est autem vir hic robustus, fortis, temperatura optima præditus, multam tamen præseferente humiditatem, præcipue in ipso capite. Cæterùm, surdus hic est, id est, sensu auditus omnino spoliatus, quod accidere solet ex lesione nerui auditorij, vel eius partis cerebri, ex qua oritur, nõnunquam etiam ex intemperie, aut tumore contra naturam vel ex obstructione, vel solutione continui, vel vt Galenus commentario primo, in librum primum porrhetici, enarratione trigesimasecunda tradit

UVA. BHSC. BU 00033

tradit, fit surditas & ob humorem quendam, in audioriis meatibus impactum infarctumque nihil quod malignum sit, habens: fit quoque & interdum extincta audiendi facultate, quam in acutis turbulentis morbis contingere cernimus. Hæc Galenus. Porrò ægrotus noster surditatem à crassis, glutinosisque humoribus, præcedentibus procatarticis dictis causis, contraxit: id quod Paulus Ægineta dignoscendum docuit, cùm dicat, libro tertio suæ medicinæ, capite 23. Sonitus qui fiunt à crassis, glutinosisque humoribus cognoscuntur, quòd non vniuersim, sed paulatim increscunt, ac nascuntur. Cæterùm, cùm ægrotus hic sonitum vtraque in aure illicò à morbi initio persensit, & in dies maiorẽ & crebriorem, quẽadmodùm & nunc surdus factus, consequens est dicamus, ab iisdem humoribus capiti infixis surditatem ortum traxisse: non verò aliunde ad eum dilatis, qui mea sententia, auditum, & aurium meatus obturant: vnde surditas prognata est: quæ, vt ingenuè fateamur, immedicabilis est, quum hucusque viderimus tam multa & egregia remedia pro hoc leuando morbo nihil contulisse: celebrata nanque fuit sanguinis missio, vt agendũ suadet Pau-

UVA. BHSC. BU 00033

lus libro tertio suæ rei medicę, dicens, Ex crudis crassisque humoribus prognatas surditates, vel grauem auditum, curato venæ incisione, aut omnino purgatione ex hiera, non minus materia hæc ante eius purgationem oximellite vulgari, veluti Iuliano tributo, præparata fuit: quæ posteà etiam vniuerso purgato corpore, particulariter vacuabatur, apophlegmatismis, errhinis, & sternutamentis, veluti variis aliis, quæ incidunt, & attenuant crassos & viscosos hos humores; etiã per calamos perforatos eorum sublatus ad auditorium meatum vapor. Nos tamen post multa & aliis adhibita, & exercita, hæc pauca illi concessimus. Recipe, Ligni Guayaci, contriti, & in scobem redacti, libram mediam: infundatur in libris decem aquæ fontanæ per totam noctem: cui adde, maioranę, stœchados, ana pugillum vnum, menthæ, pulegij, hyssopi, origani, ana pugil. medium, sennæ vnciam vnã, polipodij quercini vnciam mediã, thymi, epithymi, ana drach. tres, passarũ de corinthio vncias duas: omnia secundum artis ministerium buliant, ad medias, & coletur: cuius decocti ieiuno stomacho in aurora, vncias nouem, vel decẽ, optimè calidi, ebibebat, quo aluus illi

UVA. BHSC. BU 00033

illi optimè respondebat, & rectè quoque sudabat. Item, caputpurgium, siue errhinum dictum medicamentũ, ita adaptabatur.

R. Succi maioranæ, succi foliorum capparum, betæ, ana vncias tres, pulueris corticum, radicis capparorum, piretri, ellebori nigri, ana drach. mediam: clarificentur succi ad ignẽ, & naribus trahendo vtatur. Item, fomentũ hoc pro irrigando capite apparatum sic fuit. R. maioranæ, stœchados, betonicæ, saluiæ, origani, pulegij, hysopi, chamæmelæ, meliloti, anethi, rutæ, ana pugillum vnum, seminis anisorum, fœniculi, ameos, ana drachmas tres, garyophillorum, mascis, ana vnciam mediam, foliorum lauri, pugillum medium, libris quinque aquæ, & decem vini, & quatuor aquæ vitis, omnia excipiantur, & fiat decoctio ad consumptionem tertiæ partis, secundũ artis mini sterium, & coletur, optima facta expressione: quo fomento depositis capillis caput irrigabatur, saltem per mediam horam, tandem exiccato ab humiditate capite, hoc illinebatur vnguento. Rec. vnguenti aragonij, agrispini, althææ, ana vnciam mediam, olei rutacei, laurini, ana vnc. vnam, pulueris stœchados, pulegij,

UVA. BHSC. BU 00033

maioranæ, ana drach. vnam, mastichis, garyophillorum, macis, ana drach. mediam, aquæ vitis optimæ, vncias duas: omnia simul bulliant, ad aquæ vitis absumptionem: cui posteà adde ceræ citrinæ parum: misce, fac vnguentum, quo, vt dixi, caput inungat. Sed vt in aures distilletur: sic quoque paratũ fuit, R. Olei de castoreo, liliorum alborum, ana vnciam vnam, anethini vnciam mediam, ellebori drachmam mediam, aquæ vitis vnciam vnam: misce, & in balneo mariæ bulliant omnia, quousque aqua vitis absumatur: posteà per colum traiicito, & calidum in aures infundito, gossapio moschato superimmisso: iis enim optimo victus ordine seruato, intra viginti dies, saniem ex vtraque aure emittere cœpit, aliquando albam: nonnunquã verò nigram, quam curiosè admodum abstergendam curabamus: vnde sonitum illum vniuersum caput apprehendentẽ, circa aurium meatum persentiebat: aliquando tamen percepto dolore, non admodum tamen offendente. Cæterùm, iis non contentus, chirurgum accersiuit, qui eum ceratis ab argento viuo confectis, illeuit: vnde peius habuit: nouistis autem ex Auicenna, argentum viuum, natura sua, auditui obesse,

UVA. BHSC. BU 00033

esse, tum etiam quòd materias ad partes superiores idipsum trahat, quæ dubio procul infrà trahēdæ erant, vt docet Hippocrates variis sententiis suorum aphorismorū, & Galenus firmat sexcentis suæ doctrinæ locis, veluti Auicēna fen 4. libri primi: nunc verò ita hic habet, vt immedicabilis maneat.

Curatio vigesimasexta, in qua agitur de tribus pueris fratribus, eodem morbo correptis.

FIlij Manuelis Fragosij, viri qui apud Indos diu egit, quū veherentur naui, & multam aquā per mensem integrum, nec adeò bonam biberent: ad hæc, pane nautico, & variis aliis crassis, & obstruendi facultatem habentibus cibariis, vescerentur, in febrim inciderunt continuam, quibusdam apparentibus excrescentiis, ab obstructionibus pendentem. Nam eorum ventres tumebant, & pedes œdematosi videbantur: quin & eorum facies tumore pallebant, sed præcipuè oculorum palpebræ: est autem minimus annos natus duos: secundus, annos quatuor: maior verò, sex: ad quod accitus ipse, videns omnes simili morbo laborare, eadē curatione omnes indigere iudicaui,

UVA. BHSC. BU 00033

habita tamen ratione ætatis, & variarum eorum temperaturarum: primùm nanque, optimam victus rationem illis propono, refrigerandi, & destruendi facultatem habentem: proinde victus illis, pulli caro vulgati petroselini radicibus elixa erat, aut perdix, aut turtur, aut in dumetis vigentes auiculæ, aut panatella semine melonis parata, aut ptisanæ cremor, aut amygdalatum, ex amygdalis & melonis semine concinnatum, pauco adiecto saccharo, aut ex internis pulpamentis pulli paratum contusum: pro potu verò aquam parare iussi ex hordeo integro, apij communis radice adiecta: deinde, vt quisque horum puerorum vnam vel alteram vnciam syrupi rosati solutiui, adiecta portiuncula electuarij lenitiui, quod vulgò Medici, Diasene linitiuum appellare solent, ebiberet, curauimus: tandem vt obstructiones amolirentur, eorum ventres sequenti vnguento inungebantur, quod habet, R. Succi de cicorea, vncias duas, apij, petroselini, vulgati, absinthij, menthæ, ana vnciam vnã, olei capparorum vncias duas, pulueris ceterachi vnciam mediam, corticum radicis capparorũ drachmas duas, ceræ parum, ad ignem misce, fiat vnguentum molle etiam

UVA. BHSC. BU 00033

etiam cum ipsis succis, quo bis eorum ventres in dies inungebantur, manè & vesperi: & ita respondebant, vt bis & ter eorum quisque in die egereret: quum tamen anteà eorum ventres satis constricti habebantur. Ita enim iis, pueri ij rectè habere cœperunt, vt corporis inflationes & ædemata imminui cœperint: qua de re syrupum hunc illis descripsimus. R. Radicis petroselini, cicoreæ, hordei, ana pugillum vnum, seminis melonis mundi, vnciam vnã, passarum de corinthio, vncias duas, in libris tribus aquæ fontanæ fiat decoctio ad tertiæ partis absumptionem. Recipe, Prædicti decocti vncias sex, syrupi acetosi simplicis, vnciã vnam, mellis rosati colati, vnciam mediã, syrupi capillorum veneris, vnciam vnam, & alterius mediam: misce, fiat syrupus: cuius partes ita distribuãtur puero paruo, duas propinato vncias, & tertiæ mediam, sequenti, tres vncias: maiori verò residuum: iis enim ad aliquot dies tractati habita consideratione accessionum, in quibus à cibo fugiebant, cùm concoctio in lotio apparere cœpit, vnũ vel alterum pharmacũ illis dare decreueramus. Cæterùm, quum pueri sint, & nollent obedire, nec pharmacum bibere: sic optimo

UVA. BHSC. BU 00033

constituto regimine vitæ, eos seruauimus, contenti ea vnguenti inunctione, & pauco concesso vino, prædicta diluto aqua. Cæterùm, meminisse decet, horum maiori, quia grauius & intensius febri affligebatur, ex basilica brachij vena sanguinis vnciæ tres extractæ sunt: à qua sanguinis missione, rectè habuit: porrò, ille alter, quatuor natus annos: ob patris auaritiam me absente ita tumuit, vt inde suum diem obierit: terebenthinæ autem vsu opus habebat.

Curatio vigesimaseptima, in qua agitur de plenitudine.

HOrum puerorum pater, vir annos natus quinquaginta, temperatura biliosus exustus: vt qui diu apud Indos egerit, in ano fistulam patiebatur: ex qua puris multum continuò emittebat, morbo laterali correptus fuit, continuò febriebat, ad costas dextras multum dolebat, tussiebat, & difficulter ingenti cum capitis dolore respirabat. Ad quem accedens, post quatuor vel sex horas huius morbi apprehensionis, illicò accersito chirurgo, ex interna eiusdem brachij vena, vnde erat dolor, sanguinem mittere ad vncias sex feci: qui sanè in totum

corup

UVA. BHSC. BU 00033

corruptus, & putore affectus erat, à qua sanguinis missione, aluus sua sponte commota est: sæpe nanque egerebat, pauca pro vice, biliosa, putida, & corruptione affecta, tunc syrupum ebibit violaceum, & de endiuia, prædictis dilutum aquis, & in cibo illi ptisanæ cremor erat: pro potu verò aqua hordei. Cæterum, doloris locus fouebatur sequenti fomento. Recip. Hordei, rosarum, matrum violarum, parietariæ, chamæmelæ, fœnugręci, seminis lini, maluarum, summitatum maluauiſci, ana pugillum vnum, libris quindecim aquę fiat decoctio secundum artis ministerium: facta colatura, & expressione: adde olei rosacei, violacei, ana vncias duas: misce, & vesica semiplena, vel filtro, vel spogia, loco dolenti applicetur, & sępe innouetur: locum verò absterſum, & rectè exiccatum hoc linimento illine. Recip. Axungiæ gallinæ, vnciam vnam, olei rosacei drachmas sex, violacei, vnciam mediam, chamæmelini, drachmas duas, butyri recentis, vnciam mediam, pauca cera alba, ad ignem misce, fac linimentum: sequenti die etiam circa locum dolebat, & intensè febriebat, & caput dolebat: quibus de causis, iterum ex eodem facto vulnere, totidem

UVA. BHSC. BU 00033

vncias sanguinis demere curaui: qui ita corruptione affectus erat, ac primus. Vltimus tandem rubicundus apparuit, vnde melius habere cœpit: dolor nanque minui cœpit, & febris remitti: sed & capitis dolor ferè eodem die leuatus fuit: ad os tamen amarorem persentiebat. Cæterùm, primo die morbi, hic per interualla syrupum violaceum simplicem, cochleari lingebat: quibus paucis, multũ excreabat, & ad septimum vsque diem melius semper habuit. Aduertendum tamen duximus, quòd tertio die, ptisanæ loco, amygdalarum cremorem saccharo concinnatum habebat: quinto ius pulli ebibit: sexto ad alas ipsius pulli deuenit: imbecillis nanque factus erat, & eò magis, quia per fistulam illam antiquã multum puris emittebat. Porrò, quia bilem per cassiæ ægyptiacæ pulpamentum purgandam decreueramus: & ille non obediuit, pessimè habuit: & morbus ita contractus fuit, vt mirum fuerit, quòd ex eo diem suum non obierit: post duos tamen menses valetudini integræ restitutus fuit.

Curatio vigesimaoctaua, in qua agitur de cordis angustius, & ani-

mi

mi anxietudinibus, ob suppressos menses euenientibus.

HVius vxor, quum mensium respondentiam exactam non haberet, ita vt vtero gerere firmiter crederet, mentis obtenebrationibus, & cordis angustiis, ita sæpe detinebatur: vt omnes, etiam sibi chariſſimos filios odio haberet: quo tempore paroxismi, vestium omne genus, ex pectore, veluti quæcunque in capite gestabat, deponebat, & reiiciebat. Quæ omnia secta ex brachio interna vena, abundéque extracto sanguine, in totum atro, & crasso, libera euasit. Nam pedis saphena, vt quæ meritò secanda erant, vt quæuis alia pedis, nunquam apparuit. Cæterùm, elapsis posteà paucis diebus, menses cursum solitum suum habuere, & basilicè habuit.

Curatio vigesimanona de febre interficiente.

STephanus Aranius ex patritia Ragusæorũ gente, iuuenis quinq; & viginti annos natus, robustus, & musculosus, & otio deditus, crapulæ, & veneri, vt nobi-

UVA. BHSC. BU 00033

les adolescentes factitare solent, multùm indulgebat. Quare in stomachi imbecillitatem, & messeraicarum venarum obstructiones, atque duritiem incidit: quoties verò largiore potu vtebatur, in sæuissimum intestinorum, & ventriculi dolorem incurrebat: quo adeò miserè vexabatur: vt crebrò illud ex sacris, repeteret, In manus tuas domine, &c. Habebat præterea & capitis vertigines, & animi deliquiũ. Cæterùm, hic, circa idus Octobris febri corripitur biliosa, & nunquam intermittente, quibusdam tamen excrescentijs satis apparentibus, quas à vitellina bile originem trahere, pro certo habebamus, vt paulò inferiùs dicetur. At hic, sub initium mente parùm valebat, sitim non habebat, fortè ob multam in ventriculo congestam pituitam. Febris tactu non adeò intensa erat, immò omni morbi tẽpore, mitis semper apparuit: vrina crassa, turbata, & veluti subiugalis, pituitosa in ea residentia, apparebat: quam ex gonorrhæa prouenire, familiares aiebant. Pulsus tactui valdè resistebant. Cæterùm, vomitiones prassinam bilem referebant: quæ res, vt de iuuene malè suspicaremur, effecit: ob nimiam autem iecinoris, & venarum caliditatem, eam prouenire

UVA. BHSC. BU 00033

nire non verò ob ciborum cruditatem, multa fidem faciebant. Primò enim, pituitosa in ventriculo contenta euomuerat: ex assata autem bile flaua, vt Galeno placet enarratione 38. commentarij secundi prædictionum Hippocratis, vitellina euadit: & inde ex vitellina prassina, ex prasina eruginosa. Tandem ex eruginosa atra bili, sicca & feruens consurgit. Ad hũc igitur accersitus ipse, cùm iam ægrotus leniens medicamentum ebiberat, per assistentem medicum perscriptum, consultum fuit, de sanguinis missione: vnde tunc sanguinis vnciæ octo extractæ sunt. Cæterùm, septimo die morbi, ad eum reuersus, inuenio insomnem noctem cum delirio transegisse: & tunc pulsus illi imbecilliores erant, lotium turbatum, immò per interualla ægrotus ipse non rectè mente constabat. Varia nanque effutiebat, immò (vt tunc ab assistentibus mihi relatum fuit) tres anteà noctes non dormierat: quibus ad oblata, vtcunque se habebat: vnde ea consultatione, hunc moriturum prædixi: scapulis tamen cucurbitulæ, secta cute infixæ sunt: & sanguis per eas abundè extractus: quin & ano hirudines admotæ, & cordi, refrigerans epithema cordiale dictum, veluti capiti irriga-

tio

UVA. BHSC. BU 00033

tio quoq; pro somno conciliando, refrigerandi vim habens. Cæterùm, cum ijs, pulsus imbecilliores erant, & ęgrotus ipse omnia cibaria iam abhorrebat, tũc ad capi destillatitiam aquam deuẽtum est. Hic demùm nihil mali persentiebat: sed gemitus ingentes, per interualla, ingentem spiritus difficultatem præ se ferentes: immò certum obitum, emittebat: tandem, viribus omnibus prostratis, initio decimi diei, obijt, non sine matris mœrore, vnicus illi erat, & dies satis, obijt autem die plenilunij, quando ex directo luna soli opponitur, & plena dicitur.

Curatio trigesima, in qua agitur de dolore in iocinore.

DIdacus Pyrrhus, vir Græcè & Latinè peritissimus, & magni nominis poëta. Cùm in suburbio Ragusij ageret, (recèns enim ex Byzantio venerat) vbi pestis grassabatur, ob esum fortè pomorum crudorum & cibariorum malorum, bilis vitellina in eius stomacho genita est: quæ ad iecur descendens, magnum dolorem inferebat, vnde febris orta est: & sinistræ manus stupor insignis. Cæterùm hic cùm Byzantij simili morbo correptus esset, & medicorum cõsilio illi secta esset brac

VVA. BHSC. BU 00033

brachij vena, & extractus bis sanguis, ad vncias viginti, vt propè obitum esset: de morbo timuit: quare cùm malè sic haberet, de sanguine extrahèdo solicitus erat. At ego materiam extra venas dignoscens à sanguinis missione fugiendum iudicaui. Secta nanque vena, humor iocinoris simas partes infestans, intra iecur & venas magnas retraheretur, vnde morbus ingraueseeret, & ex facili difficilis euaderet (vt Byzantij euenit) proinde iudicio habito, vomitum prouocauimus, & multam vitellinam euomuit bilem. Tandem clysteri vno vel altero, aluum deonerante iniecto: & ptisana, pro victu, habita: ac supra dolorem vesica semiplena ex decocto rerum anodinarum, & dolorem sedantium adplicita, melius habere cœpit. Tandem pharmaco leniente ebibito, intra quatriduum sanatus est: magna artis medicę laude: vt qui tam facillimis, à tam graui morbo, & à quo vix Byzantij euaserat, liberatus est.

Curatio trigesimaprima, in qua agitur de punctura scorpionis.

VIr, qui ab scorpione in manus digito punctus fuit, multum dolebat, & refrigeratus, totus contremebat: & per corpus

UVA. BHSC. BU 00033

corpus dolores, cute tota, quasi acu puncta, formicantes patiebatur. Cæterùm, hic ab scorpione punctus, illico eum interfecit, & contusit: & contusum puncto digito superposuit: & breui à dolore liber fuit. Ad aliquot tamen dies, digitus totus excoriatus fuit, & quasi ab igne exustus reddidus, & ex toto sanatus.

SCHOLIA.

Scorpio qui læsit contritus, & super locum impositus, iuuat, vt testatur Dioscorides, sic dicens, libro sexto suæ Medicinæ, in remedio erit scorpionis punctura scorpio ipse: qui læsit contritus, & super locum impositus, tanquam iniuriæ vindex, et perniciem, quam intulit, corpore suo luens, dominante illa rerum dissidentia, vt constat, & subdit. Prodest, & scorpius quicunque tritus cum sale, ac lini semine, & althæa herba impositus.

Curatio trigesimasecunda, de febre continuò affligente: cui posteà sanguinis reiectatio subsecuta est, & posteà sanguis per secessum exiuit.

MIles temperatura sanguineus, pluuioso tempore iter cum ageret, domum reuersus in febrem continuam incidit: caput dolebat, sitiebat, & valdè conquereb

UVA. BHSC. BU 00033

querebatur. Accersitus itaq; ad eum, illico ex communi vena, in brachij curuatura, sanguinis vncias quindecim demere curaui: qui quidem sanguis, taurinam crassitudinem præ se ferebat. Ab incisa vena, vt primò febriebat: & sanguinem, ingenti tussi, reiectabat: & pectus non dolebat: multa egerebat, liquida, & varia ingentem attestantia corruptionē. Quinto die, per secessum, sanguinem purum, & bene flauum bona quantitate, absque ventriculi, & intestinorum dolore vllo, eiecit. Septimo, febri, & symptomatis alijs, liber euasit: imbecillis tamen, & ex altera aurium surdaster; à qua surditate, paucis posteà diebus, immunis quoque & liber fuit.

SCHOLIA.

Sanguis per os, ingenti illa tussi, ex thorace reiectabatur: qui postea per secessum eiectus est. Nec enim mirari est, sanguinē thorace contentum, per secessum emitti. Quando ille cor petens, per venam putealem, cauam dictam, transmitti ad iecoris simas poterit, & inde ad intestina: vnde posteà per secessum emittitur. Cæterùm, tradit Gale. lib. 6. de Locis affectis, cap. 4. nos pulmonis vomicam per vrinam: thoracis autem per intestina, & aluum expurgari vidimus. Quanquàm in primis ex pulmone,

UVA. BHSC. BU 00033

per renes, transitus nullam, re vera, dubitationem excitare debet. Etenim, vt à caua vena, ita ex magna quoque arteria rami descendunt ad renes.

Curatio trigesimatertia, in qua agitur, de dolore stomachi, cordis quoque regionem, infestante, ab humore melancholico, & viscida pituita eueniente: simulq; de podagra.

PAulus Gradius iunior, Patritius Ragusæus, annos natus quadraginta septem: temperatura melãcholicus, vigente autumno, quo atra bilis, (vt nostis) viget, de dolore stomachi, & cordis: ac posterioris partis, illi respondentis, conquerebatur. Sed noctu magis, redundabat autem in huius venis melancholia, veluti in eius ore ventriculi viscida pituita, à quibus dolor hic originem habebat. Audistis autem alias à me, ex Galeni præclara doctrina, sanguinem vena caua contentum, & cordis corpus ingredientem, non nutrire cor, cùm cor à sanguine coronali vena contento nutriatur, sanguis tamen hic crassus cũ sit, à natura in cordis ipsius priore ventriculo contentus, vt ipsum cor in medio thoracis rectè stare facit, conti-

UVA. BHSC. BU 00033

git, quod crassior quàm deceret, euaderet, id quod attestabantur, tempus fouens sanguinis crassitiem, & reruni melancholicarum longus esus, cordis dolores & ipsius nocturnæ diuturnæq; angustiæ, ac pressiones, quibus fauebat viscida pituita ore ventriculi contenta, quam, linteolo fricata lingua, nobilis vir hic euomebat. Cæterùm, vt nobilis vir hic ab hac affectione euaderet, sic curationem orsi sumus. R. Floris cassiæ nouiter extracti, drachmas sex, pulueris senæ præparatæ, drachmam vnam, electuarij lenitiui, vnciam mediam, pulueris seminum anisorum, scrupulum vnum, saccharo omnia excipiantur, & fiat bolus, detur ante cibum duas horas, quo multa egessit, nigra, & aquosa, pauca verò viscida, sequenti verò die, hunc descripsimus syrupum.

R. Radicum bugloss, borraginis, petroselini, an. vnciam mediã, senæ, epithymi, an. drach. tres, polipodij quercini recentis vnciam vnam, glicyrrhizæ rasæ, & recentis, vnciam mediam, hyssopi herbæ, absinthij, an. pugillum medium, pomorum appianorum, numero sex: seminis anisorum, drach. duas passarum, de corinthio vncias duas, corticum myrobalanorum indorum, chebulorum, an. drach. duas, in

UVA. BHSC. BU 00033

libris quinque aquæ fontis, fiat decoctio ad consumptionem tertiæ partis, & colatur. R. Prædicti decocti, vnc. quinq; syrupi de pomis compositi, vnc. vnam, oximel litis vnciam mediam, misce fac syrupum, & ieiuno stomacho, propina, & repetatur sæpè. Porrò secundo die, hirudines tres, venis hæmorrhoidalibus apponi iussi, quas per medium cum primum tumescere incipiebant, calente supposita aqua, præscindi fecimus. Ita enim per medium sectæ hirudines, auidius & magis attrahunt, dein verò iterato pharmaco ex rhabarbaro, Ægyptiaq; siliquæ atramento, cũ hieræ picræ speciebus melius habuit, non ab re, tamen fuerat, sanguinem ex interna brachij vena ob sanguinem crassum corde contẽtum, demere. Cæterùm, quia per marìscas extractus sanguis multum attulit iuuamenti, ab ea destitimus euacuatione, tunc verò foris ventriculus ipse quodam inungebatur linimento, & singulis auroris, rotulum vnum vel alterum diarhodonis abbatis, ægrotus comedebat, habet autem linimentum sic.

R. Puluerìs comæ centaurij minoris, absinthij, farinæ loliaceæ, an. vnciam mediam: seminis cumini, anethi, apij, fœniculi, ana drach. vnam, & mediam, scinanthi, spicæ

UVA. BHSC. BU 00033

ſpicæ indicæ, maſtichis, an. drach. vnam, oleorum laurini, rutacei, anethini, abſinthini, an. vnciam mediam, vini optimi vnciam vnam, & alterius mediam, miſce, & ad ignem ſecundum artis miniſterium cum cera fiat linimentũ, quo ſuccida lana excepto, os ventriculi fouebatur, præmiſſo antea fotu ex fomento prædictis rebus, & ſimilibus apparato. Cæterùm, eo tempore quo fotus, & inunctio fiebat, durities, & tenſio, perceptæ, aliquantulum circa ipſum os ventriculi dolebant, demũ cum ſic incederemus, elapſis octo diebus, iam nihil dolebat, immò durities & tenſio illa, ex toto extirpata erat. Sed audi, à deuorato rotulo illo diarhodonis, vinum pitiſabat generoſum, tunc verò poſt extirpatam tenſionem & duritiem, vt ventriculus robuſtior euaderet, ſacculum hunc parãdum curauimus, qui habet ita. R. Abſinthij, menthæ ſiccæ, roſarum ſiccarum, aniſorum, ana vnciam mediam, ſpecierum aromatici roſati, drachmas duas, maſtichis, macis, thuris, ana drachmas duas, & alterius mediam, ſpicæ, nardi, ſcinanthi, cariophilorum, cinnamomi, an. drachm. vnam & alterius mediam, galangæ minoris, drachm. tres: galliæ moſcatę meſuæ, drachmam vnam,

UVA. BHSC. BU 00033

omnia terantur. Et fiat puluis, ex quo paretur culcitra zendalo rubro consita, & intercipiatur, quam generoso vino irroratam ventriculo admouebat, & rectè valebat: victus huic, carnes perdicis sunt, aut pulli, circa potū verò scire licet, quod hic postquam ab hinc sexennium Constantinopoli podagra correptus fuit, vino abstinere sibi proposuit, vnde abstemius euasit. Cæterum, ob ventriculi imbecillitatem, & humoris atribiliarij redundantiam, me authore, victus rationem mutauit, & pauciferum vinum ebibere cæpit, à cuius potu, vt ille aiebat, melius habebat, & ventriculus rectius concoquebat. Porrò, exacto mēse vno vel altero, animi excandescentia correptus, in podagram recidit, mirum dictu, vt nunquam vir hic in podagram incidat: ni primo ira, aut merore corripiatur. Contra podagram itaque morbum remedia adhibere instituimus: erant nanque illi ad digitum crassum inflati pedes, & in suris contractio quædam neruorum percipiebatur, leuiter nanque dolebat, & ab ore multam saliuam reiectabat, dormiebat verò suauiter: & ciborum paulò iusto erat appetentior, aluum non iuxta respondentem alternis diebus infuso lauabamus.

At

UVA. BHSC. BU 00033

At, quia topica remedia adhibere sibi nunquam permisit, ad hoc sequens decoctum recurrimus, quod habet.

R. Radicũ bugloſi, endiuiæ, cichoreæ, ana vnciam vnam, roſarum ſiccum, pugillum medium, paſſarum, vnciam vnam, polipodij quercini recentis, & cõtuſi, vncias duas, hordei integri vnciam vnam, florum cordialium omnium pug. vnum, in libris quinq; aquæ fiat decoctio quouſq; remaneant libræ tres, & coletur, cui adde, ſyrupi roſati de roſis ſiccis vncias duas, ſyrupi roſati ſolutiui, vncias duas, & alterius mediam, miſce, fiat potus longus, de quo ſingulis diebus ieiuno ſtomacho, ſingulas octo vncias calidas bibat. Hoc etenim decocto, deſtillatio à capite illico coercita fuit, & aluus rectè reſpondebat, tandem intra viginti dies, à podagra ſanatus eſt. Cæterum, in huius morbi inclinatione pedes lauati ſunt, & ab eis vngues, & cruſtoſæ ſuperfluitates plantis hærentes, cultro præciſæ, habet autem lauacrum hoc modo.

A. Summitatum myrtillorum, roſarum rubearum, balauſtiorum, ana pug. vnum, camęmelę pug. medium, nucum cupreſſi, numero ſex, in libris octo aquæ, & duabus vini rubri optimi ſtipticitatem præ ſe

UVA. BHSC. BU 00033

ferentis, misce, & fiat ebullitio sufficiens, & fiat lauacrum, quo vniuersa curatio clausa fuit. Cæterùm, vt hic ab ouis abstineret suasi, veluti à rebus aperiẽdi vim habentibus, familiarem tamen sibi orizam haberet, veluti similaginem, & farrũ, maluam, mercurialem, betam, pruna, caules, & ex carnibus, optimas permisi, vinum porrò, vt dixi, fugere sibi proposuerat, cuius loco aquam mellis introduxit, sic à nobis apparatam.

R. Coriandri præparati, vnciam vnã in libris decem aquæ fiat decoctio sufficiẽs, & coletur, cui decocto adde, mellis despumati optimi libram vnam, ad ignem lentum coque sufficienter, semper spumam demẽdo, vel loco mellis communis, mel saluiatum mittebat, quod ita meis mãdatis parabatur. mellis optimi rutili, & rectè despumati libras vigintiquinque, accipito, in quod, florum saluiæ recentium libras quindecim, per horas vigintiquatuor, macerari finito, ac postea floribus ipsis torculari optimè expressis, & abiectis, iterum totidem florum saluiæ libras prædicto melli adijcito, & per vigintiquatuor quoque horas maceratos finito, & vt primo torculari exprimito, & postea abijcito, quod & tertio repetito, quod mel

UVA. BHSC. BU 00033

mel tandem per colum laneum traijcito, & ad ignem admoueto, & coqui finito, quousque syrupi rationem obtineat, aliter autem ob humiditatem à floribus cõtractam, breui mucidum euaderet, & non perduraret, sed corrumperetur, ex hoc igitur saluiato melle, aquam mellitam parat, quam sibi familiarem habet, & ea per totum annum vtitur, & basilicè valet, quod verò ab animi affectionibus fugiat, illi cura est, quoties autem excandescit, illico podagra afficitur.

Curatio trigesimaquarta, in qua agitur, de puero sæpè in febrem cum vermibus propter obstructiones, & malum vitæ regimen incidẽte.

IVnius Gradius, Patritij prædicti nepos, optimæ habitudinis puer, annos natus octo, varijs quum cibarijs, & fructibus autumnalibus multis indiscretè, vt à voracibus pueris fieri solet, vesceretur, in mesenterij & venarum meseraicarum obstructiones lapsus est, vnde febrim per interualla patiebatur, cum qua & vermes multos sed paruos egerebat, ad vmbilicum dolebat, & tactu eo in loco obstructiones esse percipiebamus, subduriusculum

UVA. BHSC. BU 00033

lus nanque locus quadam cum tensione erat, pro quibus omnibus deponendis affectionibus, optimo victus ordine constituto, & à fructibus & rebus obstructionem parientibus alienato, sic orsi sumus.

R. Floris cassiæ nouiter extracti, vnciã mediam, specierum hieræ picræ drachmas duas, pulueris glicyrrhizæ drachmã mediam, misce fiat bolus, quo rectè egestit, postea verò syrupũ hũc describimus.

R. Radicis petroselini, apij, graminis, ruſci, fœniculi, ana drach. duas, sem. ruſci vnciam mediam, capillorum veneris, coralinæ, ana pugill. medium, senæ, drach. vnam, polipodij vnciam mediam, passarũ de corinthio vnciam vnam, libris duabus aquæ fontis excipiantur, & fiat decoctio secundum artis præcepta, ad consumptionem tertiæ partis, & coletur.

R. Prædicti decocti vncias tres syrupi de duabus radicibus vnciam vnam, misce fac syrupum, quem cõtinuè interim dum decoctũ durauerit: item, foris locus præ durus sequenti vnguento inungebatur.

R. Succi absinthij, apij, cichoreę, petroselini vulgaris, foliorum raphani, ana vnciam mediam, olei capparorum, amygdalarum amararum, ana drach. sex, pulueris cæterach. capillorum veneris, corticum

rad

UVA. BHSC. BU 00033

radicum capparorum, camæmelæ, ana drachmam vnam, ceræ, quantum sufficit: misce fiat vnguentū molle, quo bis in die venter illinatur, porrò, ebibitis quinque syrupis, & nonnulla apparente, cō coctione materierum, hoc ebibit pharmacum.

R. Rhabarbari optimi, & pisti per noctem infusi in vncijs duabus destillatitiæ fœniculi, drachmam vnam, in aurora fiat expressio fortis, & prædicto diluto, adde, mannæ electæ vnciam vnam, & altérius mediam, electuarij lenitiui, drach. duas, cinnamomi scrupulū medium, iuris pulli parum: misce, fiat haustus vnus, detur in aurora, & suprà dormiat, quo aluus rectè respondit, & optimè valuit, ad aliquot tamen dies, singulis auroris, singulos rotulos drachmales gustabat. Cæterùm, puer hic, quum manus verrucis varijs, & ingentibus satis fœdatas haberet, ignitis sarmentis dextræ adhibitis, absque dolore vllo, intra octo dies sanus, & ab hoc fœdo vitio liber, & immunis euasit.

Curatio trigesimaquinta, in qua agitur, de febre cum dolore, ad costas nothas, simul quòd cucurbitulæ secta cute, morborum initio rectè exerceri possunt.

Huius

VVA. BHSC. BU 00033

HVius ancilla muliercula Illyrica, annos nata sex & quadraginta, quę byzantij apud Hæbræum Hispanum seruitutem seruiuit, febri laborabat continua, qua & caput continuò dolebat, & per vniuersum corpus lassitudinem persentiebat, & ad costas mendosas dextri lateris dolorem patiebatur, ad quam vocatus medicus, cucurbitulas secta cute scapulis affigi iussit, & sanguinis vncias quinque demere, cùm tamen anteà duos dies, medicus hic cùm apud Stephanum Mensæum Patritium, qui malè habebat, essemus, & propositum à me esset, de affigendis cucurbitulis scapulis cum scarificatione, firmiter contendebat, Galenum nunquam vsum fuisse cucurbitis, stante repletione, ignorabat autem ille Gal. doctrinam, vt qui cucurbitulas eo in casu, siccas quod aiunt, absque sanguinis extractione, abneget, secus autem cute secta, & extracto sanguine, id quod Auicenna interpretatus est, candidè cùm dixerit, cucurbitæ cum scarificatione, vicariæ sunt phlebotomiæ, proinde hic doctus factus mulieri huic cucurbitulas secta cute affigendas curauit, & sanguinis vncias quatuor demere, ad quam sequenti die accersitus ego, eam prædicta febre cõtinua

labor

UVA. BHSC. BU 00033

laborantem inueni, cùm qua & lotium crassum rubrum apparebat, & dolor ad nothas costas dextras eam vexabat, qui dolor, non à phlegmone, vel pleuritide, ortũ trahebat, sed potius à flatuoso quodam spiritu, eo in loco occluso, malam qualitatem, & solutionem continui inducente, quanquam, vt verùm fateamur, & ad Galeni mentem loquamur, alterum horum sæpè sit satis pro inducendo dolore interno dicamus, secus autem in externis doloribus, in quibus & mala qualitas & solutio continui semper necesse est reperiantur & concurrant, vnde Galenus in sua doctrina, alterum horum per se natum esse introducere dolorem, quãdoque meminit præcipuè quando de internis doloribus corporis interiores partes occupantibus loquitur, cum à minori causa, & facilius alterari possunt interiora, quàm exteriora. Sed hæc, quasi per transennam sint dicta, & ad institutum nostrum reuertentes, dicamus, quòd dolor mulierem hanc infestans, à frigore tãquam à causa procatarctica sanguinem mouente ortum traxit, vigebat autem hyems. Ijs igitur perpẽsis, iussimus, vt hęc vini loco, aquam decoctionis cinnamomi pro potu haberet, in victu verò offam

iure

UVA. BHSC. BU 00033

iure pulli intinctam, & parum martij panis comederet, instituimus. Cæterùm, locus dolore affectus ex vnguento anodino dolorem sedante, & resoluente illinebatur, demum humoribus per syrupos ebibitos præparatis, ad expulsionem, concoctione apparente, pharmaco purgata est, & melius habere dixit, postea tamen ad cutem exantematha, qualia ex sanguinis redundantia oriri solent, floruere: error nanque fuit, quando cucurbitulæ admotæ fuerunt, vena secta non fuit, & sanguis abūdè extractus, præcipuè ex interna brachij eundē locum affectū respiciēte, vt cunque tamen septimo die, rectè valuit, & nunc firmata valetudine vtitur.

Curatio trigesimasexta, in qua agitur, de muliere continuò febriente, cum tussi, & purulēto screatu.

VXor Georgij à Martinis, ciuis Ragusini, aliquando sanguinem ex pectore reiectauerat. Cæterùm, nunc continua febre laborat, tussiebat, & screatum purulentum mittebat, & ad pectus dolebat, huic occurrentes nos, cum sanguinis missionem renueret, ab ebibito pharmaco manna composito, melius habere visa est. Cæterùm, duobus elapsis mensibus,

phth si

UVA. BHSC. BU 00033

phthisi consumpta, diem suum obijt, contraxerat autem, vt intelligo, à matre morbum, ex quo quoque decesserat.

Curatio trigesima septima, in qua agitur, de muliere pariente geminos, marem & fœminam, quæ non rectè purgata est, vnde diem suũ obijt.

VXor Michaëlis Scipionis Bonij, ex patritia Ragusæorum familia, annos nata sex & triginta, Geminos peperit facili, vt ab obstetrice percepi, partu, marem & fœminam, ex quibus mas illico obijt, fœmina supersest. Cæterùm, hæc nono à partu die, quum suo, & assistentium mulierc ularum iudicio, abundè purgata videretur, febri continua corripitur, qua & per interualla non mente constabat, sed multa effutiebat, & delirabat, non sitiebat, nec eius lingua admodum arida aut denigrata erat, nõ egerebat sua sponte, sed irritata balano, aut clysteri aluo: est sanè febris hæc synochus, ortum à sanguine menstruo cotyledonibus retento, & putrefacto, habens, qui per putidos fumos continuò cor petens, & fancinans, febrem hanc gignit, & inde caput obre-

pen-

VVA. BHSC. BU 00033

pens, & animales spiritus malè afficiens, delirium parit, non sitiebat, nec linguam aridam, aut denigratam habebat, ob nimiam humiditatem capite, & stomacho contentam, cùm quibus continuò vigilabat ob calidos, fortè & siccos continuò ascendentes fumos, qui cùm malam qualitatẽ in ipso capite imprimerent, & membra nullarum distensionem facerent, dolorem continuum inducebant, quem ipsa persentiebat, ad eam igitur accersitus medicus de sanguine detrahendo, ex saphena contendebat, quod cùm ab illa impetrare non posset, erat enim valde timida, venæ sectionis vice ad varia conuertitur remedia, nam frictionibus, retractionibus, cucurbitulis, non minus syrupis aperiendi, & mẽses educendi facultatem habentibus, non admodum tamen natura calidis vtebatur, quin, & membrorum extremitates fomento infrigidandi, & somnum conciliandi, vim habente irrigandas iussit, ad hæc, temporibus vnguentum populeum naribus, auribus, & brachialibus, postea illini curabat, doctè admodum morbi causam, & febrim, ac symptomata considerans, Nam morbi causa, sanguis obstructus & retentus, aç refrigeratus ipsis in cotyledonibus est, qui

UVA. BHSC. BU 00033

qui prouocatione, incisione, apertione & subtiliatione indiget: pro quibus complendis operationibus, medicamētis calidis indigemus: quæ dubio procul febrē acriorem reddunt, intendunt, & symptomata omnia augent: & consequens mulierem hanc in dilirium maius traherent: vnde de phrenetide timor erat, quòd si contra febrem tentare proposuerit, si igidis vtatur decet, quæ sanguinem densant, meatus obstruunt, & morbi causam fouent magis & augent. Ad hanc igitur vocatus ego, quinto die morbi, eam eo dicto modo afflictam inueni, cui vires vtcunque constabant, & ad ea quæ illi offerebantur rectè se habebat: eius tamen lotium crassum, turbulentū, & subnigrum, quantitate multum erat, quod menstrui sanguinis substantiam præ se ferebat: vnde quum mulierem hanc ita afflictā considero, quæ ob timorem sanguinis detractionem (secta vena renuebat, hæmorrhoidibus, quas pati solebat, & mu ieres assiduò parere solitæ, sæpe incurrunt, quatuor hirudines admouere, & eas semiplenas per medium secare curaui, ac perforata sella sedens ad calentis aquæ vapores ferè librā sanguinis fluere permisimus: tunc victus huic, ptisanæ

nota

UVA. BHSC. BU 00033

cremor mistus pulli cõtuso multo semine melonis apparato erat: potus verò hordeacea ex pullo nõ admodũ discocta, sed ea nocte parum dormiuit, & multũ deliravit, & floccos ab stragulis euellebat, & festucas colligebat, & manus sępe porrigebat, & eas ita cõtrahebat, & euertebat, vt exteriores articulorũ partes intus conuerti viderentur: spasmosum nanq; motũ patiebatur, nã lecto nunquã quieta manebat: porrò media nocte huic ius pulli, aut simile offerebatur, & in aurora syrupum hũc bibebat. R. Capillorũ veneris manipulum medium, seminis melonis, citruli, cucubitæ, omniũ mundatorũ ana drach. duas, radicis endiuiæ, bugłosi, petroselini, ana drach. vnam & mediam, hordei pugillum vnum, cicoreæ manipulũ medium, prunorum pinguium numero decem, florum cordialium, ana pugillũ medium, in libris tribus aquæ fiat decoctio ad consumptionẽ tertię partis, & coletur. R. Prędicti decocti vncias quinq;, syrupi de duabus radicibus, de cicorea, oximelitis ana vnciam mediã: misce, fac syrupũ: nam tunc melius habere visa est, & ante prandium suris & femoribus frictiones exercebãtur, & cucurbitæ scapulis veluti brachiis retractiones, & ligaturæ adhibeb

UVA. BHSC. BU 00033

hibebantur, & tunc lotium clarius apparuit, & febris minui cœpit, & non delirabat, & quæ illi offerebantur, comedebat: imò tunc conqueſta eſt, quòd à tam multis remediis illi adhibitis fuerit vexata: ſeptimo non dormiuit, ſed delirabat: qua de re, oxirhodinum capiti applicitũ fuit, & peſſus ex ſucco mercurialis & mytridaceo antidoto conſitus, ad os vteri intromiſſus eſt, tunc in lecto mediebat, & conſpurcabatur. Cęterũm, à prandio febris intenſa eſt, ſed veſperi remiſſa. At ante cœnã clyſterium paratum fuit: quo immiſſo, ægretulit, imò in animi deliquium deuenit, adeò vt eam emortuam aſſiſtentes putarent: ſed poſteà optimè egeſſit, & ita rectè habere viſa eſt, acſi nihil mali haberet, optimè loquebatur, & febris lenis & remiſſa erat, & de conuulſiuo motu nihil tũc in arteriis, aut manibus percipiebatur: poſteà tandẽ ita piſſimè habuit, vt frictiones, & retractationes ante cœnam ſolitas, aſſiſtentes mulieres prætermitterent: imò tunc parum cœnata eſt, & à cœna duas horas, requiei Nicolai deſcriptione drach. vnam, & alterius mediã ex lactucæ decocto ebibit, & vnguẽto ſomnum euocante, tẽpora, aures, nares, frõs, & brachialia illinita ſunt, quibus etiam

UVA. BHSC. BU 00033

totam noctẽ non dormiuit: vnde à pharmacho, quo dilli ebibendũ decreueram⁹, abstinuimus: octauo omnia in deliriũ verſabantur, & vrinæ excretionẽ abſq; recordatione patiebatur, parũ loquebatur, ſed contractis manibus floculos colligebat: tũc abraſis capillis, irrigatione ſomnũ cõciliante caput irrigabatur: quæ habet. R. Hordei mundi, florũ nenupharis, foliorũ lactucæ, endiuiæ, portulacæ, an. pug. vnũ, hyoſciami, pug. mediũ, roſarũ, violarum, anethi viridis, an. manip. vnũ, corticũ radicis mãdragoræ, vnc. mediã, calicũ papaueris albi & nigri cum ſuis ſeminibus, ana numero tres, ſem. lactucæ, portulacæ, endiuiæ, an. vnc. mediã, camęmellæ pug. medium, in libris duodecim aquæ fiat decoctio ſecundũ artẽ, & ſpõgia noua ex alto caput irroretur, ad minus per mediã horam: tandẽ abſterſo capite, illinatur hoc vnguento. R. Vnguenti populeonis, vnc. vnã olei violacei, an. vnc. mediã, opij grana quinq;, aceti drach. mediã, ſucci hioſcyami, pulueris radicis mandragoræ, ana drac. vnã, ſem. lactucæ, portulacæ, pulueris camęmellæ an. drach. vnã, & mediã, ceræ parũ, ad ignẽ ſecundũ artis miniſteriũ fiat linimentũ, quo & tẽpora, & nares, & aures, & brachialia illinebantur: imò ſpõgia

lini

UVA. BHSC. BU 00033

linimento imbuta ad nares apposita est: quod si tunc mandragoræ, aut eius generis varij pomũ aliquod luteum haberetur prope nares admitteretur. Cæterum, cùm hęc agerẽtur, destillatitia ex capo aqua illi bibenda offerebatur, quemadmodũ iam antea instituebamus, veluti & pulli contusum hordeaceæ ptisanæ admistũ: sed hęc somnũ nunquam conciliare potuerunt: proinde ad clysteres sic confugimus. R. Corticũ mandragoræ vnc. mediam, hordei mundi pug. vnum, calicum papaueris cum suis seminibus, numero tres, seminis endiuiæ, lactucę portulacę, an. drac. duas, foliorum violarum, maluarum, ana pug. vnum: in libris tribus aquæ fiat decoctio ad consumptionẽ tertiæ partis. R. Prędicti decocti vncias quindecim, olei rosacei, violacei, nenupharini ana vnc. vnam, sacchari vnc. vnam, cassiæ extractę vnciã vnam, salis drach. vnam, ouum integrum optimè conquassatũ, vnum: misce, fac clysterem, nono die: omnia eadem erant, in quo lunæ cõiunctio soli vigebat: quo factum est, vt syrupum de papauere cõpositum cũ decocto lactucę, & foliorũ & florum nenupharis, post cœnã ebiberet, aut eius vice, requiei Nicolai descriptione drach. duas, decocto lactucę, & florũ ne-

UVA. BHSC. BU 00033

nupharis, cum calicibus papaueris, parato excepţas, assumeret: & interim quum hæc exercebantur, sequentem syrupum bibebat. Recipe, Syrupi de acetositate citri, vnciam vnam, de succo acetosæ vnciam mediam, decocti florum nenupharis, lactucæ, acetosæ, vnc. quatuor, misce. Cęterùm, febris hęc variè habebat, cùm quandoq; eodẽ die insurgebat, & valida ac intensa apparebat: quandoq; verò deprimebatur, & remissa percipiebatur: adeò vt eodẽ die, ternas & quaternas mutationes febris hęc faceret: vnde mihi in mentem venit Hippocrates libro primo Prorrhetici, textu 27. dicens, Frequentes in phreneticis permutationes conuulsionem indicãt: erat autẽ mulier hęc cõuulsione (vt dixi) maximè affecta. Cæterùm, Galenum aliter Hippocratem interpretari in iis citatis verbis me non latet: nec enim credere est, febris varietatem hanc, ex varia febrium complicatione gigni. Demùm, cùm hæc vigil semper maneret, morbus increbuit, & prævaluit, eius viribus succumbentibus, adeò vt illi phrenitis confirmaretur: duodecimo die huic crura frigida ac emortua sunt facta: quia à caloris fonte lõginqua: vnde pedũ arteriæ motus, quę ad digitũ magnũ percipiuntur,

UVA. BHSC. BU 00033

piuntur, deficiebãt, & non apparebãt: demùm tertiodecimo die, suũ diem obiit: apud me tamẽ opinio semper fuit, quòd mulieris huius morbus, ab ipso die partus cœperit: nam & amaricatum oris, & febrim, & corporis totius lassitudinem illicò persensit: quæ omnia mulieres assistẽtes in lactis generationem reijciebant.

Curatio trigesimaoctaua, in qua agitur de papillarum dolore, & earundem scissuris, ac contra eas remedio.

ENixę mulieres, post partum sępe cõqueri solent de papillarum dolore, & earundem scissuris: pro quo leuando malo, nullum præstantius, nec votis magis respondens remedium, hoc vno infrà scribendo comperi, quod habet. Recipe, Vnguenti populeonis, de plumbo, ana vnciam vnam, opij thebaici grana quinq;: misce, fac vnguentũ, & eo inunge mamillarum papillas, quas quum mulier puero lac dare voluerit, vino diluto lauet: & posteà iteret: est sanè remedium hoc certum & indubitatum. Cæterùm, vxor Salomonis Erguij, dolore & scissuris ingenti cum fẽbre torquebatur, cui bis vena secta fuit, & sanguis abundè

UVA. BHSC. BU 00033

extractus, & inde admoto topico remedio citato, breui sanitatem adepta est.

Curatio trigesimanona, in qua agitur de splenis duritie, ex quartana contracta.

QVi ex Thessalonica ad me venit, mercator cognomento Crispinus, natus annos triginta, temperatura biliosus, coloris nigelli, lienis magnitudinem ingenti cum duritie patiebatur, quam ex quartana olim habita contraxerat: solet autem splen, vt nostis, obstructionibus, & scirrhis facilè tentari: præsertim iis in corporibus, quæ quartana longa laborarunt, & gelidam multam biberunt: nihil enim spleni malè affecto magis aduersatur, quàm aqua: qua de causa suadeo, quoties Medicus quartana laborantem sibi curandum proposuerit: cuius quartanæ, lien fons & origo sæpe est, aut induratos lienes minuere decreuerit, quòd ægrotantes non solùm ab aqua abstineant pura, sed etiam ab stillatitiis herbarum curet: quarũ vice, decocta ex ipsis herbis ad rem facientibus parare facillimè poterit: quæ per se propinari possunt, vel syrupis misceri: sed hæc tanquam dicendorum præfatio sit, cùm multa & pul-

chra

UVA. BHSC. BU 00033

chra pro liene curando in scholio habebis. Hūc igitur curaturus, sanguinis missione omissa, vt quæ huic casui tunc non conueniebat, sic orsi sumus, Cōstituta primò optima victus ratione, quæ extenuās esse debet. Nam Galeni præceptum est, ex libro vndecimo Methodi med. decerptū, & à Medicis in vsum praxis adductum, & hodie obseruatum, obstructa non sunt aperienda priusquam plenitudo vacuetur: & quoniam purgatio non rectè celebratur ante corporis præparationē, iuxta illud Hippocratis satis triuiale, cùm quis vult purgare, oportet prius fluida facere: proinde hunc ad euacuationem primò præparatum purgauimus: sic autem euacuationi præparatio anteiuit. R. Herbæ fumiterræ, lupulorum, scolopendriæ, capillorum veneris, ana pugillum vnum, cuscutæ, betonicæ, ana pugillum medium, epithymi, drachmas duas, seminis anisorum, fœniculi, ana drachmam vnam, & mediam: in libris aquæ tribus fiat decoctio secundum artis ministerium, ad consumptionem tertiæ partis, & coletur.

Recipe, Prædicti decocti, vncias quatuor, syrupi lupulorum, de fumoterræ, syrupi acetosi diarhodonis dicti, ana vnciam mediam: misce, & fac syrupum: &

UVA. BHSC. BU 00033

donec decoctum perdurat, iteretur: posteà verò bolum hunc illi obtulimus, qui habet. Recipe, Electuarij lenitiui vnciam mediam, agarici recèns præparati scrupulos duos, confectionis amech. drachmas tres, saccharo omnia excipiantur, & fiat bolus, quem in aurora vt decet, capiat, quo aluus rectè respondit. Cæterùm, post hæc peracta, ad lienem ipsum induratum emolliendum, & minuendum, vniuersus noster conatus versabatur, non solùm intus exhibitis, sed foris admotis: proinde sic describimus.

Recipe, Corticis thamarici, radicum capparorum, ana pugillum vnum, radicum fœniculi, apij, ruſci, asparagi, ana vnciam mediam, seminis anethi, fœniculi, apij, anisorum, carui, foliorum matris syluæ, periclymeni dictæ, ana drachmas duas, sennæ vnciam mediam, polipodij vnciam vnam, cuscutæ, epithymi, myrobalanorum indorum, citrinorum, chebulorum, ana drachmas duas, herbæ ceterach. manipulum vnum, libris sex aquæ: omnia excipiantur, & ad ignem fiat decoctio ad medias, secundum ordinem pharmacopolium, & coletur: cui posteà adde aceti acerrimi vncias tres, & iterum ad ignem parum ferueat: ex

quo

UVA. BHSC. BU 00033

quo in aurora vncias septem, vel octo, ieiuno stomacho, bibat, & totidem ante cœnam, duas horas, quia eius ventriculus optimè ferebat, & ad oblata rectè se habebat, succesſu verò tẽporis, huic apozemati, aceti scillitici portiunculam addebamus, Galeni præceptis innixi, libro de Facultatibus simpl. medic. quinto, capite vndecimo, sed extrinsecus, fomentum ex multis citatis herbis, & flore genistæ, semine lini, fœnugræci, malua, radice althææ, ireos, cucumeris asinini, absinthio, cuscuta, asaro, flore chamæmelæ, meliloto, semine anisorum, fœniculi, carui, aqua & aceto incoctis quoque parabatur. Sæpè autem dixi, acetum tam intus quàm extra splenì maximè conuenire, & opitulari, vt Galenus sæpè docet, præsertim citato à nobis loco, post fotum verò lienem, & rectè absterſum, atque optimè frictum, ammoniacum aceto dissolutum ad vnguenti formam redactum, & lana succida exceptum, superponebatur, quod medicamentum in emolliendis huius visceris duris tumoribus, Galenus summopere laudat, & nos ipsi præstans esse, sæpe experti sumus. Sic enim Galenus, libro quartodecimo Methodi medendi, capite quinto, inquit.

At

UVA. BHSC. BU 00033

At in liene & carnosis musculi partibus scirrho affectis, tutus aceti est vsus, quippe raræ sunt naturaliter hæ partes, nec est quod metuas, ne quis neruus eius vi lædatur, ac ammoniaco quidem thimiamate cum aceto, etiam alij non pauci lieni imponentes vruntur, ad luti, scilicet crassitudinem, quod ex vtrisque mistum est redacto, idque solum ei curando satis fuit, & cætera, quæ Galenus inibi tradit. Porrò, splenem quoque fouere aceto acerrimo, in quo marchasita dicta lapis pyritis candens, & ignita extincta fuit, spongia vel filtro exceptum ad Galeni mentem optimum est remedium, non minus vinum decoctionis radicum filicis ad medias, & ebibitum per viginti dies splenis duritiem minuit, Galenus quoque libr. 2. artis curatiuæ ad Glauconem, cap. 6. tradit, lienem aut flatu, aut scirrho, facilè affici: quo circa, quum flatu lien, at potius ædemate tumuerit, absinthio perfundi postulat, ac posteà emplastro foueri ex sulphure & plurimo alumine constante. Quòd si scirrhon lien occupetur, digerendi facultas præpollere debet, astringendi verò exigua portio admisceri, vt in flore salis exterius supra ipsum lienem lineo panno excepto,

& app

UVA. BHSC. BU 00033

& applicito, reperitur. Cæterùm, horum remediorum meiori parte, nos pro liberando hoc Hebræo, vsi sumus, & sanus euasit, victus huic, extenuans erat, ex rebus quæ facilimè concoquuntur, & succum bonum, & tenuem adgenerant, potus verò, vinum erat, ex decoctione asplenij herbæ, dictæ citrach.

SCHOLIA.

Lien viscus est, ex ijs quæ sanguinem expurgant, vt Hippocrati & Platoni placet, referente id Galeno lib. 2. de Facult. naturalibus, cui insita vis est melancholiam ad se trahendi, non propterea humore crasso nutritur, sed verius nigro subtili, subtiliori autem succo lien nutritur quàm iecur, vt aliàs ex Galeno dixi, qui lien per intestina expurgari debet, nõ verò per vias vrinæ, vt Galenus candidè docet, libro methodi medendi tertiodecimo, ad hunc modum dicens, In liene verò alteram duntaxat esse superflui vacuationem, cùm quæ per renes agatur nulla huic visceri vacuãdo via pateat, proinde vbi phlegmone premitur, dejecturijs id medicamentis, tum detergemus, tum laceßimus, quo remittat deponatq; superflua, & cætera. Per quæ verba Galenus satis clarè docet, quòd à liene ad renes nulla pateat via, per quam purgari possit, sed magis ab ipso liene ad intestina,

ac ea

UVA. BHSC. BU 00033

ac eâ de causa per clysteres & medicamenta aluum purgantia, Lien curatur, vnde Martinum Achachiam, & Andream Lacunam Secobiensem, ac plures alios viros doctissimos in hac re hallucinatos iudicamus, ij enim libro secundo de arte Curandi ad Glauconem capite 2. lienem cum renibus per meatus vrinarios purgandum esse, literis mandarunt, quod quantum errent, & à Galeni mente deuient, paucis indicemus, Achachia nanque qui Galenum citato libro vertit, & commentarijs illustriorem reddit, ita citato loco habet, quod verò in gibbis iecoris per vrinas, simis verò partibus per alui excrementa ducere oporteat, visceris ipsius situs indicat, quódque thoracem ac pulmonem tussi repurgare conueniat, ventrem ac stomachum vomitu, interaneæ alui deiectione, quemadmodum lienem quoque & renes per vrinas, hactenus Galeni per Achachiam versio, qui lienem vnà cum renibus per vrinas purgari debere, ait. Andreas Lacuna, vir doctus, in suo breuiloquo Galeno, ita quoq; habet, ventriculum, & stomachũ expurgabis per vomitum, intestina per deiectiones, quemadmodum per vrinas & splenem, & renes. Hæc Lacuna ex Galeno, quæ perinde sunt ac ab Achachia tradita, sed quanta inaduertentia, vel ex citato à nobis Galeni loco, libri 13. methodi medendi, satis clarum euadit, & eo magis si cum

UVA. BHSC. BU 00033

si cum Lacuna locum legerimus, vt in suo breuiloquo Galeno legitur, sic, lieni sanè, per renes nulla administrari potest vacuatio, sed tãtummodo per intestina, & cætera, ijs enim verbis luce meridiana clarius claret, lienem per intestina repurgari debere, nõ verò per vrinas. Cæterùm, vnde docti viri ij, errorẽ traxerint, paucis aperiam. Leonicenus, Vir cui mortales multum debent, vt qui ex densissimis tenebris artem medicam in lucem reuocauerit, ita elegantissimè primò locum hũc Galeni interpretatus est, & quidem laborantibus gibbis epatis partibus, quod per vrinam trahere oporteat, concauis autem per excretionem inferiorẽ situs ipse visceris indicat, atq; etiam thoracem & pulmonem per tusses expurgare, ventriculum autem & stomachum per vomitus, intestina autem per inferiores excretiones, quemadmodum & splenem, & renes per vrinas. Hactenus Galenus, interprete Leoniceno, quibus in verbis, prima facie videtur asserere, splenem veluti renes per vrinas repurgandos esse, sed mea sententia, longe aliter Galenus sentit, & Leonicenus interpretatur, quoniã sic hoc loco Galenus legendus venit, intestina autem per inferiores excretiones, quemadmodum & splenem, vt finis sententiæ & punctus hic sit, & postea sequatur, & renes per vrinas. At, cũ viri ij hæc minus adtenderent, in errorem lapsi sunt, parũ alioquin

Græc

UVA. BHSC. BU 00033

Græcanicum exemplar curantes. Receptui igitur canentes, dicamus, Lien per intestina purgari debet, non verò per vias vrinæ.

Curatio quadrageſima, in qua agitur, de muliebri fluore, à multa pituita veniente, cui febris pituitoſa continuò complicata erat, à ventriculi, veluti & ipſius vteri frigida intemperie, ortũ trahẽte.

VXor Natalis proculei, patritij, ragusini, vteri fluore pituitoſo, febri pituitoſę continuæ complicato, iam diu eſt laborat; eſt autem mulier hæc frigidæ & humidæ temperaturæ, vterum frigidum, veluti ventriculum & cor habens, obeſa autem mulier hæc eſt, coloris albi, annos nata, vigintiquinque, quæ arterias & venas paruas, nec adeò pulſantes habet, vnde cor frigidum eſſe arguitur, vterum quoque frigidum eam habere, vel ex hoc indicatur, quia in coitu, parum (vt maritus ait) delectatur, & pudẽda pauciſſimis pilis illi decorentur, ſed ſtomachus, ſiue ventriculus quoque frigidus eſt, multa redundans humiditate, quam & ipſa perſentire aiebat, qua de re, nec cibaria retinet, nec ea rectè concoquit, vnde ventriculum

UVA. BHSC. BU 00033

triculum intemperie frigida materiali, malè affectum, fontem & originem huius morbi esse dicendum reor, viget nanque pituita in hac muliere, natura pituitosa, hyeme vigente, vnde mirandum non est, si ab hac pituita fluor hic ortum traxerit, id quod ex exeuntibus mutatis clarius & euidentius percipitur. Nam sanguis exiens vt ex intinctis sudariolis, saltem exiccatis, percipiebamus, coloris albi est, immò sanguis ipse pituitam viscidam & lētam, præsefert, veluti vrina subalbida & aquosa, quando clara & à sanguine immunis apparebat. Cæterùm, cum ventriculus frigida intemperie laboraret, & refertus multa esset pituita, ingesta non rectè concoquebat, nec iecur exactè ea alterabat, nec in sanguinē vertebat bonum, vnde natura eum tanquam inutilem ad cotyledones remittebat, qui eorum oscula suo pondere & mala fortè qualitate aperiebat, & consequens in vteri cauitatem cadebat, & inde foras veniebat, quo assiduo fluxu, venæ ipsæ ad vterum terminatæ cotyledones dictę, veluti & ipse vterus. In dies imbecilliores & frigidiores euadebant, vnde non tantùm ventriculi intemperie, sed membrum iniuriam fluor hic perseuerabat, quem cum

UVA. BHSC. BU 00033

multa pituita (vt dixi) crassa & viscida comitaretur, non mirum est obstructiones inde oriri, & tandem ex ea putrefactiones, ex quibus febris pituitosa, lenta, & mitis consurgit, quæ fluorem comitatur. Solent nanq; morbum hunc sæuum comitari ciborum inappetentia, & eorum inconcoctio, & iecinoris imbecillitas, vnde chachetia, totius corporis malus habitus, dictus morbus pullulat, palpebrarum tumescentia, ac pedum lenis quædam inflatio, & consequens hydrops, ad obitum certa via, ex quibus symptomatis, & malis affectionibus, nullam hucusque euidenter nobilis hæc mulier incurrit, quanquam morbi huius agatur tempus sexaginta dierum. Pro hac igitur curanda nobili muliere, sic agendum decreuimus more Galenico è libro de præcognitione, in Curatione vxoris Boëtij consularis Romani, quam ipse Galenus ex simili morbo rebus incidentibus & aperientibus, curauit. Proinde tentatis iam per medicum alium varijs remedijs, nos primò per vomitum euacuationem moliri cœpimus, à qua non adeo frustrati sumus, ac postea decoctum hoc sic parauimus.

R. Capillorum veneris, hyssopi, menthæ,

UVA. BHSC. BU 00033

thæ, melissæ, ana pugillum vnum, asari, pugillum medium, radicis petroselini, vnciam mediam, seminis anisorum, drachmam vnam, in libris duabus aquæ fiat decoctio ad consumptionem tertiæ partis, & coletur.

R. Prædicti decocti, vncias quatuor, mellis rosati colatitij vnciam vnam, oximellitis vnciam mediam, misce, fiat syrupus, quem in aurora ieiuno stomacho, bibat, in cuius potu diu perseuerauit, quia eo rectè se habebat. Cæterùm, singulis diebus, singulos clysteres ei injiciendos curabamus, & ad ventriculum ceratum hoc admouimus.

R. Ladani optimi & puri vnciam mediam, menthæ siccæ, cinnamomi, gariophillorum, galangæ paruæ ana drachmas duas, rosarum pugill. medium, malobatri dicti folij, quod ex India verum & germanum habemus, drach. mediam, spicæ indicæ, scrupulos duos, resinæ, terebinthinæ, ceræ an. parum: ad ignem misce, & fac ceratum, quod in panno cocco infecto ad scuti figuram redacto extende, & ventriculo admoue: non minus aliud simile sub vmbilico impositum est, veluti alterum ad renum regionem, non tamen ex ita calidis medicamentis com-

UVA. BHSC. BU 00033

positum. Ijs enim ita cœpit valere mulier hæc, vt intra viginti dies ex toto fluor cohibitus fuerit, & ipsa à febre immunis euaserit, & pancraticè habuerit, cibus huic contusum ex pullo erat, superingestis duobus vel tribus bolis carnis pulli, & desuper bibebat, bibebat autem aquam decoctionis gariophillorum, pauca miua cidoneorum adiecta. At, postquam rectè valere cæpit, rotulum vnum vel alterum diarhodonis ieiuno stomacho, quandoq; interdiu gustabat, sed tunc vinum illi rubrum pauciferum & optimum concessimus, animaduertant igitur medici, qui omnes huiusce modi fluxus, medicamentis frigidis & stypticis, tam ebibitis quàm extra applicitis, curare contendunt, nobiscum autem erat in hac curatione Iacobus Bononiensis medicus doctus, qui difficulter nobis in propinatione illius citati decocti assentitus est. Cæterùm, cùm rem ad votum succedere videret, acquieuit; sunt enim, vt videtis omnia decoctum componentia calida & aperientia, quo artificio olim me quoq; curasse adolescentulam quandam Anconitanam, memini, vt duodecima Curatione, quartæ Centuriæ legitur.

Curatio

UVA. BHSC. BU 00033

Curatio quadragesimaprima, in qua agitur, de remedio singulari, contra podagræ ingentes dolores.

QVi podagræ ingentes dolores patitur, capram intra cubiculum suum apportare, ac ex ea lac supra membrum dolens, & malè affectum emungere curabat, quo, dolores diminui & meliusculè se habere euidenter sentiebat, nec quidem iniuria, nam lac sic recès emulctum dolores demulcet, & mitigat, ac remittit: est autem remedium hoc Turcarum Principibus commune & familiare satis, à te qui lucrum & honores quæris in pretio habendum.

Curatio quadragesimasecunda, in qua citatur casus mirus de quodam nobili Gallo, imaginatricem corruptam habente, & eiusdem curatione facta.

IAcobus homo Gallus, & Henrici Francorum Regis in orientali plaga procurator, Argentonij prætereà illius qui Gallicam historiã sui temporis præclarè scripsit, vt ille ait gentilis, morbo patrio, hoc est, Gallico laborabat, pro quo abigendo,

UVA. BHSC. BU 00033

multa & varia remedia frustra expertus erat, in quem quum extremo hyemis Ragusij recideret, lecto se continebat, nec tantùm morbo sed curis etiam grauatus, in melancholiam morbum facilè incidit, delirabat autem, & insaniebat continuò, vnde in capite morbum & eius causam esse, ac, vt aiunt, per primogeniam affectionem, siue proprio affectu caput affici euidens desumitur argumentum, imaginatricem nanque facultatem corruptam habebat, salua tamen ratiocinatrice, nam abscessum siue apostema ad latus dextrum habere se continuò quereba tur, medicúmq; qui illum curaret, & aperiret, magna promissa mercede, accersebat: ego cum ad eum venirem, hominem basilica valetudine inuenio, facie erat satis viuida, constabant pulsus, tauricè comedebat, bibebat gallicè, & profundè dormiebat, ab insania tamẽ nullo modo deduci poterat, claráq; voce ab ipso abscessu, putidos & mortiferos vapores ad nares sibi leuari inculcabat, quódque magis ridiculum erat, sputum albissimum illud quidem, & satis spissum digitis ostentabat, eóq; res deuenerat, vt testamentum conderet, quæq; illi domi erant, vestẽ, aurum, equos, & preciosam supellectilem, vel

UVA. BHSC. BU 00033

vel inter ignotos, de manu diuideret, nec quicquam sibi præter lagenam reliquit, quàm non secus ac elegantem puellam continuò amplexabatur, vino sanè generoso plenam, ad hunc itaque hominem sanandum accitus, primum hæc paro.

R. Rubi viticosi, zarze parrilliæ dictæ, quam hederam spinosam esse olim patefecimus, vncias duas, conteratur, & infundatur per noctem in libris quatuor aquæ, & duabus vini albi, & boni, cui adde, hellebori nigri præparati, præparatum dico, intereà dū est viridis, ex eo est cor exemptum, drach. tres, sennæ, vnciam mediam, polipodij quercini recentis & cōtusi, passarum de corinthio, ana vnciam vnam, epithymi, pugillum medium, terantur, & scindantur, & in panno lineo ligentur, & suspendatur in olla, coctionis tempore, ad consumptionem tertiæ partis, & colatur, ex quo decocto, in aurora ieiuno stomacho bibat vncias decem calidas, & antè cœnam totidem, quo bis & ter in die egerebat. Cæterùm, ex eadem cocta radice, linteo ex contentis abiecto, secunda apparabatur aqua, ad medias cocta, quæ pro diluendo vino, & interdiu bibendo, deseruiebat, vel melius, ex alia noua radice, aqua pro vino diluendo parabatur,

UVA. BHSC. BU 00033

cùm vbique radix hæc, creſcat, & vigeat: reſtabat abigenda corrupta illa imaginatrix de infixo ad latus dextrum abſceſſu, ſiue apoſtemate, pro qua profliganda, in mentem veniunt doctorum & ſapiẽtum medicorum hiſtoriæ, qui etiam inſanientes imaginatricem corruptam habentes, vario modo curarunt, liberaruntq́: nam, Alexander Trallianus, vir medicus inſignis, & poſt eum alij varij iuniores, multa dicunt: hiſtoriam tamen texunt hanc: Curabat medicus ægrotum, cui ob inſaniam ſerpentem ſe in corpore habere, perſuaſiſſimum erat, nec ab ea opinione deduci poterat, prouidus itaq́; medicus ſerpẽtem in laſanum poni curat, vbi verò ægrotus alui onus depoſuiſſet, ille quaſi excremẽta inſpecturus alta voce clamat, ſerpentem ab ægrotante per inferiores partes eiectum, magnoq́; iudicio virum prædicat, qui opinione ſua falſus nõ erat, habebat etiam medicus nonnullos aſſiſtentes, qui partem fabulæ peragerent, & quaſi in admirationem ducti, tum demũ conualuiſſe ægrotantem dicerent, illiq́; magno applauſu, vultu, verbisq́;, reſtitutam valetudinẽ gratularentur. Quid multis? credit ægrotus, & ita ab ea inſania liberatus eſt. feruntur & aliæ iſtiuſmodi

fabellæ

UVA. BHSC. BU 00033

fabellæ, nec insuaues, nec inutiles, quas enumerare supersedeo, ne lectori fastidium pariam. nunc ad Gallum nostrum, versabatur vniuersa huius insania, (vt dixi,) circa abscessum lateri dextro infixũ, cùm tamen nullum haberet, pro qua leuanda ita illi assentiens non rarò dirum abscessum habere, putidum, & fæculentum inculcabam, in quam sententiã ibant assistentes huius rei conscij, quos ego præmonueram, pro quo leuando emplastra, cataplasmata, vnguenta, linimenta, illi loco affecto apponi hac non nisi habita præfatiuncula, curabamus, rudis, & crudus abscessus hic est, quem cùm primum ad suppurationem traxerimus, eum posteà candente ferramento aperiemus, assentiebatur ægrotus ipse, sed quasi in desperationem veniebat, quòd non illico apostema aperiebamus, sed ad triduũ opus differebamus, tandem conuocatis medicis, & chirurgicis, & varijs alijs domesticis huius rei conscijs, octauo die mensis Martij 1557. lateris dextri falsum apostema aperire, magno ipsius ægrotantis applausu, proposuimus, pro quo conficiundo opere chirurgus candente ferramento locum dextrum superficietenus exussit, ac vice puris fluentis, ex scu-

UVA. BHSC. BU 00033

tula liquorem ex lacte & gallinæ sanguine compositum, super respersit, quem ægroto postea quasi ex abscessu fluxum indicarunt, vnde ille saniei admiratus, se sanum clamauit, simulabat autem chirurgus in dies bis & ter eum curare abscessu magnam puris & saniei quantitatem demere, ex cuius fluxu ægrotus ipse mirum in modum lætabatur, vt qui tantę saniei extractione, se sanum breui euasurum credebat, id quòd ita euenisse, postea vniuersa Ragusia seruauit, fuere autem nobiscum, ac in nostrum hoc curandi artificium descenderunt Iacobus Bononiensis medicus doctus, & duo dexterrimi chirurgici, Baptista Vanuccius Florentinus, & Paulus Celetanus Neapolitanus.

Curatio quadragesimatertia, in qua agitur de morbo Gallico.

THamar Turca mercator ex Pergamo olim opulentissima ciuitate, & Galeni magni illius patria, nunc verò paruo vico, oriundus, Venetijs morbo gallico infectus est, vbi à doctis medicis curatus rectè habuit. Cæterùm, cùm nauim vigente hyeme conscenderet, vt in patriã se reciperet, Ragusium venit, vbi deterius

ab

UVA. BHSC. BU 00033

ab eodem morbo habuit, quàm vnquam habuerat, membrorum articulos & iuncturas dolebat, sub mento ad collum duritiem patiebatur, & intra os vlcuscula sordida quæ ad labra peruenerant habebat, cùm quibus, caput dolebat, & vigil noctes transigebat, adhęc, scabiosus erat, sicca scabie quadam & prurigine vniuersum corpus prehendente, & ad pernarum creas dolores ingētes sentiebat, pro quo curando, quidam accersitus medicus ad triginta dies eum peiori quo prius statu reliquit, qui quum satis purgatus per illū esset, vt qui singulis diebus singula pharmaca purgatoria illi daret, decoctū guayaci ebibendum illi tradidimus, pauculo hordeo illi adiuncto, præfixa optima ratione victus, semigallinam nanq; in prandio accipiebat, aliquando assam, quandoque verò, secundo decocto elixam in cœna, præterea, passam corinthiacam, & amygdalas albas, ac nauticum panem secundo ligni decocto imbutum comedebat. Cæterùm, durities sub mento habita, assiduo lotu primi decocti euanuit, vlcuscula verò intra os ad labra apparentia tanquam aphtas putidas curauimus, decocto scilicet rerum exiccātium, adiecto alumine rochæ vsto, & melle rosaceo co

latitio

UVA. BHSC. BU 00033

latitio, vt verò pernarum dolores leuaremus, vnguentum parauimus concinnatum ex vnguento althææ & Aggrippini, adiecto lithargirio, & pauculo argento viuo, ac exiguo oleo seminis lini, cũ pauca cera, mistis, porrò, siccam scabiem cũ ingenti pruritu, ita facilè extirpauimus.



R. Herbæ fumi terræ, rumicis, maluarum, radicis althææ, camęmelæ, rosarum, ana pugillum vnum, senæ, vnciam mediam, furfurum ligatorum in linteo, pugillum medium, excipiantur libris quinq; aquæ, & fiat decoctio ad medias, quo decocto scabiem optimè laua, ac postea linteo absterge, & linimẽto sequenti illine.

R. Ouorum vitellos duos, olei rosacei, vnciam vnam, olei abiegni, vnciam mediã, succi extracti ex duobus limonibus, vel eius vice succi acetosæ, vnciam vnam, cerusæ, vnciam vnam, radicis enulę campanæ, vnciam vnam, & alterius mediam, in mortario lapideo, tere, misce, & fac linimentum, quibus remedijs, intra viginti dies sanus Turca hic euasit.

Curatio quadragesimaquarta, in qua agitur, de melancholia morbo, pendente ab hypochondrijs.

Nicouzus

UVA. BHSC. BU 00033

Nicouaus Gozius, ex nobili Ragusæorum prosapia, annos natus viginti, temperatura bilioſus, faciem ſemper admodum rubricantem habens, ventrem verò ita durum & malè reſpondentem, vt non niſi ſingulis octo vel decem diebus, ſemel pauca, pilularum caprarum modo, egerat, ad hæc, ſemper ferè hominum conuerſationes fugiat, nunc mente non conſtat, & quandoque febricitat, & ad hypochondria, flatuoſitates & rugitus perſentit. Nam plures ructus, & per inferiora ventum multum remittit, pendet autem morbus hic à melancholia naturali multa, hypochondria, ſiue præcordia dicta occupante, id quod circa ea loca, affectionem eſſe, ſpiritus ad caput aſcendens, quem ægrotus ipſe primò ſentiebat indicat, non minus eructatio, & à cibo vomitus, hoc atteſtantur. pro qua leuanda mala affectione, ſic orſus ſum, primò in mentem reuocando, quod perpauci ſunt medici, qui ſanguinis miſſionem pro hoc curando, admittant. Auicenna tamen eam vtcunq; permittit. Cæterùm, ſi ea in hoc morbo, & quouis melancholico alio, cõmittenda eſt, Hippocratis iudicio ex inferioribus potius corporis partibus celebranda eſt, magis quàm ex ſuperior

UVA. BHSC. BU 00033

perioribus, cui & ratio suffragatur, inferiùs dicenda. Nam Hippocrates, libro aphor. sexto, aphor. 21. inquit, in insanientibus si varices, vel hęmorrhoides superuenerint, insaniæ solutio, sunt nanq; corporis infimæ hæ partes aptæ, vt per eas melancholicus humor grauis & ponderosus vacuetur, subsidet nanque inter humores, vt fęx in vino, aut amurca in oleo, id quod libro quarto eiusdem voluminis seipsum exponit, aphoris. nono, dicens, melancholicos plenius inferiores, scilicet purgare, quam sententiam, iterũ eodem sexto libro citato, aphoris. vndecimo repetit, cùm dicat, atra bile vexatis, & renum passionibus, hęmorrhoides superuenientes, bonum, grauitat nanque, melancholicus succus, ac ea de causa, ima petit, veluti bilis superiora, vnde flana per superiores partes, vacuanda venit, atra verò, per inferiores, qua sententia, nos præmuniti, venis hæmorrhoidalibus huius hirudines tres affigi curauimus, fugientes earum apertionem cùm phlebotomo, quas, cùm primum tumefieri, cœperunt, chirurgus forpicibus per medium præscindit, ægrotum sub perforata lasani scella trahens, vt ab eo sic sedente, suppositа calente aqua, exactè hirudines sugerent,

sang

UVA. BHSC. BU 00033

sanguinisque tantum extraherent, super. scutulam ad id concinnam, quantum à nobis chirurgo commendatum erat. Cæterùm, ita hæc contulit vacuatio, vt illico omnes assistentes eum resipiscere dicerent, sequenti die, hunc illi obtulimus syrupum. R. Herbæ fumiterræ, borraginis, bugloſi vulgaris, ana pugillum vnũ summitatum thamarisci, scolopendrij, cuscutæ, ana pugillum vnum, pomorum appianorum, vel camusiorum, numero sex, thimi, epithimi, seminis anisorum, fœniculi, ana drachmas duas, florum borraginis, bugloſi, arantiorum, ana pugillũ medium, polipodij quercini recentis, sennæ ana vnciam mediam, passarum de corinthio, vncias duas, comæ absinthij, parum, dulcorat enim absinthium atram bilem, vt meminit Galenus, & nos ijs in Centurijs, chartis mandauimus, omnia igitur hæc libris quinque aquæ fontis excipiantur, & ad ignem bulliant, ad consumptionem tertiæ partis, & colentur.

R. Prædicti decocti, vncias quinque, syrupi de pomis, fumiterræ, borraginis, ana vnciam mediam, misce, fac syrupum, & da iciuno stomacho, & in dies bibat. præterea, interea dum syrupos bibebat, solicit. ad modum eramus de alui respondentia.

VVA. BHSC. BV 00033

dentia, quia, vt dixi, perstrictam admodum habebat, & inobedientem, nec huius rei tantùm soliciti eramus, sed frictionum, retractionum, & similium rerum, quæ multum huic morbo conferre nouistis, expleto verò decocto, pharmacũ hoc ebibit. R. Electuarij lenitiui, floris cassiæ nouiter extracti, ana drach. tres, electuarij Indi, amec, diaphiniconis ana drachmam vnam, prædicti decocti, quantum satis sit, misce fiat potus, & vncia vna syrupi de epithymo dulcoretur, detur in aurora ieiuno stomacho, & deinde dormiat, hoc verò pharmaco, ea quæ purgan da erant exquisitè purgata sunt, tunc verò prædictum decoctum iteratum, sic syrupos descripsimus. R. Prædicti decocti adiecto anetho, & floribus violarum, vncias quinque, syrupi de pomis compositi, de fumoterræ maioris, de violis, ana vnciam mediam: misce, fiat syrupus, quem ieiuno stomacho, hora qua syrupi ebibi solent, bibat, & desuper dormiat, ijs verò diebus præcordia hoc fomẽto fouebantur, quod habet. R. Absinthij, anethi, camæmelæ, meliloti, violarum. an. pugillum vnum, fumiterræ, senæ, ana pugillum vnum, & medium, seminis anisorum, fœniculi, carui, cumini, ana drach. tres, libris decem

UVA. BHSC. BU 00033

decem aquæ, & duabus vini, fiat decoctio ad consumptionem tertiæ partis, & fiat fomentum: ex quo imbutæ spongiæ nouæ, aut filtrum, præcordiis admouebantur, quibus remediis melius habebat: tunc verò iterum catapotiis indis, & fumiterræ purgatus, rectius sensit: tandem gustatis electuariis lętificátibus, quorum patet sylua, nonnisi mistis condito saccharo ex floribus arantiorũ, superbibita aqua melissæ, & ex dictis arantiorũ floribus rectè habuit: nec opus fuit condescendere ad catapotia ex lapide cyaneo stellato dicto, vel armeniaco, composita, veluti ad hieram, in qua helleborus primatum optinet, victus huic optimus fuit, qualis melancholia laborantibus concedi solet: potus verò, decoctum cinnamomi erat: iis enim, vt dixi, hic sanatus est: nec mirum, quum, vt nouistis, melancholia morbus, siue ab vniuerso corpore, siue ab hypochondriis, siue ab ipso capite originem trahat, illicò in eius initio facilem recipit curationem: secus autem quum inueterascit.

Curatio quadragesimaquinta, in qua agitur de quodam correpto febri continua, maligna, & malè

UVA. BHSC. BU 00033

morigerata, in qua per plures dies lotium nigerrimum apparuit, & postea conualuit.

FIlius Draconis Cerüini, patritij Racusini, natus annos duodecim, temperatura bilioſus, febrem oblongam, & ferè vigintiquinque dierum paſſus fuit, qui à Medico docto adiutus conualuit. Cæterùm, poſt elapſos dies aliquot, in febrem continuam, malignã, & malè morigeratam recidit: ad quam acceitus ego, quarto die, eum continuò febrientẽ cum linguæ ingenti ariditate, capitis magno dolore, & hypochondriorum non leui tẽſione, à multo flatuoſo ſpiritu pendẽte, inueni: ſed tunc lotium nigrũ turbatum ſatis meiebat, quod breui album, clarum, ſedimine quodam rubricante, euadebat: nouiſtis autem ex hoc optimũ deſumendum præſagium, vt in Scholio ex Galeno legetis. At huius vires non admodũ conſtabant, & malè ad oblata ſe habebat, nõ egerebat niſi aluus eſſet irritata, & per interualla dormiebat: ſed nonnunquam expergefactus, voce alta repentè conquerebatur: ſed cauſam interrogatus, ſe ignorare aiebat, exteriora huic non adeò calebant, interiora maximè, ſqua, & crude-

lis

UVA. BHSC. BU 00033

lis febris hæc est, & ex earum genere, quas lipyrias appellat Galenus: frigent quippe exteriora, nimio æstu interioribus flagrãtibus, pro qua leuanda extinguendáve, primò consultum fuit, vt decoctum sequens pararemus, ex bugloſſo, cicorea, endiuia, floribus cordialibus, prunis, tamarindis, capillo veneris, & hordeo: cui posteà colato, adiiciebatur syrupus de acetositate limonum, ex quo ad lubitum bibebat, non solùm syrupi vice, in aurora, sed interdiu, & noctu: item, epithema refrigerans, cordi admouebatur, & sæpe iterabatur. Sed pro præcordiorum tensione, ac flatuoso spiritu, exterminandis, dissoluendísque, linimentum vires dissoluendi cum quadam refrigeratione habens, parauimus: id autẽ est, ex succis vnguentum, sæpe iis Centuriis repetitum: item thorax in quo incendium, & ignis fornax vigere solet, fomento quoque fouebatur, eoq; imbuta spongia irrigabatur, refrigerabatúrve: sic autẽ incedentes ad aliquot dies perseuerauimus: in quorum prioribus, vt dixi, vrina atra & turbida, mingebatur: sed breui clara euadebat, indicium breui morbum à natura victum iri. Cæterùm, sequentibus diebus, quũ nigra meiebatur, sic nigra &

UVA. BHSC. BU 00033

turbida, multo atro, & rubricante sedimine apparente, perseuerabat: pessimum sanè indiciuni à nonnullis dicendum, quia febris cum symptomatis cæteris instabat: properabat autem morbi status: demùm quum in dubio & agone eramus, & virium robur non admodum constare videretur, contigit: quòd septimo die huius morbi, sol cum luna coiret: quo die mirum in modum de adolescente timuimus: tamen Dei optimi maximi gratia, puer prævaluit: vnde de pueri vita spes nobis perampla fuit: octauo die sequenti, pulsus parum meliores percipiebātur, & vrina non ita atra erat: sed sedimen subnigrum quodam cum rubore apparebat: tunc clysteribus, vt anteà quoque, aluus concitabatur, & rectè respondebat, ex se excrementa biliosa mittendo: sed cum iis puer quasi mortuus prostratus iacebat, & si vocabatur, irritabatur: vtcunque tamen illi inuito ouum sorbile, aut ex destillatitia aqua capi, per os, mater, & assistentes mulieres iniiciebant: imò meis monitis parum vini maluatici illi dederunt, quibus vires tanquam ex Plutonis famulitio reuocatæ fuere: vnde paulatim in dies melius habens, decimoquarto die

rectè

VVA. BHSC. BU 00033

rectè comedebat, & bibebat: prærogatus tamen fuit morbus ad menſem integrum, in cuius fine baſilicè habuit, & nunc viget, & valet, & firmata valetudine vtitur.

SCHOLIA.

Dignum conſideratione in hoc morbo, lotium nigrum & turbidum venit: quod quarto, & quinto die nigrum & turbidum quum exibat, breui poſtea clarum & album, pendẽte nubecula reddebatur: ſexto verò, & ſeptimo, & octauo, nigrum & turbidum quum exibat, ita quoque perſeuerabat, nec album, aut clarum, vt antea, fiebat: id quod tu naturæ victoriæ tribuas velim: nam primò nigrũ & turbidũ breui cùm clarum euadebat, victoriam naturæ ſupra morbum, citam atteſtatur, vt ex Galeno paulò inferius indicabimus: agebatur nanque tunc morbi initium ſtatus: nam poſtea nigrum emictum lotium, in eadem nigritie perſeuerans, etiam multò maiorem victoriam ſupra modum naturæ arguit: eſt autẽ criſis hæc optima, vt ex Hippocrate libris Epidemiorum docti euadimus, & experiẽtia ipſa ita eſſe quotidie indicat, & atteſtatur, vt Centuria prima harum curationum, & alibi adnotaſſe recordamur: ſic autem Galenus, libro primo de Criſibus, ait: nam

UVA. BHSC. BU 00033

quum triplex sit vrinarum turbidarum differentia: quia vel cùm tales mictæ fuerint, paulò pòst residunt, vt in nostro ægroto videbantur, vel semper similes permanent, vel puræ quidem minguntur: posteà verò cõturbantur, praua quidem ex dictis tertia: bona verò prima, media autem inter vtranque: secunda, quoniam quæ statim quidem residet, parum aliquid inæqualis turbulentiæ supereſſe, demõstrat: quæ verò semper manet similis, vigere adhuc eam quæ est in sanguine agitationem ostendit: quæ verò extra conturbatur, debet incipere concoqui: quare hæc non sine ratione peſsima est: etenim longiori tẽpore, & virtute forti indiget ad coctionem: sed quæ turbulenta mingitur, statimque subsidentiã optimam habet, morbum haud ita multò pòst concocoquendũ significat: atque idcirco melior: medio autem modo se habet reliqua, & tertia: vt enim quæ vigente fit conturbatione, quantùm malitia differt ab ea quæ adhuc futurã perturbationem significat: tantùm superat eã, quæ iam quieſcẽte obtinet, & cætera: quæ omnia idem Galenus lib. quarto de Sanitate tuenda repetit: & nos breuitati consulentes, consultò prætermimus.

Curatio quadrageſimaſexta, in qua agitur de tertiana & hœdina carne.

SImon Beneſius, vir doctus, ex nobilibus Raguſæis, quum è Byzantio, vbi Lega

UVA. BHSC. BU 00033

Legatum ad Solimanum regem pro patria egerat, vigente canicula, in patriã se reciperet, longitudine itineris defatigatus, in morbum incidit: à quo vtcunque leuatus, meliusculè habere cœpit: capitis tamen destillationes assiduò patiebatur, nec difficilis eius ægritudinis causa inuentu erat: habet enim egregius is vir ventriculum ob frigiditatem, imbecillum: caput verò perquàm calidum & humidum: porrò autem iecur non valde calidum. Cæterùm, huic quum inter deambulandũ remedium peteret, optimam victus rationem proposuimus: nam cùm è capite destillatio pectus ingenti tussi offenderet, & cibaria in stomacho corrumperentur, & acida euaderent: salsedinem præterea in ore semper se habere quereretur, orizam, similaginem, amylum, lactucam, veruecinos pedes, & huiusmodi cibos materiam condensantes, & destillationes reprimentes, concedebamus: vnde eisdem ad aliquot dies vsus rectè habuit. Cæterùm, paucis pòst diebus, in tertianam febrem lapsus est, ab exquisita nõ valde dissimilem. Cæterùm, quinta periodo hic, vt decebat, tractatus, è tertiana liber euasit: sequenti verò die, pharmaco purgatus, multa excreuit, & hœdinam

UVA. BHSC. BU 00033

elixam in victu habuit, prout initio habere solitus erat, vinum illi in potu erat, cinnamomi decocto dilutum: rectus tamen acidos, ingratissimósque, & toleratu difficiles incurrebat: pestiferi enim fumi à quibus ructus ij oriuntur, circuniacentem cordis regionem infestabant, adeoq; miserè lancinabant, vt sibi thoracem fractum, aut venam diruptum iri, valde timeret, meámque opem, consiliúmque & diligentiam identidem exposceret. Ego primùm in suspitionem veni, de hypochondriacha melanchia: præsertim enim acidos ructus, flatus, nauseámque sentiebat: vnde quoque membranis ipsius ventriculi infixam pituitam esse, verisimile erat: ergo primùm admotis hirudinibus, hęmorrhoidalibus venis, sanguinis vncias sex extraximus, stomachúmque atq; hypochondria diligenter fouimus, & epithema cordi admouimus, & syrupos atrā bilem respicientes, & pituitam, ebibendos dabamus, nec tamen quicquam proficiebamus: tamen ab hędinæ esu ea symptomata prouenire posse, suspicari cœpi, nec mea me fefellit opinio: mirum enim & incredibile permultis videri poterit: mutata enim victus ratione, & vice hædinæ, alitibus concessis, breuissimè amissam

UVA. BHSC. BU 00033

sam valetutudinem recuperauit, acidosq; illos ructus in totum amisit: nam & vini loco, cinnamomo decoctum bibebat: decet igitur Medicum prouidentem esse, & rerum omnium naturas dignoscere, ac manu tenere.

SCHOLIA.

Non rarò mortalibus affectiones pessimas, ob hædinæ & agninæ carnis intempestiuum esum euenire certum est: agnina enim, vtpote temperatura, & ætate humida, non nisi calente iam aëre, comedi debet: quæ plerunque herbarum nondum à sole illustratarum, quibus agni ipsi vescuntur, naturam sapit: vnde viridis quidam succus, lentus, mucilaginosus corruptioni obnoxius, ex eadem in ventriculo & venis gigni solet: ex quo putredines, & corruptiones oriuntur, & consequens febres, malignitatem præ se ferentes, pullulant, vt Anconæ, & Pisauri, vbi eius frequens est vsus, & alibi euenisse, non rarò notaui: caueant igitur, qui sanitati suæ consulere cupiunt, ne ante Aprilis Idus, similibus vescantur carnibus: id quod non ignorantes Thurcæ Constantinopolitani, populi saluti consulentes, pro decreto habent, ne ante dimidiatum Aprilem, similes agnorum carnes publicè in macellis venales habeant: quæ

UVA. BHSC. BU 00033

omnia etiam ad hœdinas carnes referri possent, non ignorantibus nobis, quòd hœdina caro passiuis in qualitatibus temperiem quandam sortiatur: natura etenim hœdus siccitatem præ se fert: quæ siccitas, humiditate ætatiua, retunditur, & hebetatur: vnde temperies quædam in eo resultat, qua mediante hœdina caro mollicula, friabilis, & facilis concoctionis euadit: depraua tur tamen esu herbarum, quibus hœdi, veluti & agni aluntur: vnde facillimè corrumpitur, & pessimum adgenerat succum, & eò magis, si in ventriculo hœdina aliquid vitiosi succi offenderit, cui corruptioni magis resistit, si tosta comedatur, quàm aqua cocta, & eò magis, si Auicennæ fidē præstantes, frigidiuscula quàm calida accipiatur: hœdinam enim frigidam, agninam verò calidam comedendam esse, ex Auicennæ præcepto habemus: hic enim, ne quis me mendacij arguat, Fen tertia libri primi, doctrina secunda capite, illo aureo, septimo, in quo de regimine eius quod comeditur & bibitur, agit, tradit: hœdus præterea quū fuerit frigidus, erit melior: propterea quòd eius quiescit vapor, & agnus quum est calidus, est melior: propterea quòd ipsius malus odor resoluitur. Hæc Auicenna, qui fortasis ab Hippocrate ea desumpsit libro quarto de Ratione victus, in morbis acutis, quum de caprinis loquitur carnibus: aduertant igitur Medici, qui hœdinam carnem, ægrotantibus
UVA. BHSC. BU 00033

tibus pro selecto & optimo victu tribuere solet, & eo magis si fidem præstiterimus magno illi Erasmo, qui non fallit non fallitur & colloquiorum libro, ait, hædinas carnes epilepsiã mouere, id quod de caprinis, aut hircinis, medici ingenuè fatentur: nam noster ægrotus, ob hædinæ carnis elixæ esum, in eos dictos incidit acidos ructus, ex quibus flatuosus spiritus, circa regionem cordis delatus, exasperationes & lancinationes ita graues & sæuas inducebat, vt pectus illi dilaniatum, aut in eo venam aliquam disruptum iri, pro certissimo haberet, si modo iuuamen propitium breui non daremus, quod nos aduertentes, eius vice, gallinaceorum carnes edendas concessimus, nec amplius, quod mirum dixerim, ructus illos persensit, immò, ventriculus rectè concoctiones obibat, & eo magis postquam vinum absinthithe, in potu familiare, meis monitis habuit, adèo vt nunc egregius & doctus vir hic, fausta & integra fruatur valetudine: ne tamen apparatum vini absinthites desideres, facilè ita concinnatum fuit: ampullam vino albo & generoso plenam accipito, in quam, absinthij ex biduo collecti comam manip. medium per horas duas immerges, ac postea super cineres calidos, ampullam calefieri sinito, dein verò, vinum colato, & ægrotus eo vtatur, est sanè mirum.

Curatio

UVA. BHSC. BU 00033

Curatio quadrageſimaſeptima, in qua agitur de ſubluxato ad talum pede.

PAulus Gozius, Patritius Raguſæus, quum deambulando pedem ſupra lapillum poneret inaduertenter, eum ad talum contuſit, & in maximum dolorem incurrit, adeò vt vix domum pedibus ſuis rediret. Cæterùm, locus ad talum inflatus eſt, & dolebat: chirurgici tamen opera & diligentia, meliùs habuit: porrò, elapſis multis diebus, cùm liberè nõ ambularet, Medicos & chirurgos conuocat, vt cauſam inueſtigent: vnde pedi tantũ malum euenerit, illíque remedium propitiũ inquirant: demùm poſt multa huc & illuc adducta, concluſum fuit, pedẽ in eo loco ſubluxatũ eſſe, à qua ſubluxatione chirurgici diligentia, pes meliùs habuit. Cęterùm, cùm ad locũ debilem illũ, & corporis infimã partem currant ſuperfluitates: & eò magis, quia nulla vacuatio pro hac complenda operatione exercita fuerat, factum eſt, vt particula hæc tumuerit: adhæc, chordæ, ligamenta, & nerui, & humiditate contractiores ſint redditi, & omnia circa eam particulam duriuſcula percipiantur, & magis curta

UVA. BHSC. BU 00033

curta, vnde pedi impedimento sunt, pro qua abigenda mala affectione, & vt vir hic dextrè pedibus ambulet, sic consultum fuit, primò, vt quiescat, ac per catapotia, eius vniuersum purgaretur corpus, quo facto, pes fomento irrigetur sequenti, & desuper emplastrum admoueatur, nouistis autem ex naturali scientia, tribus contigi modis, vel ob nimiam caliditatem resoluentem, & exiccantem, vel propter congelationem, vel ob nimiam repletionem, prima curatur humidis, secunda, caliditate, tertia, vacuatione, de qua nobis sermo est, euacuabitur igitur hæc resolutione, per fomentum hoc sic apparatum. R. Camæmelæ, meliloti, stœchados, anethi, rosarum, absinthij, seminis lini, fœnugræci, cumini, an. pugill. vnum, in libris sex aquæ, & duabus vini fiat decoctio sufficiens, & coletur, ex quo decocto imbuta spongia noua, pes irrigabatur, cui postea exiccato, linteolo, emplastrum admouebatur sequens. R. Rerum prædictarum sic coctarum partem mediam, in mortario optimè triturentur, quibus adde, olei camæmelini, anethini, an. vnciam vnam, pinguedinis anseris, vnciam vnam, & mediam, salis vnciam mediam: misce fiat emplastrum &

bis

UVA. BHSC. BU 00033

bis calidum admoueto, quibus paucis, intra quatuor dies rectè habuit, nec amplius claudicauit.

Curatio quadrageſimaoctaua, in qua agitur, de marito, & vxore, morbo Gallico infectis.

FAcies vt totius corporis inſcriptio eſt, ita latentes hominum morbos indicare ſolet, eorum præſertim qui morbo gallico vexantur, vt hiſce diebus Ioanni Lucę viro probo & patritio Raguſæo, cõtigiſſe deprehendimus, is enim & ſi latentem morbum iam diu diſſimulauerat, tamen iudice facie, eum correptum eſſe palàm fuit, medico præſertim docto, & rerum experienti, ineſt enim illi rubor cum quadam nigredine, quæ faciem, & nares deformat, ex quibus notis, cùm hominem ita infectum videremus, vxorem quoque eius pari labe correptam, facilè fuit iudicare, iuuenem me herclè egregiè moratam, & ea peſte indignam. Porrò, autem notæ quibus morbus in hac muliere deprehenditur hæ ſunt, ſcirrhoſus tumor, in facie cum rubore, dolor etiam ad ſiniſtram mamillam, eiuſdem lateris, brachium & ſcapulam apprehẽdens, totius præterea corporis pallor

UVA. BHSC. BU 00033

lor & lassitudo, eos itaque curare aggressus, hoc vnum propono, supra modum enitantur vt vterque maximè immunis ab eo morbo euadat, si enim vno curato, alter non ita probè valetudini restitutus esset, perinde esset ac si medicus fecisset nihil, contagioni enim locus relinquebatur, sed diuersa curandi ratio fuit, ille enim temperatura sanguineus cùm esset, & in eo sanguis redundaret, sanguinis missione indigebat, quam primo exercere iussimus, ex communi in brachij curuatura vena, postquam, syrupos humorem ad vacuationem parantes, septem, vel octo, ebibit, & inde catapotijs optimè purgatus guayaci decoctum pauco hordeo, alteratum ebibere cœpit, quo optimè sudabat, & venter illi respondebat, sed ecce vigesimo die, hic in febrim continuam ingenti cum capitis dolore labitur, quam per sex dies passus est, & paucis refrigerantibus, caliditatémque contemperantibus, rectè habuit, & in vniuersum sanus, adeò vt non amplius guayaci decocti potu indiguerit. Cæterùm, huius vxor, synarum radicis decoctum ebibit, quo viginti dierum tempore, sanata est, scirrhosus tamen faciei tumor, sequenti ordine extirpatus

fuit

UVA. BHSC. BU 00033

fuit: singulis nanque diebus, synarum decocto bis & ter eum lauabat, & desuper ceratum ponebat, quod ex diachilone gummato adiecto puluisculo marchasitæ, constabat, porrò victus vtrique communis erat, præter enim nauticum panem, in prandio parum carnis hædinæ tostæ, comedebant, in cœna verò, vuam passam corinthiacam, & dealbatas amygdalas tantùm pauco nautico pane, accipiebant, hoc tamen te scire velim, quòd singulis octo diebus ijs, debitis purgatorijs pharmacis, purgabantur, & clysterijs quoq; eorum ventres, quoties opus erat, irritabantur, vir tamen guayatici, & non radicis synarum decoctum ebibit, quia radix sinarum, ad manus non erat, nec venalis reperiebatur.

Curatio quadragesimanona, in qua agitur, de puella, mira quadam sanguinis reiectatione laborante, qua & omnia quæ comedebat, vomebat.

EX Patritia Ragusæorũ familia, puella filia Nicolai Sorgij, non multum posteà quàm menses primò vidit, (est enim quindecim nata annos, tẽperatura biliosa, habitu verò egregio.) in sangui-

nis

UVA. BHSC. BU 00033

nis mirum ſcreatum incidit, hæc enim, mirum dictu, diu duodecies ſcreabat, qualibet autem hora ſemel, noctu nanque dormiebat, & ſi non dormiebat, etiã non ſcreabat, vt mirum hoc videri debeat, ſcreabat autem vt ex ſcutulis duodecim percipiebamus: pro vice parum, aliquando ſanguinem rubicundum, ſæpè verò aquoſum, quem non tuſſi, aut difficili aliqua anxietudine, reiectabat, vnde mihi argumentum erat, quòd à faucibus ſanguis exiret, vel à capite, in fauces deſcendens ita facilè reiectabatur, pro quo compeſcendo, reuulſionibus, retractionibus, deriuationibus omnigenis, vſi ſumus, imò medicamentis varijs conſtringendi vires habentibus, quæ omnia parum vel nihil iuuerunt, nam præter ſanguinis reiectationem, ſtomachus paucis poſt diebus, ita indignatus fuit, infixo ad eius fundum dolore, vt cum primum aliquid puella hæc in victu acciperet, illico, vel minimum illud eſſet, euomeret, ita enim expultrix ventriculi valida erat, retentrice imbecilli reddita, vt vel cochlearì contentum contuſum ex pullo, per me illi conceſſum, vt rem experirer, illico ſtomachus antea quàm illud minimũ ad os ventriculi perueniret, reuomeret, ſic

UVA. BHSC. BU 00033

autem ad tres menſes puella hæc peruenit, ad quam cùm accederemus, & vt valeret quæreremus, continuò nobis ſua Illyrica lingua reſpondebat, onaco, id eſt, eodem tenore, duodecies autem tantum intra duodecim horas ſanguinem ſcreabat, ſemel autem in hora, &, vt dixi, parum, nec enim pro hac iuuanda puella, clyſteres etiam acres diuertendi potentiam habentes defuerunt, veluti cerata, emplaſtra, & cataplaſmata. Cæterùm, cum tam multa & varia eſſent applicita, à quibus nihil iuuamenti conſecuta eſſet, vniuerſus noſter conatus eo dirigebatur, circa ſtomachi malam affectionem pellendam, parum alioquin curantes de ſanguinis reiectatione, qua de re, in mentem venerũt Matthei Gradij, & aliorum miræ, de vomitu difficili & pertinaci, hiſtoriæ, ex quo inteſtina deuoluta, altas partes aſcendebant, vnde ceratum ex rebus calidis & ſtypticis, ad ſpinam indidimus, quod præcipuè, nonam, decimam, & vndecimam vertebram, contegebat, ſub quibus ſtomachum iacere, à me ijs in centurijs auditis, non minus alterum, eius ori ventriculi, applicabatur, & clyſteribus acribus, diuerſionem facientibus, vtebamur, veluti medicamentis

VVA. BHSC. BU 00033

mentis paulatim laxantibus. Hæc autem in victu contusum ex pullo incocto calibeata aqua, quandoque verò panatelam oriza tosta paratam, habebat, quibus semper pulviſculum conſtringendi, & roborandi vim habens miſcebatur, vino verò abſtinebat, & eius vice cinnamomi decoctum, quandoque calibeatam aquam, nonnunquam verò decoctum caryophyllorum, bibebat. Cæterùm, poſt elapſos nõ paucos huius ſæui morbi dies contigit, quòd puella hæc melius habere cœperit, nam & deambulabat, & quæ comedebat, retinebat, & non vomebat. Nec ſanguinem reiectabat, & ſi quid reiectabat illud parum vel nihil erat. Cæterùm, cum nihil eueniat, vt dici ſolet, ab omni parte beatum, ecce, puella hæc in deglutiendi difficultatem omnimodam incidit, adeò vt inter cætera liquida, præter vinum nihil deglutiat, problema non facilè ſolutum, cur inter cætera liquida, nam craſſa etiam bene manſa, & triturata, non deglutiebat, vinum ſolum deglutiat, nos poſt multa huc & illuc adducta, deglutiendi impedimenti, duas reperimus cauſas, in quarũ enarratione, difficile hoc propoſitum problema diluimus, cur vinum tantum in tranſglutione puel-

UVA. BHSC. BU 00033

la hæc admittat, aquam verò, & cætera liquida, reuomat. An quia pars alta stomachi, quã æsophagum dicimus, meri Arabes appellant, ob longum vomitum debilis est reddita, & ipsius fibræ seu villi præcipuè longi, ita nimia humiditate super eos currente sunt redditi, vt deglutiendi munus debitum obire nequeant, quo fit, vinum quia natura sua calidum, & naturę amicum, eos villos quoquo modo roboret, vnde eum admittunt, & inde stomachi fundum petit, aquam verò tanquam villos malè afficientem, & eos relaxantem, veluti cætera liquida abhorret, & refutat, & hæc est altera causarum impedimenti deglutionis, altera verò sequens, ea est, quæ locum vnde sanguis fluebat, indicat, durities scilicet, ad æsophagum ipsum percepta, quæ durities, aut carnis excretio erat, aut verius, cicatrix osculum venæ vnde sanguis profluebat, obducens, quæ & ipsa villis impedimento est, vnde deglutionis difficultas oritur, nec enim morbus hic, ad caput verrucæ reducendus est, quæ quando que stomacho innascitur, vt Arabum doctissimi quidam memoriæ commendarunt. Fuit autem primo morbus hic, vt exactè teneatis, osculi venæ ad æsophagum apertura,

VVA. BHSC. BU 00033

tura, vnde sanguis profluebat, in cuius postea osculo, caro creuit, aut verius, cicatrix obducta fuit, vnde sanguis fluere desijt, & durities in eo loco percipiebatur, etiam nobis digitis intromittentibus, ex qua duritie, etiam transglutino impediebatur, nonnihil tamen ingestorum cibariorum, etiam si ea euomebat, ad fundū ventriculi peruenire, credēdum est, nam aliter, tanto tempore puella hæc non perduraret, quæ & hodie, agitur nanque iam ferè annus, quo eodem modo puella laborat, si verò à nobis curationem spectas, qualem superadditæ carni, aut cicatrici, medici describūt, in promptu est, cum chirurgia morbus hic extirpetur, qua de re, nos, machinatis fecipibus, pro abscindenda superaddita illa carne, cùm aliter superuiuere puella hæc non poterat, non consentientibus parentibus, bona venia, discessimus, & reuera nihil nobis gratius euenire poterat, cùm timor erat, si præcinderetur caro illa, ingens sanguinis aliquod profluuium superueniret, ac sic maluimus puellam hanc satis diuitem incuratam naturæ beneficio relinquere, quàm infamiæ onus subire, credimus tamen nos, puellam hanc paulatim conualeturam, quia venæ obducta

UVA. BHSC. BU 00033

cicatrix, assiduo esu & potu, in dies subtilior euadet, vnde ipse melius deglutiet, vt iam hodie experiri incipit.

SCHOLIA.

Qui artis medicæ ardua cacumina conscendunt, facile iudicare possunt, casum hunc rarum euentu esse. Quis enim vnquam vidit, aut literis mandauit, sanguinem tam longo tempore, tanto ordine, & tam seruata periodo, per os reiectari, intra nanque duodecim diei horas, duodecies puella hæc, screabat, semel in hora, cruentum, & parum, vt ex duodecim scitulis, in quibus monitis nostris screabat, percipiebamus, noctu verò nihil screabat, etiam si vigilem totam noctem ageret, an verò sanguis mestruus, qui eo tempore deficiebat, partem altam obrepebat, & per venam paruam & exilem illam stomachi altæ parti complantatam, exiret, in dubium verti posset, vos verò, qui rerum naturalium causas percurritis, cõsiderate, hoc vnum ego hic testatum relinquo, non minus difficilem huius morbi cognitionem esse, quam illam Euboici Euripi ab Aristotele, sicut nonnulli prodidere, frustra inuestigatam, nec tamen inuentam, cognitamue.

Curatio quinquagesima, in qua agitur, de muliere abortiente certo

gestat

UVA. BHSC. BU 00033

gestationis tempore, deque eius curatione.

MVlier quæ vtero gerebat, tertio gestationis mense, semper abortiebat, vnde tristis & mœsta euadebat, abortiebat autē nulla comparente causa, vnde in mentem mihi subit aurea illa nunquam satis laudandi senis, quinti libri apho. sententia, quæcunq; mediocriter corpora habentes abortiunt, secundo aut tertio mense, sine occasione manifesta, his cotyledones, siue acetabula vteri, plena mucoris sunt, & non possunt ex pondere fœtum continere, sed disrumpūtur, proinde purgata muliere hac, eius primo præparato corpore, & illi non pauco postea concesso scillino oximellite, cuius officium est, calefacere, attenuare, scindere, aperire, & mucores ac putrilagines extirpare, & iterum ac iterum ex hieris agaricum continentibus, repurgata, ad hoc aliud deuenimus, singulis nanq; diebus ieiuno stomacho, cōditum ex floribus roris marini, & stœchadis melle concinnatum, pondere vnius vnciæ comedebat, & noctu cū ibat dormitum, rotulum vnum vel alterū aromatici rosati, gustabat, & interea hæc apparabātur, suffumigium vestibus circun-

UVA. BHSC. BU 00033

septa ad vterum ascendens ex cinnamomo, agallocho, benzuino, compositum sellæ perforatę insidens, recipiebat, à quo pessus ex opobalsamo concinnatus, quod ex Peru regione nouiter inuenta aduehitur, indebatur, cuius etiam portiunculam quandoq; ieiuno stomacho, meis monitis bibebat, de quo opobalsamo, si rectè teneo in meo dixi Dioscoride, miras autem opobalsamum hoc habere facultates, eius potens sapor, ac gratiosus odor, satis attestantur, est autem opobalsamum hoc, vt noscas, liquor ex piceis quibusdã arboribus destillans, oleum præ se ferens crassum, coloris subnigri aliquali cũ russedine, quem si manibus tractes viscidum esse deprehendes, odore verò styracem liquidum moscho confusum dices. At sapore, primum butyrosam linguam relinquit, sed cum in fauces descendit, eas vellicat, immersus aqua, ima petit, supra natante oleaginosa quadam portiũcula, ex ijs enim iam doctus euades liquorẽ hũc, quem è Peru balsamũ dicimus, ita enim qui eum ex insulis nouis adferunt appellant, longè à hiericontis balsamo, vel eo quod nunc, non procul à memphi nascitur, & Solimani Turcarum Imperatoris dominio subiacet, differre suaderem tamen

UVA. BHSC. BU 00033

men hoc ex Peru aduecto balsamo, pharmacopolæ ad omnia vtantur, ad quę mẽphiticum, aut hiericontium desiderãt, vnde in theriaces compositione hoc satius vtemur, quàm artificiali quocunque alio, plura verò de eo, ex nostro pete Dioscoride. Nos verò ad mulierem de qua agimus reuertamur, cui vt votum assequeretur, ad imum ventrem veluti ad lumbos, λαγόνας Græci appellant, ceratum cocco panno præextensum apponi curauimus, quod ita habet, & in hoc primatum obtinet, gummi arabici, dragacanti, torrefactorum, ana vnciam mediam, corali rubei, albi, ossium dattilorũ combustorum, hippochistidos, singulorum drach. 1. & alterius mediam, balaustiorum, scoriæ ferri præparatæ, mumiæ, sanguinis draconis, boli armeniæ, terræ sigillatæ, mastichis, sandarachæ arabum, antheræ, spodij arabum, singulorum drach. duas, acatiæ, gallarum contusarum, pomorum cupressi, myrtillorum, corticum thuris, licij, singulorum vnciam mediam, bdelij torrefacti, styracis calamitæ, trochiscorum de succino sine opio, de terra sigillata, de spodio, singulorum drachmam vnam, fuliginis camini, plumbi vsti, singulorũ scrupulum vnum, picis colophonię, glutinis piscium,

UVA. BHSC. BU 00033

singulorum vnciam vnam, resinæ, quantum sufficit: misce, & glutem piscis optimè primò teratur, & aceto exactè macereturr, & fiat ceratum, quod præextensum coccineo panno, imò ventri hypogastrio dicto, veluti inferiori lumborum parti, admouebatur, & ita cæteris cum remedijs contulit, vt mulier hæc optatum finem consecuta fuerit: nam vtero postea gessit, & maturum fœtū in lucem ædidit.

SCHOLIA.

Cerata illa, locis prædictis admouenda sunt, quoniam, vt nostis, vterus siue matrix, inter collum vesicæ vrinariæ, & intestinum rectum, sedet, & illis, vinculis tenuibus quibusdam fibrosis, adalligatur, veluti & sacro ossi, ansulis quibusdam neruosis, & musculosis, ad nexum concurrentibus: nam, ex lumbi vertebris quoque matrix ipsa pendet, eam quasi manutenentibus similibus ansiculis.

Curatio quinquagesimaprima, in qua agitur, de iuuando difficili partu.

ALoisia, Dalmatæ Nauarchi vxor, optimi habitus adolescens, nono mense fœtationis, difficulter pariebat, & post biduum, ita cruciabatur, vexabatur, & anx

UVA. BHSC. BU 00033

& anxiebatur, vt prope obitum esse, assistentes omnes mulieres crederent, ad quam acciti nos, post omnes defatigatas obstetrices, solicitè admodũ vt illi opem ferremus, fuimus, & primo hoc illi ebibendum tradidimus.

R. Croci, drach. vnã, cinnamomi drac. vnam & alterius mediam, succini candidi scrupulos duos, trochiscorum de myrrha, drach. mediam, terantur singula, & ex eis fiat subtilissimus puluis, cuius pro vice drach. vino cretensi exceptam, bibebat, & per interualla iusculum capi, vel ex eius carnibus contusum paratum, vel ouũ sorbile, illi ad sustinendas vires, offerebatur, & postea per interualla, prædictus puluis iterabatur, tertio verò die: quũ iã spes frustrata esset, prædicti puluueris draehmæ mediæ, alteram chrisocolæ naturalis in polinem redactæ adiunximus, & in potu dedimus, & ad inferiora, fomenta varia parauimus, ex sauina, pulegio, origano, calamintha, seu nepitha, iride, dictamo, artemisia, & similibus, ex quibus & suffumigia instituebantur: sed naribus sternutamenta citantia ex helleboro, castoreo, piretro, pipere, condiso arabum, parata admouimus, demum elapso tertio die: fœtus mortuus in brachium foras exire

cœpit

UVA. BHSC. BU 00033

cœpit, apparuit autem brachium denigratum, quod intus reducere impossibile fuit: proinde abscisso brachio, & intromissis per pudenda manibus, non vnguento, aut oleo, vel pingui aliquo, delibutis, sed siccis, & per collum arrepto fœtu, in pugnum compressis manibus ipsis, dexter chirurgus foras eum extraxit, qui si non cederet, ad instrumentum chirurgicum quod præsens erat, vulgò speculum matricis dictum, deueniendum erat, vt vel integrum, vel dilaceratum corpusculum eximeretur. Cæterùm, cum corpusculum extra emissum difficulter fuerit, ita quoque secundarum eductio difficilis venit, vteri autem fundo hærebant, pro quibus extrahendis, intromissa siniſtra manu, amygdalino oleo illita, ac apprehensa secunda ipsa, chirurgus eam placidè ad obliquum deducebat, rectam & ex directo attractionem fugiens, ne vterus ea attractione procederet, laberetúrve: tandem Dei, Opt. Max. auxilio, eam in totum deduxit, & mulier euasit, non sine ingenti sui corporis iactura. Hæc sciens Pyrrha, Deucalionis vxor, puellas exordio mundi, nudas maribus ostendit, ne postea cum hæc agerentur, ægrè ferrent: sic autem Iuuenalis:

Et

UVA. BHSC. BU 00033

Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas.

SCHOLIA.

VT naturalis & optimus partus fiat, decet fœtus in caput directo exeat, brachijs super extensis ac ad femora porrectis: proinde si in brachium, vel pedem, vel quamuis aliam figuram fœtus, prodierit, curabis tu sapiens medice, vt obstetrices omni ingenio, ac arte, in hanc naturalem figuram, hoc est, in caput, fœtum deducant, cauentes ne brachio, vel pede, fœtum trahant; sic enim magis eum in præternaturali figura firmabunt, vnde eorum membra luxabuntur, aut abrumpentur, & consequens partus difficilior euadet. sed hic sciatis velim, quod cùm gemini in vtero habentur, quorum alter mortuus est, alter verò viuus, mortuus primo exitui occurrit, dein viuus in lucem prodit. Cæterùm, quo modo gemini in vtero ex aduersa figura sedeant, & quo modo singulus singulis inuolucris, & membranis circumuoluatur, ad anatomicos libros, hodiernos, miris depictos figuris, recurrite, si modo vobis præsertim Hispanis, quibus piaculum est cadauer concidere, non contingat aliter experiri.

Curatio quinquagesimasecunda, in qua agitur, de febre pestilente.

Luca

UVA. BHSC. BU 00033

LVca Bucchius, nobilis Raguſæus, tẽperatura ſanguineus, inchoante Aprili menſe, in totum autumnali reſpondente tempori, vt docet Hippoc. libris epidemiorum cùm dicat, cùm folia ficus cornicis pedem imitantur, & cætera, febri lenta laborare cœpit, cum qua, etiã extra domum ad aliquot dies prodiuit. Cæterùm, cùm domi ſe contineret, & ad eum medicus adiret, ſanguinem illi extraxit, & pharmacum quo multum egeſſit, propinauit, nunquam ſitiuit, ſed occipitis partis poſterioris capitis primo dolere cœpit, qui dolor eum ſemper comitatus eſt, lingua arida non apparebat, ſed parum dormiebat, nunquam delirauit, ſed rectè mente conſtabat, vndecimo die, ad eum vocatus, vrinam eius nigram conſpicio, ſedimine quodam nigro craſſo & lato, cui ſimilem ad id vſq; tempus nunquam minxerat, qua & pulſus debiles erant, quibus omnibus deprehenſis, febrẽ hanc ex genere peſtilentum, & malè morigeratarum eſſe iudicaui, occupabat autem febris hæc cordis ſubſtantiã, vnde omnia rectè haberi videbantur, adeò vt ægrotus ipſe nihil mali pati ſæpè aſſiſtentibus inculcaret, temporis tamen ſucceſſu, virtus naturalis quoque malè affici cœpit, id

quod

UVA. BHSC. BU 00033

quod vrina attestata est: proinde hunc breui moriturum non falso prædixi, & eo magis quia vacuationes tam potentes præcesserant, nihil enim exitialius est, aut hominem ad interitū certius trahit, quàm ingens & superflua in febribus malè moderatus purgatio, vt longa experientia comprobatum habemus, proinde caueāt medici huiuscemodi febribus malignis, & pestilentibus correptis, ne fortia propinent cathartica medicamenta, cum eorum agitatione, calfactione, acredine, ac purgatione excessiua, certus consequatur obitus, vt docti omnes & experti norunt medici. Et nos iam sæpè ijs in centurijs inculcauimus: satius igitur esset opus hoc clysteribus, refrigerandi vim habentibus, complere, vel saltem cassiam ægyptiacam, aut mannam, aut huiuscemodi alia, non transcendere, benedicta dicta medicamenta. Referam bona fide, id quod olim Romę euenit, vigente Paulo tertio, Pont. Maximo. Paulus & Ludouicus fratres Germani, eodem partu editi, cùm fortè simul ægrotarent febri maligna, & pestilente: Ludouicus, Franciſci Nursini nobilis in vrbe medici opera vsus, pharmacum potens ex electuarijs scamoneatis compositum hausit, à quo

multa

UVA. BHSC. BU 00033

multa egestio, & breui mors subsecuta est, contra verò Paulo euenit, quem alij medici leuitra ex manna & rhabarbaro purgatum, inter dies paucos, pristinæ valetudini restituerunt, non sine infamia senis illius capularis, quem vulgò, Ludouici interfectorem vocabant, veluti Gaurici Astrologi, qui, ex Astrologia Paulum moriturum prædixerat.

Curatio quinquagesimatertia, de muliere sterili, quæ medicamentis præparata, post decemocto annos concepit, & puellam elegantem peperit, tandem mulier ipsa tabe confecta, intra biennium diem suum obijt.

EX Nobili Ragusæorum prosapia, puella satis diues, viro nobili Ragusæo nupsit, qui intra quadriennium orbus obijt. At mulier iuuenis paucis elapsis annis, Marino Machullio iuueni nobili, & egregio, iterum nupsit, ex quo, agebatur iam decimusoctauus annus, post eius coniugium, prægnans nunquam euasit, cæterùm, mulier hæc, cum prolem summoperè desideraret, quam

nec

UVA. BHSC. BU 00033

nec à primo marito contraxerat, omni data diligentia obstetrices, vetulas, Medicos, & omne genus hominum consuluit, vt præsentato remedio, ad conceptionem disponeretur: tandem post tam longum tempus, vt auditis, ebibitis multis medicamentis, ac applicitis variis aliis ceratis, & emplastris, ac admotis & introductis diuersis pessis, prægnans euasit, & nono mense puellam elegantem rectè peperit, quæ & hodie feliciter viuit. Cæterùm, mulier hæc post partum malè illicò habere cœpit, adeò vt ab eo die partus, nũquam postea lecto discederet, sed magis intra biennium tabe confecta, & consumpta, ac marasmoide affecta, suum diem obierit.

SCHOLIA.

Sua natura mulier hæc sterilis erat, quæ remediorum beneficio concepit, & fœtum in lucem edidit maturum: sed non sine sui corporis iactura: à partu enim tanquã marcescens stirps exiccari cœpit, & in dies magis, vt intra biennium diem suum obierit. Cæterùm, non est mirari, si remediorum beneficio mulier hæc concepit: quando certò scimus chimico artificio puerum conflatum esse, & omnia sua membra

UVA. BHSC. BU 00033

~~perfecta contraxisse, ac motum habuisse: qui cùm à vase, vbi continebatur, esset extractus moueri desiit. Nouit hæc accuratius Iulius Camillus, vir singularis doctrinæ, & rerum occultarum & variarum hac nostra ætate magnus scrutator, & Hetrusca suo lingua scripsit diligentissimus & accuratissimus.~~

Curatio quinquagesimaquarta, de vetula, cui intra triduum sanguinis libræ octo per nares effluxere.

MAter Francisci Sorgij, nobilis Ragusæi, annos nata vnum supra septuaginta, absque procatarctica causa aliqua, in sanguinis fluxum per nares insignem incidit, & ita insignem & copiosum, ac renitentem, vt intra tres dies continuos eius octo libræ effluxerint: vnde cùm fluxus remediis non cederet, præfixis iam cucurbitulis, etiam circa iecoris regionem, & frictionibus, & retractationibus celebratis, ex brachij curuatura secta vena fuit, & sanguis per interualla extractus: vnde fluxus desiit, & ipsa rectiùs habere cœpit, & nunc pulchrè valet.

SCHOLIA.

Senium aut ætas aliqua nõ ex ijs sunt, quæ primitùs ad se remediorum consilium trahant,

cùm

UVA. BHSC. BU 00033

cùm id morbi aut intemperiei in corpore vigentis officium sit: verùm quoniam affectionum naturas per coniecturam accipimus, referente Galeno, lib. 5. de Sanitate tuenda: idcircò ætatem quoq; cõsideramus, vnde sit, quòd seni validõ, & rectè ferenti, vt Galenus quoque admittit, & nos quoq; diximus, puero robusto, & bene musculoso, cogente necessitate, sanguis per venæ sectionem mitti poterit, vt in hac exercuimus vetula, & variis aliis pueris: cæterum, quia virium imbecillitas plerunque senium comitatur: idcircò sanguinis missio in senioribus abnegatur: rectè igitur Cornelius Celsus, libro suæ medicinæ dixit: non quæ ætas, sed quæ virtus, aut virium robur, aduertere decet, vt cùm de pueris loquuti sumus, etiam ijs in Centuriis patefecimus.

Curatio quinquagesimaquinta, in qua agitur de præseruatione à coxendicum dolore.

FVllo, siue pannorum infector, qui extra vrbem ad pilas agit, & coxendicum dolore vexari solet, vt sanus perseueret, nec in eum labatur morbũ, consilium à nobis petit: pro cuius præseruatione, cauteláve, primò vt optimis cibariis exiccandi, & attenuandi vim habentibus, veluti victus ordine optimo vteretur

UVA. BHSC. BU 00033

consuluimus, non minus à rebus venereis, & aliis variis naturæ ordinem excedentibus abstineret, monuimus: à vino verò abstinebat, cuius loco aquam mellis, in qua folia saluiæ incocta erant, bibebat: quibus perscriptis, quũ vir hic natura sua calidus & humidus sit, ętate quadraginta trium annorum in mentem venit, morbum hunc plerunque ab humore crasso pituitoso, pauco calido misto, coxarum articulum offendente, euenire, prout in hoc euenit homine: proinde, vt tantum malum fugiat, consulo, cùm is pronus & facilis ad vomitũ sit, vt singulis octo diebus vomitum prouocet, digitis ad fauces intromissis, vel pinna intincta oleo, vel saltem singulis quindecim diebus, epoto vomitorio sequenti, vomitum irritet. R. Asari, florum camæmelę, ana pugillum mediũ, seminis raphani, cumini, anethi, an. drach. duas: in libris duabus aquæ fiat decoctio sufficiens, & colętur: cui decocto adde, oximellitis vnciam vnam, & alterius mediam, agarici albi in puluerem redacti, drachmam mediam: misce, & tepidum bibat: est enim vomitorium medicamentum hoc præstans: quo si quis ischiadico, vel quouis articulario morbo laborãs, modo optimo victus ordini

UVA. BHSC. BU 00033

dini assuetus sit, vtatur, sanus in longum tempus præseruabitur. Solebat nanq; Galenus homines à morbis similibus in totum annum sanos & liberos relinquere, sola vernæ curationis exercitatione, aut sanguinis missione, aut purgatorio pharmaco, aut vomitus euocatione: quibus omnibus nos vt hominem hunc liberum relinqueremus, vsi sumus: nam exordio huius præseruatricis curationis, vomitum copiosè admodum prædicto vomitorio euocauit: dein verò syrupum hunc ebibit. R. Betonicæ, stœchados, maioranæ, primulæ veris inter cõsolidas habitę herbæ, hissopi, camæmelę, ana pugil. vnum, seminis fœniculi, anisorum, ana drachmas duas, rosarum rubearum pugillum medium, passarum cum suis seminibus, vncias duas, in libris tribus aquæ fiat decoctio sufficiens, & coletur. R. Prædicti decocti vncias quinque, syrupi de betonica vnciam vnam, mellis rosati colatitij vnciam mediam: misce, & fiat syrupus, quem iciuno stomacho, in aurora bibebat, & quatuor horas post cœnam, alterum iterabat: & interea dum syrupis vtebatur, per clysteres aluus lubrica semper esset illi curabamus: quarto verò ebibito syrupo, basilicam in flexu brachij

VVA. BHSC. BU 00033

respicientis locum dolorosum secare, ex eaque sanguinis vncias sex fluere permisimus: aliis tandem quatuor ebibitis syrupis, catapotia hæc deglutiuit, quib⁹ aluus optimè respondit. R. Pilularum asaya. ret drach. vnam, aurearum scrupulum vnum, diagridij grana quinque, melle rosaceo colatitio excipiantur, & fiant pilulæ quinque, & puluere glizirhizæ obuoluantur, & capiat tertia hora, ante auroram, & dormiat: iis enim aluus optimè respondit. Cęterùm, sequẽtibus octo diebus, singulis auroris ieiuno stomacho, ex condito floribus saluiæ exceptis melle parato, vnc. vnam comedebat, & nunc rectè valere inquit. Cæterùm, membra vrina virili assiduò lauare, ab articulario morbo defendi creditur, exemplum adducit Plinius lib. 28. naturalis hist. capite sexto, fullones, & qui lanam elutriunt. Qui ob id quòd vrinam versantur, nunquam in podagram, aut chiragram incurrunt. Porrò, Patauinus iuuenis, qui grauiter ischiatico dolore torquebatur, & ad eum cùm peruenimus, ipsum multum contristari, & sæuo illo dolore cruciari inuenimus, ita à nobis tractatus fuit, & primo abstemio facto, circa particulam dolentem, ischiam dictam, fomentum hoc, pro

sedan

UVA. BHSC. BU 00033

sedando dolore, applicandum curauimus: quod habet, R. Camæmelæ, meliloti, absinthij, ana pugillum vnum & mediũ, hypericonis, camepithis, camedris, primulæ veris, ana pug. vnum, seminis lini, sœnugræci, rosarum, ana pug. mediũ, in libris decem aquæ, fiat decoctio sufficiens, & coletur: cui adde, olei camæmelini, anethini, vulpini, ana vncias duas: misce, fiat fomentum, & filtro imbuto, parum expresso, sed bene calẽte, doleti loco applica, & sæpe innoua: postea loco optimè abstersо, hoc inungatur linimento. R. Olei camęmelini, vulpini, hypericonis, ana vnciam vnam, butyri recentis, pinguedinis anatis, gallinaceæ, vulpinę, taxi, ana vnciam mediam, cetæ citrinæ parum: misce, & ad ignem, vt decet, fiat vnguentum molle, & succida lana cooperiatur, vel canabacea stupa. Cæterùm, cùm dolor perseueraret, ex interna brachii vena eiusdem lateris, sanguinis vncias quinque demere iussi: à qua sanguinis missione, aliquantulum melius habuit: sed tunc emplastrum hoc aliud applicitum fuit: quod habet, R. Sapæ libram vnam, vitellos ouorũ tres, salis drachmas duas, farinæ ciceris, vnciam vnam, furfurum quantum ad spissitudinem sufficit:

UVA. BHSC. BU 00033

miſce, fiat emplaſtrum, & calidum applicetur: porrò, cùm hæc parabantur, clyſteriorũ immemores non eramus, quæ ſingulis diebus iniicienda curabamus: præcipuè compoſita, ex herba heliochryſo, anetho, centaureo minori, iua, ſaluia, betonica, adiectis ſeminibus, fœnugræco, fœniculo, cumino, ameo, & caro veluti oleis, camœmelino, lilino, rutaceo, & hypericonis, & hiera picra, benedicta laxante, diaphinicone, & electuariis aliis pituitam cum aliquali bile reſpicientibus, non minus ac diſcocto melle, vel colatitio, vel ſaccharo rubeo, ſale & ouorum vitellis, & ſimilibus clyſteres adornantibus: ſyrupos quoque materiam reſpicientes, decoctis herbarum dilutos bibebat: quibus omnibus exercitis, ſexto die bolum hunc deglutiuit. R. Diaphiniconis vnciam mediam, electuarij amech. drach. duas, eleſcoph indi, an. drach. vnam, rhabarbari ſcrupulum vnum, ſpicæ celticæ, grana quinque: ſaccharo omnia excipiantur, & fiat bolus, quẽ rectè deglutiuit, & eo aluus optimè reſpondit: deſiderantur autem hoc in morbo, veluti quouis alio articulario, medicamenta forma pilulari, aut ſolida, vt contracta mora valentius à remotis partibus attrahant. Cæterùm, iis

&ſi

UVA. BHSC. BU 00033

& si hic meliùs haberet, dolore tamen vexabatur: qua de re, duobus à purgatione elapsis diebus, ex vena ischiatica dolentis pedis, quæ sub exteriore talo, vtriusq; pedis secari solet, aut circa ipsum talum, sanguinis vncias quatuor extraximus, à qua, iteratis prædictis omnibus remediis, & ebibito vino decoctionis guayaci, optimè habuit, & hodie rectè ambulat, & fausta valetudine fruitur. Venum mihi mente exciderat, quod mulier culæ vicinæ, cùm hunc sic afflictũ, & vociferantem audirent, ad eum iuuandum cucurrerunt, ex quibus altera, metaxas Græci, Hispani, Græca voce corrupta, Madexas appellãt, sic suo cinere calentes admouit: has autẽ Romani, pensa fila in orbes circumacta, appellabunt, remedium Arnaldo Villanouano, vt audio, familiare satis: quo & colico dolore affecti, non parum iuuari solent, veluti & hic, qui eisdem aliquid profectus & iuuamẽti contraxerat. Sed cùm hæc scribimus, in mentem venit Ariminensis quidam vir, qui cùm assiduum fluxum sanguinis per hæmorrhoides pateretur, nec solito tempore responderet, illicò in ischiaticum dolorem labebatur, pro quo leuando, cùm

UVA. BHSC. BU 00033

fluxum solitum euocaret, illicò ab eo liber euadebat.

SCHOLIA.

Fit morbus hic, vt nostis, in coxis: ea præcipuè dearticulatione, quæ Enarthrosis dicitur, cùm scilicet excipiens oßis cauum, altũ & profundum admodũ est: caput verò quod in id inseritur femoris, oblongum: quæ duo ossa nexu validißimo copulantur, connectunturq; tendine quodã amplo, & valido, à musculo exorto, ab intima pectinis parte prodeunte: vnde cùm per meatũ quendam, canaliculum siue riuulum dictum, in acetabulum, siue oßis cauitatem humores defluere contingant, tendo facile imbuitur, & impletur: quo fit, vel crus contrahitur, vel integræ parti liber motus adimitur, nõ sine dolore, quem ischiacum, vel ischiadicũ, & coxendicum dolorem, appellamus: aduertendũ tamen duxi, quòd quando dolor hic diuturnus & longus contingit, tendo ita laxari solet, vt caput femoris oblongum excidat, & tunc in acetabulo mucores creantur, & crus tabescit, & ægrotus claudicat: pro quo curando, ad ignẽ currere necessarium est, vt Diuus senex docuit, vltimis duobus aphorismis, libri sexti Aphorismorũ: & alibi, veluti post eum Paulus & Aetius, & nõ contemnendus Albucasis, tractatu suo, de Curãdis per cauteria ægritudinibus difficillimis,

UVA. BHSC. BU 00033

nis, & rebellibus: sed cùm iam iis finem imponerem, ecce Brandanus meus, qui nunc magna cum gloria Bristolij artem medicã exercet, per literas petit, coxendicum in dolore, quoties pedis vena secanda est, an internã, quam Saphenam appellamus, incidere debeamus, vel potius externam ischiaticam dictam: cui respondentes, dicimus quæsitum vulgare esse: nondũ tamen ab aliquo (quod sciam) plenè solutum: proinde vt illi, & vobis ad præsens satisfaciam, audite, Galenus ita sæpe saphenæ sanguinis missionem ischiatico dolori conuenire, scriptũ memoriæ commendauit, vt res incantamento videretur, cùm ægrotãtes ea sola, ocyssimè, ac breuissimè sani euadãt. Auicenna verò, & Arabes, ac eorum assectæ, ischiaticam venam potius scindendã esse, vt ex ea quàm ex saphena, præstantius & celerius iuuamentum subsequi, notarũt, conteſtantur, firmántque id longa experientia ab eis obseruatum esse. Nos verò, vt rem hanc discussam relinquamus, nec deinceps quis amplius de ea dubitet, sententiã nostram in praxi obseruandam, in medium asseremus: pro quæ intelligenda, scire decet, quòd vena caua supra ceruicem coxæ, ad partem internam in duos ramos diuiditur: quorum alter, crassior per internam tibiæ regionem descendit, ex se venulas musculis adipi, & cuti, interim impartiendo, quousque ad internum talum, siue malleolum

peruenias

UVA. BHSC. BU 00033

perueniat, in quo loco saphena appellatur, & inde ad pedem in multos ramulos deuaricatur, ex quibus vnus sæpè ad digitum magnum apparet, qui non comparente saphena, non raro scinditur, & ex eo sanguis demittur, alter verò diuisionis ramus, subtilior, in syluestrem tibiæ partem decurrit, portiunculas quoque in adipem & cutim obiter mittens, donec ad clauiculam externam, quæ est imi capitis minoris ossis caput, deducatur, quo loco, vulgo, ischiatica vena dicitur. Et de ijs satis, ex quibus percipitur, & saphenam & ischiaticam venam ex eodem loco oriri, vnde consonum esset asserere, perinde esse hanc vel illam scindere, cùm æquales inde oriri debeant effectus, & innamenta æqualia, sed non ita res habet, quum ischiatica vena exteriores magis respicit partes quàm internas, & saphena contrario modo, habet nanque ischiatica vena suas ita cõstitas ac dispositas percurrentes fibras, & villos ac complantata stamina, vt ex directo schiam respiciat, & ex ea particula breui attrahat, & hauriat, contingit tamen, quod hæc ischiatica, syluestrem malleolum perreptans vena, sæpè eo in loco occultetur, & non appareat, & si apparet, adeò exilis & gracilis vt satius fuerit saphenam aperire, ea tamen rectè apparente, consilio in horum coxendicum dolore, eam aperiamus, cùm celerius, & potentius, innamentũ inde sequi sciamus, quàm

ex

UVA. BHSC. BU 00033

ex saphenæ ipsius incisione, vtraq; tamen cautè aperienda est, ne ex parte alta humores ruant, & grauius præsenti morbo afferant malum.

Curatio quinquagesima sexta, de lacte ingesto, & in grumos concreto in ventriculo, deque eius curatione prospera.

QVum Andreas Myroparonis Præfectus, vir annos natus quinque supra quadraginta, ficca scabie laboraret, erat autem temperatura biliosa, hic, & illi, aquam lactis, serum appellamus, ebibendum priscorum more, proposuissem, ille domi suæ, lac coagulandum iubet vt ex eo concreto, serum habeat, sed ecce, cùm aliquando lac coagulo permistum, sed nondum coagulatum aut concretum esset: eius filius, Marinus decemseptem annos natus, temperatura pituitosus, totum ebibit, pondere fortassis quatuor librarum, à cuius potu, iuuenis hic conqueri cœpit, & stomachi pondus graui cum dolore incurrebat, sed cùm vomere volebat, in strangulationem veniebat: proinde ad eum accitus, rem ex toto deprehendo, & causam in totum coniecto, videlicet, lac in vase coagulari paratum, in stomacho coactum ac concretum esse.

Est

VVA. BHSC. BU 00033

Est sanè casus rarus, & inter venena, à Dioscoride, Galeno, & Nicandro, ac alijs præstantissimis viris connumeratus, pro quo abigendo, cùm periculum sit in mora, omni data diligentia, instituimus, ac contra eum inuasimus, acetum acerrimum, nepitæ siccæ mistum ebibendum, illico tribuentes, vt concretum lac dissipetur, & fluidum fiat, quod si ægrotus hoc remedio non rectè valuerit, aceto acerrimo coagulũ leporinũ, vel quodcũq; aliud ad manus habitum, misceatur, & ebibendũ detur, mandamus: vtroq; tamen remedio vsus est, & tunc ad vomitum eum traximus, qui multa admodũ vomuit, sed tunc quoq; clysteribus aluus irritabatur, vnde optimè sequenti die se habere dixit.

SCHOLIA.

Non solùm prædicto modo lac in stomacho coagulatur, & densatur, sed etiam quoties stomachus frigidus & imbecillis est, sua namque intemperie purum etiam lac cõtrefit, coagulat, & densat, vnde cùm quis vno vel altero modo, Lac in ventriculo coagulatum persenserit, medicorum præceptis, illico ad remedia à nobis ægroto propinata confugiet, quibus lac eliquatur, & discutitur, & tandem vomitus irritatur. Sed silentio non est prætereundum dubium, an vo-

mitus

UVA. BHSC. BU 00033

mitus pro curatione huius in ventriculo cõcreti lactis, vel sanguinis concreti, eadem enim curatio est, prouocandus sit, vel ne, huius dubij authorum grauissimorum dissentio, causa est: nam Dioscorides libro sexto suæ rei medicæ, vomitū in hoc casu omnino abrogat, dicens, cùm coagulato lacti occurrit, nec illos vomere conuenit, siquidem concretū lac sese in stomachi angustias insinuans, strangulat, id quod & antea cùm de sanguine concreto egerat, dixerat: quē imitatus Rasis lib. xx. sui continentis, inquit, non est irritandus vomitus huic, cui sanguis cõcretus, vel lac coagulatum in stomacho est, quoniam meri, id est, æsophago, obstructio ab ijs cõcretis rebus superueniet, & inde suffocatio & mors. Galenus verò ijs contrarius est, vt qui lib. de Antidotis dicat, quibus lac ebibitum in grumos concreuit, ijs confert bibere acetum, dandum est & coagulum cum aqua fontana, aut æqua portione sulphuris & sulphur cũ oxycrato, quæ omnia incidunt, attenuant, & vomitum prorităt: nos, quibus datum est similium grauissimorum doctorum discordias conciliare, breui dicimus, nullam inter eos discordiam esse, nam Dioscorides non esse in lacte concreto irritandum vomitum recte quidem tradit, siquidem cõcretum lac, & coagulatum, per vomitum euocatum, hominem suffocaret, oportet igitur ante eius euocationem: primò id medicamentis scindamus, subtiliemus,

UVA. BHSC. BU 00033

liemus, & ad vomitum promptum reddamus: proinde Galenus hæc noscens, primo ijs vitur medicamẽtis, quæ opus complent, & vomitum prouocant: sic autem nos ad Galeni imitationẽ, primò densatum in ventriculo lac, dissoluimus, dein verò per vomitum vacuamus. Et de hoc satis, non me latet, Nicandrum in suis Alexipharmacis, quinque propulsatrices medelas contra coagulatum lac præscripsisse, quas vos per otiũ legite, sed aliud nõ minus dubium se offert, an sal in hac coagulati lactis curatione, admittendum sit vel nõ: quoniam Dioscorides omne salis genus detestatur, dicens, sed nulla salsilago obijciatur, quoniam magis lac coiret, & in caseum densaretur, Galenus verò libro tertio de Alimentorum facultatibus, cap. 15. quo de lacte agit, bis lacti salẽ & mel misceri, ne in ventriculo concrescat, & in caseum abeat, mandat, inquiens, quod si sal & mel adiciantur, fieri non potest, vt ipsum in ventriculo concrescat, ac coaguletur, nos verò dicamus, nec in hoc loco aliquam stare discordiam, quia sal lacti mistus, nunquam sinit id densari, porrò si lac densatum & concretum iam in stomacho fuerit, sal & res salitæ id magis densant, & concrescere faciunt, Dioscorides igitur ad lac in ventriculo compactum & coagulatum, respiciens, salem abnegat, quia id magis concrescit, densat, & lapidescit. Galenus verò anteà quàm bibatur, ne

in

UVA. BHSC. BU 00033

in ventriculo concrescat aut densetur, optimo consilio obuiam venit, dicens inijciendum illi esse sales, vel melli parũ, cum hæc eius coagulationi aduersentur, nec hæc vobis duriuscula esse videri debent, quum eo modo sali euenit, quo coagulo euenire cernimus: nam salsi lacti liquido & recenti miscetur, non amplius, (vt dixi) coagulatur & densatur, ita lacti si coagulum infundimus, lac breui concrescit, & coagulatur, quod si lacti iam concreto coagulũ misceremus, tantum abest, vt lac ipsum magis coagulabitur, vt potius id eliquabitur, & discutietur.

Curatio quinquagesimaseptima, in qua agitur, de errore cuiusdam medici, qui acetum in colica affectione dedit, & ægrotum interfecit.

QVum quidam vir natus annos quadraginta, Colico dolore cruciaretur, ad eum iuuandum accessit medicus, qui cum clysteribus, fomentis, vnctionibus, cucurbitulis, & potionibus varijs, pro eo iuuando vteretur, & non iuuarent, ad acetum confugit, quod ægrotanti potandum dedit, infelici tamen successu, cùm inde ægrotus breui mortem contraxerit, at medicus fortè acetum ægrotanti, tribuit, vt humorem crassum, visci-

UVA. BHSC. BU 00033

dum, colicam affectionem inducentem, attenuaret, scinderet, & subtiliaret, id quod Auicen. detestatur, Fen. 16. libri tertij, cum de colica ventosa agit, & ex aliorum mente, clysteres ex syrupo acetoso injiciendos proponat, quibus accedit, quòd acetum natura sua colicum dolorē gignit, vt quod intestinis mēbris exangues & frigidis aduersum sit, quod nō ignorantes mortui viri propinqui, contra medicum iure agere cœperunt, qui quidem archiatri auxilio vsus, euasit, quas tamen rationes præter adductas, pro se adduxerit, diuinare nequeo.

Curatio quinquagesimaoctaua, in qua agitur, de ardore vrinæ, cum caruncularum mictione, & præstantia conditi ex malua floribus saccharo apparati.

VXor Blasij Valetini Sorguij, iuuenis annos nata sexdecim, cùm quia tum ageret conceptionis mensem, in ardorem vrinæ ingētem incidit, à bile acri originem trahentem, est nanq; ipsa, temperatura biliosa, renes, iecur, cor, & cerebrum calida, habens, quæ sæpè meiebat, ardore non exiguo percepto. Ad hanc igitur vocatus ego, lotium sæpè emictum

cont

UVA. BHSC. BU 00033

contemplor, quod crassum iumentorum modo, ex matula in aliud transcolabamus vas, vnde in fundo residentes carunculas notabamus, alias subalbidas, pingues, alias verò carneas sanguinolentas, vtrasq; exiguas, & paucas, vnde excoriationem in vijs vrinæ, & renibus esse, certa mihi fides erat, docente Hippocrate lib. 4. Aphor. 75. quibus in vrina crassa existente, carunculæ paruæ, ac veluti capilli, vnà exeunt ijs, a renibus excernuntur, pro qua leuanda mala affectione, quæ & febrem, & vigilium sæpè secum affert, sic orsi sumus, & primò abnegatis, sale, & rebus salitis, acetis, acidis, vino, exercitio, & coitu, bolum hunc deglutiendum illi dedimus. R. Floris cassiæ, drach. octo, tamarindorum optimorum, drachmas tres, puluueris coriandorum præparatorum, scrupulum vnum: misce, fiat cum saccharo bolus, quem ante cibum duas horas deglutiat, erat autem huic cibus, pullus gallinaceus, aut caro hœdina, incocta lactuca, aut cucurbita, aut malua, aut hordeo mundo. Cæterum, à bolo rectè egessit, sed acrius doluit. Proinde decoctum hoc parare diligèter curauimus, quod habet. R. Calicum papaueris cum suo albo semine, numero sex, foliorum

UVA. BHSC. BU 00033

lactucæ, endiuiæ, maluæ, portulacæ, radicum maluauiſci, ana pugillum vnum, iuiubarum, ſebeſten, ſingulorum, quindecim, prunorum pinguium, decem, florum maluæ, nenupharis, violarum, roſarum, an. pugill. medium, ordei mundi, vnciam vnam, ſeminis lactucæ, ſcariolæ, maluæ, cucurbitæ, melonis, citruli, ana drachm. vnam, in libris quinque aquæ cucurbitæ, fiat decoctio, ad conſumptionem tertiæ partis, coletur. R. Prædicti decocti, vncias quinque, ſyrupi portulacæ, papaueris, an. vnciam mediam: miſce, & fac ſyrupum, quem interea dum decoctum perdurauerit, ieiuno ſtomacho, bibat, aliquando verò ita deſcribebamus. R. Syrupi, violacei, nenupharini, an. drachm. ſex, aquarum portulacæ, lactucæ, violarum, nenupharis, ana vnciam vnam, miſce, & vtatur. Cæterùm, cùm hęc agebantur, exterius, renes, iecur, & inferiores partes fouebamus, vnguento roſaceo, admiſto ſantalino, vel altero per ſe ſolo, aut refrigerante Galeni, aut populeone, aut epithemate vno vel altero, ex ſuccis compoſito, vt ſemperuiuæ, ſolatri, lactucæ, portulacæ, cum lacte muliebri, vel tantùm oleo ex quatuor ſeminibus frigidis concinnato, & pauca cera alba excepto,

UVA. BHSC. BU 00033

cepto, quod Mesues in hoc casu summopere cõmendat, cum hac describat oleũ. Non minus vt aluus responderet soliciti eramus, & ea de re, clysterium hoc per interualla injiciendum curabamus, quod habet. R. Maluæ, hordei excorticati, foliorum lactucæ, ana pug. vnum, in libris duabus aquæ fiat decoctio sufficiens, & colatur. R. Prædicti decocti vncias quindecim, olei violacei, vncias duas, saccharo albi, & fini, vnciam vnam & mediam, ouum integrum, hoc est, album & lutheum: misce, para clysterem, & injice, item per syphonem iaculabatur ad vias ipsas vesicæ, aqua decoctionis hordei mũdi, saccharo fino mista, vel lac purum humanum, aut aqua lactis saccharo fino mista, aut aqua plantaginis, aut lac vaccinum per se solum, quod præter id quod abstergit, mirificè butyri ratione consolidat, aut candidum ouorum optimè concussorum, spuma dempta, à rebus autem, quæ nimium abstergunt, abstinebamus, quia sua absterſione magis aperiunt, & excoriant. Cæterùm, cùm nobilis hæc mulier ijs parum iuuaretur, immò multum & sæpè anguſtiaretur, & doleret, vt de abortu timor esset, ad sanguinis missionem in brachij curuatura venire de-

UVA. BHSC. BU 00033

creueramus. At, cùm assistentes mulieres renuerent, ab opera destitimus, & tunc ad conditum ex floribus maluæ sacchari concinnatum, nos diuertimus, cuius assiduo vsu, intra viginti dies sana & immunis euasit, comedebat autem ex condito isto, stomacho ieiuno integram vnciam, & vesperi alteram, superebibita maluarum destillatitia aqua ad vncias tres, singulis vicibus, nunc autem prosperè valet, & regiè viuit.

Curatio quinquagesimanona, in qua agitur, de lapide reiecto à renibus simúlque de methodo seruanda in ardore vrinæ.

PAulus Gradius Senior, annos natus octoginta, constans, doctus, sapiens, & patritiorum horum, aut verius huius Reipublicæ ornamentum, lapillum per virgam, oliuæ magnitudine eiecit, sed quod mirari est, absque lumborum grauedine, absq; iliorum dolore, & fractione, ita vt antea nullum persenserat ad lumbos pondus, nullum ad ilia dolorem, nullum in ipsa virga ardorem, enimuero, eo die quo ipsum eiecit, in virgæ suprema parte, pauculum persensit dolorem, vel verius ardorem, vnde in prandio

UVA. BHSC. BU 00033

hœdinam carnem malua incoctam, vt ea laxiores vias redderet, habuit, quo factum est, vt ipsum breui eiecerit, non absque tamen scoriatione viarum, vnde lotium sanguinolentum, acredine percepta, meiebat, pro qua placanda acredine, & obseranda scoriatione, iussimus vt magnificus & generosus senex hic, ieiuno stomacho vnciam vnam conditi saccharei ex floribus maluæ comederet, superbibita aqua stillatitia ipsius maluæ, aut eius decoctionis, aut ea in qua incoctum fuit gummi tragacantum paucum, comederetq; panatelam, aut hœdinam, aut pulli carnem incoctam portulaca, vel lactuca, vel hordeo mundo vel istiusmodi re aliqua comendabamus, porrò cum inhonestum esset hominem octogenarium abstemium facere, iussimus vinum biberet optimum dilutum, tamen aqua decoctionis maluæ, vel gummi tragacanti, vteturq; iulebo, violaceo, rosaceo, & similibus, permittebamus. Cæterùm, à rebus diureticis, salsis, acribus, & acutis abstineret, suasimus, tandem tertio die post emissum lapillum, rectè habuit, & extra domum exiuit.

UVA. BHSC. BU 00033

SCHOLIA.

Hic, medicorum quorundam à me detegenda venit ignorantia, vt qui nesciant differentiã ponere inter ardorem vrinæ euenientem ab humore salso, & acri, ab eo qui propter arenas, & renum & vesicæ calculos euenire contingit, solent nanque medici, lacte ardorem vrinæ obtundere, & curare, sed vtinam non eum qui à lapillis, & arenis euenit, cum tantum abest, vt lac ardorem hũc mitiget, vt eum potius augeat, & in augmentum trahat, gignit nanque lac, & caseus, vt lacticinia omnia, lapillos, calculos, & arenas, vt omnes inculcant practici, proinde caueant medici, in præsenti suadeo, ne cum ardor vrinæ ab arenis, vel lapillis, aut calculo euenerit, lacte vtantur, cum tantum abest, vt lac iuuet, vt potius malum maximè augeat, & crescere faciat. Contrario tamen agent, quoties ardor & vrinæ acredo, ob humorem acutum & acrem, aut salsum euenerit, præcipuè non apparente febre, tunc nanque lacte securè vtentur, & ægrotanti tuto ebibendum dabunt, veluti vtroque in casu, ptisana, iusculis pinguibus, cassia ægyptiaca, balneo & similibus. Cæterum, elapsis paucis diebus, hic idem cũ alium lapillum per virgam emittere vellet, eius vrina suppressa est, vnde pectinis parte, veluti ea quæ inter anum & virgam iacet, oleo scorpionum inuncti is, breui eum eiecit, & sanatus est. Adnotandum

UVA. BHSC. BU 00033

notandum tamen duximus, quòd quoties adfuerit vrinæ ardor, acredo, & incendium, quod tunc satius erit balano, siue glande, ex saccharo cando, inunctio oleo violaceo, quàm re salita, vel acri aliqua, vti, vel eius loco, clysteri parato decocto maluæ, violæ, maluauisci, nymphææ, semine lini, folio salicis, adiectis oleo violaceo, rosaceo, & ouo integro, vel eius tantùm albo, & camphora, & similibus, solet quoque in hoc vitio exterius inungi pubes, renum regio, veluti & iecur, rebus frigidis, vt vnguento rosaceo, santalino, albo, siue Galeni refrigerante, populeone, succis frigidis, vel oleo, ex quatuor seminibus frigidis maioribus concinnato: cauete tamen, ne pro pharmaco purgatorio, in hoc casu, cassiæ ægyptiacæ florem transcendatis. referam ego id quod olim Anconæ euenerit, ægrotabat Ioannes Caribaldus Mediolanensis, mercator diues, ex huiuscemodi vitio, cui cum syrupi rosacei solutiui recens parati, vncias quatuor ebibendas propinaueramus, morbus in tantum irritus fuit, & acerbatus, vt inde peius semper habens, obitum traxerit: erat me hercle syrupus rosaceus solutiuus à pharmacopola ingenuo & bono, optimè concinnatus, proinde a purgatoryis medicamentis in hac affectione cauete, ex iis autem quæ palmam in hoc casu obtinent, cassia ægyptiaca est, veluti, malua & eius flores saccharo conditi, & thermarum aquæ, præ-

UVA. BHSC. BU 00033

cipuè in iuuenibus, seniores nanque vt tradit diuus Senex, ab hoc vitio, raro euadunt, porrò, res quæ per virgam eiaculari solent, consulto prætereo, quando eis nostro in ægrotante vsi non simus.

Curatio sexagesima, in qua agitur, de quodam, qui natura sua multa & varia abhorrebat.

BErnardus Bonius, ex Ragusæorum patritia familia, iuuenis annos natus viginti, temperatura biliosus, quum ad me venerit, vt eius vrinam contemplarer, & si quid mali protenderet, eum medicamentis saltem iuuarem, ecce cùm eum renum vitium, & morbi gallici seminaria habere deprehenderim, syrupum vnum vel alterum describere apud pharmacopolam accingor, at ille, ne temerè sic syrupos describã inculcare cœpit, quia omnia dulcia odio habebat, & re vera vt posteà comprehendi; mel saccharum, & ex eis composita, huic pręstantissima sunt venena, imò quod mirari subeat, hic non vescitur vua, non ficu, nõ pyro, non pomo, non malo cotoneo, non granato, non persico, non prunis, etiam acidis, quia in eis etiam nescio quid dulcedinis reperiri, aiebat, demum ex omnibus fructibus, comed

UVA. BHSC. BU 00033

comedebat, nuces, amygdalas, & nucleos pineos, multùm oblectabatur aceto, multùm agresta, multum aqua tamarindorũ, multum rebus salsis, nam vinum album in totum abhorrebat, etiam maluaticum, veluti ex rubricantibus dulce, aquam sibi familiarem in potu habet, quibus omnibus exactè perpensis, & consideratis, medicamenta prout morbus postulabat ad amarorem declinantia, descripsi, quibus ipse postea rectè habuit.

SCHOLIA.

Non abre Galenus dixit sæpè, vltra temperaturas vniuersales, particulares hominum esse deprehendendas, vt libro Artis curat. ad Glauconem, & alibi sæpè vt ijs in Centuriis quoque nos admonuimus.

Curatio sexagesimaprima, in qua agitur, de muliere prægnante, quæ ob mora alijs cum cibarijs comesta, & in ventriculo corrupta, in anxietudines, & animi angustias deuenit.

VXor Abner Alpharini Hæbræorum consulis apud Ragusæos, cùm mora alijs cum cibarijs indiscretè comederet, & in

UVA. BHSC. BU 00033

& in ſtomacho corrumperetur, in tantam animi anguſtiam, & anxietudinem, ac oculorum obtenebrationes deuenit, vt tunc eam in abortum venire, & ipſa & aſſiſtentes omnes timerent. ad eam igitur accitus ipſe, conſiderans eam ſexto menſe geſtationis eſſe, in mentem reuoco, mora, vt Galenus, & medici cæteri teſtantur, ſi contingant corrumpi ſuccum adgenerare venenoſum, vnde de eo vacuando ſoliciti admodum eramus: ſed quónam artificio, intra animi anfractus vertebam, tandem in memoriam reuocata ſtillatitia florum arantiorum aqua, eius huic vncias decem tepidas ebibendas tradidi, à cuius potu, cùm parum requieuit, ecce ſuccum illum atrum venenoſum ex moris contractum, & cætera corruptione affecta cibaria, vomuit, abſque labore, dolore, vel anxietudine aliqua, vnde ſe ſanam, intra paucas horas, dixit, & rectè valuit.

Curatio ſexageſimaſecunda, in qua agitur, de repentina morte, ex ſyncopi eueniente, non verò ex Apoplexia.

RVerēdus Abbas, ex Croma inſula, lapide vno vel altero à Ragufio diſtante

UVA. BHSC. BU 00033

stante, cùm rectè valeret, & alios alloquetur homines, repentè cor illi dolere dixit, ac subitò supra cordis regionem admota manu, in terram, leuiter tamen concidit, omnibus repentè animæ facultatibus amissis, ad quem vocati, eum mortuũ esse diximus, deerant autem non solùm in metacarpio & temporibus pulsus, sed supra cor etiam nullus percipiebatur motus. At, vt assistentibus satisfaceremus, ad nares accensam candelam admouimus, cuius flamma, nihil mouebatur, quin & speculum nitidum ori ad motum fuit, & in eo nihil expirationis contracti visum est, sed & vitreũ vasculum aquæ plenum supra thoracem applicauimus, & tamen aqua non mouebatur, tunc iussimus ad sequentem diem, eum inhumatum relinquerent, quòd si non potuisset, etiam ad tertium diem dimitterent, consului, quoniam, vt nostis, intra septuaginta & duas horas omnes motum suum complent humores, quæ horæ, tres designant dies.

SCHOLIA.

Contendebant nonnulli, abbatem hunc ex apoplexia obitum contraxisse, sed re vera non sine errore, quoniam hic ex syncopi, lancinato corde, & dissolutis spiritibus, à venenoso aliquo humore

UVA. BHSC. BU 00033

humore, diem suum obierit, vel potius, in corde, obstructione aliqua parta, id quod notæ hæ attestantur, prima, quia ad cor doluit, & vt nosti ex Hippocrate, vbi dolor, ibi morbum dic, secundo, quia spuma nulla ad os referebatur, nulla oris distorsio, nulla membrorum retractio, immo illi os apertum fere mansit, adeò vt dentes non clauiculatos haberet, vt iure dicendum sit, neruis illæsis, non ex apoplexia, sed magis ex corde primario affecto, hunc subito & repentè obijsse, quod si quis nerueose contenderit, in forti apoplexia omnimodam fieri membrorum dissolutionem, & non retractionem, id quod nos diffitemur, tamen cum hoc sciant velim, apoplexiam non fieri nisi offenso cerebro, & neruis, qui in hoc violento & repentino obitu, non apparuerunt, proinde cum hic cor doluit, & nerui offensi non apparuerint, consentaneum magis videtur asseuerare ex corde male affecto hunc obijsse, quam ex apoplexia.

Curatio sexagesimatertia, in qua agitur, de quodam varia ricini, siue cheruæ maioris semina, pro pistatijs comedẽte, vnde illi mors subsequuta est.

QVidam tam multa ricini, siue cheruę maioris semina comedit, putans pistatia

UVA. BHSC. BU 00033

ſtatia eſſe, vt poſteà paucis interpoſitis horis, in vomitũ & ſeceſſum ita internecantem deuenerit, vt inde mors illi ſubſequuta fuerit. Sed cùm hæc ſcribo, in mentem venit, puer pharmacopolæ, qui cum proauellanis, corylis dictis, myrobalanum ſiue nucem vnguentariam dixerimus, officinarum mangones, ben Arabum appellant, abundè comederet, parum abfuit tunc quod ex toto moreretur, ita enim illi vomitus, & fluxus immoderati ſuperuenere, ſed breui adiutus euaſit.

Curatio ſexageſimaquarta, in qua agitur, de ſcabritie & ſciſſuris palmarum manuum, deq́; earum curatione.

ABner Alpharinus Hæbræus, apud Raguſæos conſul, cũ manus dextræ palmam ſcabritie & ſciſſuris plenã, & benè fœdatam haberet, fortè fortuna, in ea, ſica vulneratus fuit, adeò vt inde multus effluxerit ſanguis, à qua ſanguinis fluxione, manus illa à ſciſſuris, & ſcabritie libera, & ſana inde manſit, nec ad eã quicquã mali amplius fluxit, paucis tamen interiectis diebus, humor ad dextram fluere ſolitus, ad ſiniſtram corruit manum, & id genus

UVA. BHSC. BU 00033

genus mali, quod dextra pati solebat, ea incurrit, quod & nunc patitur: pro ea tamen abigenda fœditate, hoc vtebatur remedio à multis experto, sed acri, potente, & caustico, nominando, sic autem remedium habet. R. Aquæ ardentis, vitę dictæ libras duas, viridis æris drach. duas, aquæ fortis argentariorum, vnciã vnam, sublimati scrupulum vnum: misce, fiat aqua, qua manus lauabantur, super quas absterſas, emplastrum diachilon ponebatur, & inde sanies multa fluebat, sed curatio hæc vt violenta, ita despicienda, eam tamen qui ferre possunt, summoperè laudant.

Curatio sextagesimaquinta, in qua agitur, de pilis in lingua genitis, satis longis.

IAcobus ex flumine malè habebat, quê cum curandum susciperem, & varia interrogarem: ecce mihi respondet in eius lingua pilos magnos etiam breui tempore gigni, quos quãdoque proprijs eradicat manibus, id quod tunc rem mihi experiundam indicat, pilum nanque intra noctem genitum, vt ille putabat, oblongum satis mihi indicat, sed rem non ita stare, hoc est, pilum intra noctem

vnam

UVA. BHSC. BU 00033

vnam genitum non esse conscij satis sumus, cùm pilus paulatim tanquam lorum crescit, & producitur: crediderim tamen ipse, vt pili huic in lingua crescunt: ita in eius corde quoq; abundant, vt olim Ferrariæ experti sumus in quodam à nobis consecto: cuius cor pilis circunseptum erat: audacissimus tamen hic erat grassator & latro insignis: Iacobus verò, de quo agimus, bonus videtur: cum scoquiis tamen, piratis, prædonibus ac latronibus insignibus, iuxta patriam suã, maximum habet commertium, imò & affinitatem.

Curatio sexagesimasexta, in qua agitur de continuo febriente.

MArinus Guetaldus, ex Ragusæorum patritia gente, iuuenis annos natus vigintiquatuor, apud Stagnum ciuitatem grauiter cùm ægrotaret, ad eum curandum velis, remisque contendimus: distat autem Stagnum ciuitas à Ragusio, triginta miliaribus. Hic igitur temperatura bilioſus, habitu optimo præditus, rarò ægrotare solitus, causone laborabat: continuò nanque febri intensissima affligebatur, quam comitabantur vigilia, linguæ nigredo, sitis intensa, corporis inquietudo, caliditas ad tactum

UVA. BHSC. BU 00033

acris, & intensa, caput prioribus duobus diebus doluerat, & vermes tres per os emiserat. Agebatur iam quintus dies, cùm ad eum peruenerim, in quibus sanguinẽ ex brachij curuatura assistentes extraxerant, quos omnes insomnes transegerat, & aluus non respondebat, ni clysterio adiutus, imò ad oblata malè se habebat. Cęterùm huic pulsus debiles erant, & ita imbecilles, vt vix perciperentur: aliquando tamen per interualla, quasi ponderi prævalentes, paululum apparebant: sed posteà iterum opprimebantur, occultabantur, & non apparebant. Vnde omne genus imbecillitatis huic inesse coniecto, alterã per oppressionem factam, alteram verò essentialem ob spirituum resolutionem: præsertim tanto cum vigilio, de quibus Galenus, sæpe aliâs, sed præcipuè libro de Pulsibus agit, vbi duos homines pro exemplo adducit, alterum validum & potentem: onus tamen graue ferentẽ, alterum exanguem & imbecillem, æquè tamen ambos deambulantes: de qua re, & nos secunda Centuria abundè diximus: nunc verò omnibus ijs æquè consideratis, ac refrigerato in primis cubiculi aëre, & patentibus fenestris, sexto sequenti die mannam paucula cum rhabarbari

subst

UVA. BHSC. BU 00033

ſubſtantia, dare auſus ſum, ne fortè aggreſſus ſeptimum ægrotus ſuccumberet, & morbus prævaleret. Bona igitur fortuna, ebibito pharmaco, aluus optimè reſpondit: & ea quæ vacuãda erant, vacuata ſunt; meraca, bilioſa, omnia acria anũ pungentia: ſed tunc per os vermem magnum præuiuum emiſit: ſperabam autem mihi ad votũ reſponſura, quia poſt ægrotantis decubitum, Aquilonares venti ſpirarunt ſemper: agebamus autem prioribus Iulij menſis diebus, quo tempore putulentus Meridionalis ventus ſolitus ſpirare, vniuerſam hanc Stagni ciuitatẽ inficere plerunque ſolet, vnde morbi grauiſſimi oriũtur, quibus plures vitã decedunt: cœpi igitur, iuuenem contuſo pulli, & deſtillatitia pullæ aqua, per interualla alere, veluti vitellis ouorum recentium: ſic apparatis, fracto oui putamine, album depone, & vitello intus manenti: adde aquæ roſaceæ, & ſacchari fini, ana parum, & ad ignem calefiat, & ſorbendum da, mirum in modum, credas mihi, vires reficit: poſſet nanque miſceri puluiſculus cordialis, vt diamargaritonis frigidi, coralij præparati, margaritarum præparatarum, veluti & fragmentorum, adiecto ſucco limonis, arantij vel agreſtę, ſequẽti

UVA. BHSC. BU 00033

nocte, vniuersus noster conatus eò dirigebatur, vt hic dormiret: qua de causa, fomento somnifero, & crura, & brachia sunt lauata, & caput irrigatum: ac posteà vnguento somnũ conciliare promittente illitũ, veluti aures, nares, & brachialia, quibus parũ vel nihil assecuti sumus: octauo, ab ebibito syrupo, epithema aliud paraui cordi, aliud iocinori, & irrigationẽ capiti, sed hac cõditione, vt assistẽtes in permutandis, & continuò admouendis, sedulò attenderent: vesperi verò, vt qui nonum ingressurus erat diem, in quo ego multum timebã, clysterem istum parare iussi.

R. Iuris pulli, vncias sex, aquæ decoctionis hordei, libram vnam, sacchari fini vnciam vnam, & alterius mediam, olei violacei, rosacei, succi portulacæ ana vnciam vnam, ouum integrum, id est, album & lutheum: misce, para clysterem, & iniice: à quo iniecto, infusum paucis cum excrementis illicò egessit: post ingressum verò nonum, ter sua sponte egessit, liquida citrina, omnia fœtidissima, tunc dormire cœpit, & aliquantulum gustare, & pulsus rectè percipiebantur: decimo, ab ebibito syrupo, & per clysterem bis commota aluo, frictiones exercebantur: & post ebibitum contusum, pul-

læ

UVA. BHSC. BU 00033

læ carnes minutim conscissas, & iuri eiusdem mistas, paucis cum panis assulis subtilissimis, cochleari comedebat, & vini per interualla optimè diluti: parum pitisabat: quo regimine habito, tertiodecimo, in pollutionem venit nocturnam: salutis verum sigillum, quartodecimo rectè habuit, & nunc pancraticè viuit. Cæterum, vrina in vniuerso hoc morbo, nũquam de se optimum præbuit indicium.

Curatio sexagesimaseptima, in qua agitur de κακεξία, id est, malo corporis habitu.

STagno reuersum, Neocastrensis Eminius, Raguſij me expectabat: cuius vxor iam aliquot menses grauiter decumbebat: laborabat autem, vt ea visa deprehendi, κακεξίᾳ, malo corporis habitu: est autem mulier hæc, nata annos quinquagintaquinque, pinguis, grauis, & ad incessum pigra: cuius oculorum palpebræ tumebant, & pedes, & manus inflatæ euadebant, quin & fastidium eam detinebat, & syncopi aliquando corripiebatur, vt nisi doctus Medicus obuiam iret, certum esset hanc in hydropem breui venturam: agebatur autem mensis

UVA. BHSC. BU 00033

Iulij, in quo, vt noſtis, æſtus & caniculares dies vigent: proinde omni vitæ ordine ſuo abnegato, qui in vniuerſum humidus & luxurioſus ſatis erat, breui meliùs habuit: continuò autem mulier Thurca hæc vtitur balneis, prout omnes Thurcæ vti ſolent, & in frequenti vſu habent, quę non mediocris cauſa ad introducendum morbum hunc ſunt, vt omnes fatentur Medici: vt enim aquæ dulcis balneum, huic fauet morbo, quia ipſum gignit, parturit, & cauſat: ita thermarum aquæ eum curant, leuant, & abigunt: item, pro potu gelidam continuò habet, hoc eſt, frigidam aquam, adiecto gelu, glacie dicta, quæ omnino interiora corrumpit, refrigerat, & imbecillitat, & eò magis æſtatis tempore, in quo interiora calido innato priua ſunt, & faciliùs oblæduntur, nec æſtiualis caliditas ſufficiens eſt tantùm reſiſtere, & eò magis aqua gelu refrigerata, hos imprimit effectus, ſi pluuiales eſſe contingat, & ciſterna collecta, & aſſeruata: frigidior nanque quàm humanæ naturę conueniat, euadit, multũ terreni in ſe habẽs: vnde ſtiptica cenſetur, quo ſit, ad coërcendos fluxus eam Medici cõtinuo in vſu habemus, ob exceſſiuã nanque ſuam frigiditatẽ pectori, & ſpiritualibus

UVA. BHSC. BU 00033

libus membris præcipuè aduersatur, & concoctionem impedit, & corrumpit, tam in ipso ventriculo, quàm etiã in iecinore: vnde κακεξία, potissimùm oriri solet, & consequẽs hydrops introduci: fontana igitur sit decet pro potu continuo aqua, & ea quidem à sole irradiata, vt Galenus in sua doctrina sæpe docuit, & nos iis in Cẽturiis aliàs meminimus: quòd si pluuialem aquã nonnulli doctorum hominum laudarunt, eam tanquam philosophi contemplantur, non tanquam Medici in continuo potu hominibus euenientem considerantes accedit, namque pluuiatilis aqua ad elementalem magis: ex nostris quoque Medicis nõnulli aquã pluuiatilẽ cùm laudarunt, eam tanquam futurum medicamentum, non tanquam pro potu conuenientem laudarunt. Sed de iis satis, si modò dixero, gelu & niuis antiquum vsum, sed deprauatissimũ, pro potu stare, vt Seneca libro quarto suarũ naturalium quæstionum deplorat, dicens prope finẽ: Quid istas, inquis ineptias, quibus nec literatior fit quisquã, nec melior, tam operosè prosequeris: quomodo fiant niues, dicis, cùm multò magis ad nos dici à te pertineat, quomodo emẽdæ non sint niues, & cætera. Abnegata

UVA. BHSC. BU 00033

igitur aqua, & eius vice, concessa huic Thurcæ aqua decoctionis cinnamomi: quoniam vinum ei per religionem vetitum est: ac in totum victus ratione ad siccum declinante constituta, solis clysteribus tunc vsi sumus, curantes per interualla vomitum prouocare: porrò à medicamẽtis purgatoriis tunc fugiebamus, quo curandi ordine intra octo dies, assiduo melle rosaceo colatitio ebibito: ita & rectè habuit, vt se sanã diceret: tunc verò oculorũ palpebræ, & pedes, ac manuum extremæ partes detumuerunt; & frictionibus siccis vtebatur, & ad potum decocti radicis cinarum deuenimus, præmissa leui per hieram picram Galeni purgatione: cuius potu, intra octo dies ita rectè habuit, vt ab omni curatione desiterit. Cæterum, aloë per se sola, iecori obest, vt tradit Auicenna, cùm de Ascite loquitur, Fen 14. libri tertij: præcipuè calido iecori, non frigido, vt Mesues, proprio capite, de aloë contendit. Porrò, mulier hæc, quum rectè valeret, & assiduo potui glaciei se dederit, & multis & variis fructibus vesceretur. Denuò in morbum recidit, & vt audio, obiit.

Curatio

UVA. BHSC. BU 00033

Curatio sexagesimaoctaua, in qua agitur de variis symptomatis ob laxatum vterum obortis: simúlque de epidemio morbo magnam Europæ partem inficiente, breuique durante.

CVm apud Eneocastrum, hoc est, castellum nouum, vrbem Illyricam, ob numerosum Hispanum militem, à Thurcis in ea occisum, illustrem agerem, à Mattheo Paschali nobili Catharēsi, pro recuperanda suæ nobilis vxoris valetudine, sum vocatus: distat autem Eneocastrum à Catharo Venetorum imperio subiacente, decimooctauo lapide, ad quā accersitus, inuenio eā circa imum ventrē multa cū grauedine intensè dolere, cum quo parum melebat, sed continuò egerere desiderabat, quum tamen parum egerebat: quæ omnia ab vtero malè affecto & elapso, ac vesicæ vrinariæ collum, & rectum intestinum comprimente, euenire certis coniecturis deprehendi: hæc nanque, puellam nono mense pergrandem, sed laboriosè peperit: adeò vt inde eam mori omnes timerent, vnde malum hoc contraxit. Cæterùm, septimo

UVA. BHSC. BU 00033

gestationis mense, mulier hæc multum sanguinis per os vteri emisit: fortè quia puella calcitrauerat, vt foras exiret, aut suo pondere ligamentum aliquod disruperat, sed vtcunque restricto sanguine, ad nonum mensem peruenit, in quo rectè licet difficulter puellam peperit: vnde, vt dixi, malè habere cœpit: sed præcipuè elapso octauo, vel nono à partu mense, quo tempore ad imum ventrem intensè, per interualla tamen dolebat, parum meiebat, semper egerere desiderabat, quū tamen parum egerebat, non febricitabat, sed aliquando quadam præternaturali caliditate corripiebatur, & tunc non dormiebat, parum bibebat, nec lingua arida apparebat: porrò, dolor hic crus sinistrum sæpe apprehendebat: de quo etiam maximè querebatur, adeò vt de lapide in vesica timor apud me esset. Curationem igitur pro ea iuuanda sic adorior: & primò, quia tunc dolebat, clysterem injiciendum curauimus, ex camœmela, anetho, & similibus adiunctis eum componentibus, quo nonnulla egessit: tandem ad fomentum anodinum filtro exceptum recurrimus, quibus dolor aliquantulum acquieuit: vnde ex pedis vena, Saphena dicta, sanguinis vnc. sex demere iussi, & in

UVA. BHSC. BU 00033

in aurora syrupum hunc ebibere. R. Mellis rosati colatitij, vnciam vnam, aquæ stillatitiæ, florum camæmelę vncias quinque: misce, parum calidus propinetur, & ante cœnam tres horas iteretur, ijs enim paucis, & optimo constituto victus ordine exiccandi vires habente, intra tres dies à dolore libera euasit, vt se sanam clamaret & re vera stillatitia hæc camæmelina pro ijs similibus doloribus sedandis, tantum valet, vt sæpè incantamento tribuatur, quod si ad manus non habetur, decoctum ex eisdem floribus parare iubeo, quod fortè magis efficax pro hac complenda operatione habetur, tunc verò infusa vt verum roborarent, eiaculabantur syphone, & cerata exterius admouebantur. Sed hac nobili matrona persanata, Magnificus Dominicus Priolus, qui Catharo præsidebat, ad vxorem curandam me accersit, quam capitis dolore grauedineq; ad fauces vsq; descendente, non sine febre laborantem inuenio, quia verò morbus non adeò contumax, & à robusta natura propulsari posse videbatur, eam tantùm optimo victus regimine proposito, integræ valetudini restituimus, veluti nonnullos alios eodem ferè morbo laborantes, vt Petrum Lardichium, & fullon

UVA. BHSC. BU 00033

fullonis vxorem. Cæterùm, Ragusium re-
uersus, inuenio permultos tum ciues, tum
peregrinos eodē similiter infestatos: qui
verò Ancona, Pisauro, Venetijs, Ferra-
riæ, venerāt, omnes de hac grauedine, ac
catarrhali affectione, querebantur: quam
vniuersaliter grassatam affirmabāt, vnde
credibile est eam aëris intemperiem vni-
uersalem fuisse, atque vno in loco acer-
bius, quàm in alio sæuisse, quemadmodū
Messanæ cōtigisse accepimus, vbi eodem
tempore, ab eodē morbo permulti mor-
tales extincti sunt. Et fuit sanè lues hæc
persimilis illi, quam introitu quintæ Cen
turiæ descripsimus, vt conferenti notum
euadet: porrò hæc nunc ita leuiter Dal-
matas omnes, & Italos inuasit, vt multis,
medicorum opera necessaria non fuerit,
quanquàm perpauci fuerint, qui ab hoc
contagio euaserint, adeò vt mihi hic Ra-
gusij contigerit quadā in domu, septem-
decim simul inuisere ægrotantes, qui
omnes optima proposita victus ratione,
breui absque medicamentorum propi-
natione sani euaserunt.

*Curatio sexagesimanona, in qua agi
tur, de febre continua coniuncta
fluxui ventris.*

Filius

UVA. BHSC. BU 00033

FIlius nobilis Petri Luchari, annos natus quatuordecim, temperatura pituitosus, coloris albini, quarta agebatur hebdomada, quòd febri cõtinua coniuncta fluxui ventris, laborabat, ad quem inuisendum accersitus, inuenio adolescentem hũc ob affectiones prædictas, ita imbecillem, & viribus destitutum, vt parum abfuerit, si vires non confestim restituerentur, quin intra biduum moreretur. Proinde omni data opera de fluxu constringendo solicitus fuimus, quoniam vt ex Galeno didicistis libro Artis curatiuæ ad Glauconem, & eius enarratore Auicenna, vltimo capite Fen quartæ libri primi: si duo morbi in eodem homine pugnantes habeant indicationes, tunc enim vrgenti est insistendum, sed altero nequaquam neglecto, quod propter hoc dictũ velim, quia medicus adolescentis curam habens, de ventris constrictione timebat, fortè ne eo constricto, febris intenderetur, sed hic non paruus medici huius error erat, quia cùm vires in dies ob fluxum & spirituum defectionem imbecilliores euadebant, si non restringeretur, aut cohiberetur, ægrotus pessum iret, & moreretur. Clysterio igitur vno, vel altero restringendi vim habente iniecto, &

ad

UVA. BHSC. BU 00033

ad os ventriculi admoto refrigerante diaphinicone emplastro, ex Alexandri descriptione, ac concesso initio cibationis pauco diacidonite, fluxus ferè ex toto restrictus est, & tunc vires ab eo quod erant antea non collabefactæ sunt, sed magis in dies validiores euadebant, quia bolus Armeniæ pallidus, coralium, margaritæ, & similia, stillatitiæ capi, & contuso, quibus in victu vtebatur auidè, indebantur, vnde paulatim viribus instauratis, adolescens melius habere cœpit, & eo magis quo vinum gustare cœpit, quod auidissimè ebibebat: tunc post contusum admistum ptisanæ epotum, parum pulli minutim sciss, gustabat, adiunctis assulis panis, imbutis iure pulli, & tunc supra ebibebat, quibus, & nonnullis alijs paucis, adolescens hic sanitatem obtinuit, sed ita imbecillus, vt ad duos sequentes menses, solitas vires difficulter recuperârit, vnde ego non raro occinebam illud Hippocratis, Corpora quæ longo tempore extenuantur, tardè reficiuntur.

Curatio septuagesima, in qua agitur, de luxata inferiori mandibula, & breui ad locum suũ reddita.

Puel

UVA. BHSC. BU 00033

PVellæ, quæ ad pilas agebat, & malè habebat, post multum vomitum & crebram corporis & animi turbationem, cùm oscitaret repentè inferior mandibula luxata est, nimia autem humiditate laxata particula, ex cancello mandibula exiuit, vnde os apertum inuitè permansit, non sine ingenti particulæ illius dolore, & animi deliquio. Ad quam accedens post elapsum tertium diem, diligens chirurgus, puellæ ad pedes suos incuruatæ, mandibulam foras, eius pollice dextro intra os misso, altera manu mentum fortiter apprehendente, trahebat, ac sic facilè mandibulam ipsam ad locum suum reduxit, non sine mediocri artis gloria, præcesserat autem iam fomentum ligamenta laxans, veluti post mandibulam reductam, ligans & constringens medicamentum, vt agendum docet Paulus Ægineta, libro suæ medicinæ sexto, & Auicenna, fen quinta, libri quarti, cap. 7.

Curatio septuagesimaprima, in qua agitur, de febre continua ad sque symptomatis, interficiente tamen.

MArinus Gondulanus, nobilis Ragusæus, annos natus viginti, quum

ruri

UVA. BHSC. BU 00033

ruri ageret, & multam paludosam & cœnosam biberet aquam, & pessimis vesceretur cibarijs in febrem incidit continuã, ad quem vocatus ipse, post viginti dies ægritudinis: eum distortum os habere deprehendi, liberaueram nanque iam ego iuuenem hunc à morbo Gallico è Memphi reuersum. Cæterùm, cùm oris distorsio hæc nihil mali protendere videretur, nec à medico, nec ab assistentibus fortè percipieretur, quia auidissimè comedebat, & caput non dolebat, nec de membro aliquo quàm de splene querebatur, nihilominus tamen oris illam distorsionem ego multifaciebam, & pro malo indicio eam habebam: dormiebat hic quoque non admodum, tamen profundè, & aliquando delirabat, continuò hic febriebat, miti & absque symptomatis febri, vnde quietus fere semper manebat, cui vires tunc rectè constabant, & aluus sua sponte respondebat, liquida, corrupta, fœtida, omnia mala, lotium optimum semper apparuit, & nebula quadam plenum, vnde non mirari est, si tam medicus quàm assistentes oris distorsionem præterirent, & hunc rectè valeturum prædicerent, sed contrario euenit, vt paulò inferiùs dicemus: nam huic

his.

UVA. BHSC. BU 00033

bis sanguis abundè per medicum assistentem extractus fuit, & manna in potu concessa. Porrò, vt noscatis huic pulsus longi, lati, & alti erant, sed nescio quid conuulsiui & tremuli motus præ se ferebant, vnde omnia hæc perpendens, ac æqua lance librans, iudico hunc ex hoc morbo moriturum, id quod postea octauo sequenti die ita euenisse omnes viderunt, in dies autem vires magis & magis lababantur, deficiebántve, & motus ille conuulsiuus accrescebat, tunc frictiones, retractiones, cucurbitulæ, ac hirudines admotæ sunt, sed nihil iuuerunt, cùm in dies motus ille tremulus crescebat, & intendebatur, & quò magis crescebat, eo magis vires imbecilles fiebant, & ægrotus ipse magis per interualla delirabat, adeò vt ad palearum collectionem, & stragulorum plicaturam deuenerit, & consequens ad obitum. Cibus huic prisana, & pulli contusum simul mistum erat, potus verò hordeacea. At, cùm semel illi vinum ego concederem, quod summopere appetebat, & desiderabat, rectè dormiuit, & optimè locutus fuit, cum tamen antea melancholicè, & saturnè habebat, immò egestiones tunc emendatiores, hoc est, minus cor-

UVA. BHSC. BU 00033

ruptæ apparuere. Cæterum, cùm motus ille tremulus perseueraret, timor erat, ne vinum in delirium accresceret, qua de causa, ab eius propinatione abstinuimus, quod fortè præ cæteris rebus huic morbo iuuamentum afferret, quia ab aquarum turbidarum & lacustrium potu, vt dixi, potissimum originem traxerat, vos verò iudices estote, obijt autem trigesimo die Aug. 1557. qui cùm antea per biduum non erat loquutus oremone laborans, antè obitum tamen tres horas, loquutus est, & minxit, cuius lotium rubrum, crassum, & turbulentum ad me delatum est, immò tunc illi sanguis per hæmorrhoides ex se multa in quantitate effluxit, instabat autem vt ex Philosophia didicistis, vltimus naturæ conatus.

Curatio septuagesima secũda, in qua agitur, de pulsu deficiente, eiusque intermissione in febre continua, à crassis, & viscidis succis pendente.

IAcobus Basilius, nobilis Ragusæus, cùm alias morbo gallico, & oculorum suffusione laboraret, nunc febri continua vexatur, & ea quidem lenta & miti,

pro-

UVA. BHSC. BU 00033

pro qua leuanda, medicus sanguinem primo extraxerat, & varia adhibuerat remedia. Cæterùm, hic cum sit quadraginta quinque annorum, morbi huius successu, vt ego ad eum accedens deprehendi, pulsus intermissionem habebat, singulis nanque quatuor vel quinque pulsationibus, arteria deficiebat, remorabatur, & detinebatur, & tempore duorum ictuum siue duarum pulsationum immobilis manebat, signum vt à me ijs in Centurijs audistis, malum, præsertim in febribus continuis, vt Curatione quadragesimaquarta tertiæ Centuriæ perampl̃e sum persecutus, vt si rectè teneo, ex Galeno dixi, intermittentes pulsus in iuuenibus periculosiores habentur, dein in pueris, cæteris minus periculosi in senibus. Cæterùm, cum intermissio pulsus huic euenerit ob arteriam à crassis & malis succis compressam, non verò ob vitalis facultatis imbecillitatem, non difficulter fuit eum breui liberare, ad causam vnde mala affectio originem trahebat, attendendo: cor autem tunc roborauimus, & humores ab eo retraximus, quos postea attenuauimus, incidimus, & postea purgauimus, vnde pulsus, ex hetherorhythmo, hoc est, multum

UVA. BHSC. BU 00033

à proportione & consonantia distante, pararhythmus, & postea eurythmus, id est, consonus, est factus, & ægrotus ipse ex toto sanus.

SCHOLIA.

Rhythmus idem est quod consonantia, siue proportio temporis ad tempus, vt ex Galeno libro tertio de Dignoscendis pulsibus percipitur, capite præcipue illo, cui titulus est, de dignoscendis rhythmis, in quo & quæsitu absoluit, antea ab eo propositum, libro primo eiusdem voluminis, videlicet, quo modo applicanda sit manus in arteriæ contractione, inquit igitur Galenus, quia iam in comparatione temporis distentionis cum contractionis tempore rhythmus constitit prius paranda separatim nobis vtriusque temporis notitia est. Ex quibus Galeni verbis satis clare euadit, quid ipse per rhythmum in sua doctrina intelligat, vt fusius ex eodem capite percipitur, vt sexcentos alios locos sileam, in quibus omnibus, rhythmum versari circa quatitatem motus temporis, ait, quia rhythmus aliud nihil est, quàm proportio temporis ad tempus, cuius partes, vt tyrunculi exact: teneant cùm Galenum percurrerint, placuit eas hic describere, & in figuram redigere, quia vel Gal. referente, libello de Pulsibus ad tyrones, rhythmorum pertractatio difficilis admodum est, qua de re

UVA. BHSC. BU 00033

de re, in eo libro, de rhythmis, quia tyrones alloquebatur nihil quicquam scripsit, eos iam arte proiectos, remittens ad reliquos de pulsibus libros, scire igitur decet, vt institutum persequamur, quòd rhythmus duas habet differentias, scilicet eurithmum, id est, concinnum & proportionatum, & arithmum, id est, inconcinnum & disportionatum, arithmus verò, tres quoque alias habet differentias, scilicet pararhythmum, hetherorhythmum, & ecrythmum, est autem pararhythmus, qui mediocrem consonantiæ, & proportioni optimæ propinquitatem habet, hetherorhythmus, qui multum à consonantia discedit, ecrhythmus, qui in totum errat, & à consonantia distrahitur, quæ omnia figura sequenti facilius deprehendetis.

Consonus, & dicitur Græcis eurithmus:
- Rhythmus, in pulsu — est proportio temporis ad tempus.
- Dissonus arithmus dictus.
  - Ecrythmus, qui in totum errat, & a consonantia distrahitur.
  - Pararhythmus qui mediocriter consonantiæ accedit.
  - Hetherorhythmus qui multum a consonantia discedit.

Cæterùm, cùm de rhythmis confuse admodum Galenus scripserit, nonnulli firmant eum nullibi clarius de eis sermonẽ commisisse, quam

UVA. BHSC. BU 00033

libro secundo, de Dignoscendis pulsibus, capite vltimo, vbi præsertim quæsitum absoluit, an puerorum pulsus debilior sit, quàm senum pulsus, & Herophilum carpit, ex quo vt rem comprobet, vesicas, vtres, folles, ventres, adducit, vos verò legite, & iudicate.

Curatio septuagesimatertia, in qua agitur, de dysenteria interficiēte, quæ post polypos comestos euenit.

CVm Venetijs Ragusium, mense Septembri, promiscuè vt fieri solet, plures quodam myoparone nauigarent: Ecce ad Iaderam Dalmatiæ ciuitatem, quatuor vel quinque iuuenes facti socij, polypos pisces abundè comederunt, vnde omnes in fluxum ventris venerunt & breui euaserunt, ex eis tamen Aloisius Ragusæus mercator, illico in dysenteriam deuenit, sanguinem nanque cum excrementis, comitante ingenti intestinorum dolore, egerere cœpit, vnde morbus in dies grauior factus, Ragusium venit, ad quem inuisendum accersitus ego, eum totum ad tactum algescentem, interioribus eius nimia caliditate flagrantibus, vt ex eius atra lingua, & excrementis, percipiebatur, comperio, nam huius pulsus

vix

UVA. BHSC. BU 00033

vix percipiebantur, cum quibus rectè loquebatur, & omnia quæ illi offerebantur, comedebat, cæterùm, ea quæ egerebat, nigra, & viridia, ac veluti ea quæ à corpore mortuo decidi solent, conspiciebantur, vt ea omnia tanquam tabum quis dixerat, proinde à præsagio habito, quòd hic breui moriturus esset, vt tertio sequenti die ita euenisse omnes viderunt, bona venia discessimus, Hippocratis consilio muniti, deplorati solis præsagijs sunt dimittendi, ne tamen immisericordes videamur, si iterum ad eos sic deploratos inuisendos vocamur, eos inuiseres tenemur, ne fortè quoque ipsi in desperationem veniant, item quia non rarò in arte medica mirabilia contingunt.

Curatio septuagesimaquarta, in qua agitur, de verme lato quatuor cubitorum per os eiecto, simul & Hippocrates enarratur.

MVlier Illyrica cùm rectè valeret, vermem latum longitudinis quatuor cubitorum, per os, præcedente tussicula viuum eiecit, quẽ vermem ad me videndum chirurgici attulerunt, sed emortuum iam: erat autem vermis is admirandus, nunquam antea similis à me visus,

UVA. BHSC. BU 00033

longitudinis, vt dixi, quatuor cubitorum, latitudinis paruæ, & fortè semiunguis exigui, coloris albissimi, substantiæ intestinorum, & nescio quid spolij colubrini præ se ferentis. Nam huius caput verrucosum erat & album, ex quo corpus latum procedebat, & quo magis ad caudam accedebat, eo strictius euadebat, erat autem vermis hic vnum tantum corpus, diuisiones tamen plures habens. Huius nanque lati lumbrici portiunculæ, semina cucurbitæ, præ se ferunt, qui intra se nihil continere ob corporis sui lati compressionem videtur, vnde Hippocrates libro quarto de morbis eum intra intestina non fætare contra alios medicos, euidentissimis rationibus probauit, duobus præcipuis, prima quarum, aliorum contrarium affirmantium destruit fundamentum: dicebant nanque antè Hippocratem medici, latum hũc lumbricum, quem tæniam, id est, fasciam, appellare solent, intra intestina fætare, & quod ita esset, probant, quia homo qui hunc intra se habet vermem, sæpè vermes paruos egerit, cucumeris semen præ se ferentes, quos genitura lati huius lumbrici esse, omnino contendebant, quibus Hippocrates diuinitus respondet, paruos illos lumbricos

eiectos

UVA. BHSC. BU 00033

ciectos non lati lumbrici genituram esse, sed potius portiunculas eius abruptas, quæ, vt dixi, & figura attestatur, cucumeris, aut cucurbitæ semina præ se ferunt, magnitudine, & figura, aut verius speciē ipsius lati lumbrici, quæ qualis alba intestinorum rasura est, & quod ita se res habeat, secunda eius ratio firmat, à nemine, quod bona doctorum hominum pace dixerim, huc vsque intellecta, & est probans, quod latus lumbricus intra intestina non fætat, quam Hippocrates ab ipso corpore lumbrici desumit, quia vermis hic ita compressus est, vt nullam habeat loci capacitatem gignendi vermes: ita enim Hippocrates loquitur, nam homo qui latum lumbricum habet, velut cucumeris semen excernit, alias atque alias, vna cum stercore ipso, & sunt homines qui hoc lumbrici partus esse dicunt, mihi verò non rectè dicere videntur, qui talia dicunt, nec enim ab vno animali tot pulli generari possunt, neque est loci in intestino capacitas, vt partus educare queant. hactenus Hippocrates, cuius vltima verba ipsum nimium faciunt veracem, quæ aiunt, neque est loci in intestino capacitas, vt partus educare queant, quæ verba sic intelligenda veniunt, vermes lati ij

UVA. BHSC. BU 00033

cum compressi, & stricti admodum sint, nec habeant intra se locum capacem in quo fœtare possent, aut genituram continere, aut partus educare, consequens est, impossibile sit intra fœtificent, aut genituram habeant, sed quod ita Hippocrates intelligendus sit, vermis huius corpusculum satis compressum, & capacitatis priuum, satis clamat: item, quia absurdum esset asserere, in hominis intestino non esse locum capacem in quo lati ij lumbrici, etiam si tricenum pedum essent, vt aliquando visi sunt & Plinius refert, libro vndecimo suæ Naturalis historiæ, suos educare queant partus, sed Hippocrates, vt qui verissimis, & indubitatis vtitur rationibus, de ventre, & loco vermis, generationi inepto loquitur, vt qui codicem Græcum percurrit, nobiscum alacrius sentiet: cæterùm, vt vermis is latus non fœtificat, ita rotundus maximè, vt curatione sexta, centuriæ primæ, & curatione quadragesimasexta quintæ elapsæ, meminimus, quos locos legere ne graueris, vt huius tractationis exactam teneas notitiam, & Paulum & Aëtium, Hallucinatos deprehendas. Cæterùm mulier hæc de qua agimus, vt nobis refert, non integrum extraxit per os lumbricum hunc,

sed

UVA. BHSC. BU 00033

sed magis abruptum, infima in parte, pro quo deponendo, & ne in similium generationem deueniat, rebus necessarijs sæpè à nobis ijs in libris inculcatis, vsi sumus, & rectè habet.

Curatio septuagesimaquinta, in qua agitur, de febre continua cum exanthematis.

FIlia Petri Luchari, nobilis Ragusæi, annos nata sexdecim, cum noctu fulgura, & cadentia fulmina peraudiret, territa, ac timore percita, malè habere cœpit, nam cùm menses consuetos suos, ad octo dies, & eos quidem copiosos, habere solita esset, tunc cùm secundus eorum fluxionis ageretur dies, retenti, & ex toto suppressi sunt, vnde febris continua orta est, quam comitantur ventris fluxus, dolor ventriculi, & intestinorum ad pectinem vsque, peruigilium, linguæ ariditas, aliquali cum siti, ad oblata mediocriter se habebat, & vires vtcunque constabant, est autem puella hæc temperatura biliosa, & optimi habitus, pro qua iuuanda, illi vnciæ sanguinis quinque, primò extractæ sunt ex pedis vena, saphena dicta, ad quam accitus ego sexto die decubitus,

omnia

VVA. BHSC. BU 00033

omnia dicta puellam hanc pati comperio, cum quibus omnibus varia per vniuersum eorpus expansa exanthemata pati, deprehendo, eisdem nondum à medico eam gubernante, aut assistentibus, anima duersis, pro salute igitur puellæ, proponitur, an sanguinis missio repetenda sit, vel eius vice pharmacum vnum vel alterum sit propinandum, & quod sanguis sit mittendus, febris continua postulat, quæ ob retentos menses multos orta est, solebat nanque puella hæc, per octo continuos dies, suos consuetos habere menses, & eos quidem copiosos, præcipuè vltimis diebus horum octo, ob quorum suppressionem, ventriculi quoque & intestinorum dolor obortus est, & cætera citata, adstipulatur tempus conueniens, agimus nanque prioribus diebus mensis Septembris, quin & ipsa ætas, corporis habitudo, temperies, immo quòd elapso die, hoc est, quinto ab ipso morbi initio, sanguinis fluxus per nares erumpi cœpit, item quòd exanthemata rubricantia multa erant, & eorum nonnulla ad nares crassa, vt variolas esse diceres, nec vires ab hac chorea eliminabantur, quia mediocriter vigebant, quin & lotium rubrum non adeo tamen crassum

UVA. BHSC. BU 00033

sum hoc efflagitabat, nec prima sanguinis missio, hanc secundam impediebat, quia parua fuerat quantitate, vt iure dicendum sit, sanguinem esse mittendum, sed ij contrarias & duras partes habent, vt quæ tueantur, sanguinem non esse mittendum, & ijs fulciuntur rationibus, quia præter quod sanguis extractus iam fuerat, venter singulis diebus, bis & ter respondebat, qui fluxus sanguinis missionem prohibebat: item, quia exanthemata foras apparuerant, & esset venenosam materiam intus reuocare, quibus adde, quòd si natura per nares fluxum sanguinis tentauerat, id vel Hippocrate teste, pessimum est indicium, dicente ipso, libro primo prorrhetici, stilla sanguinis per nares, pessimum indicium, indicat enim, vt Galenus in fine enarrationis primæ ait, naturæ imbecillitatem, quæ tentare, sed non completam vacuationem peragere valet, non igitur sanguis mittendus est, sed sanguinis missione vice, forte manna aut rhabarbarum exhibendum erat, quia natura per inferiora tentauerat materiam eam pellere, aut satius esset tunc temporis superstare, & nihil quicquam agere, quoniam satis agitur quoties opportuno tempore, ab omni opera

VVA. BHSC. BU 00033

opera superſedetur, porrò, qui contendebant de ſanguine emittendo, variabant, alij ex pede contendentes, alij verò potius ex brachio conteſtantes, nec deerant vtriuſque rationes, demum concluſum fuit, non ſine ingenti errore, quod ſanguis per plures diſſeminatas cucurbitulas ad ſcapulas, coſtas, & nates, ſecta cute, extraheretur. fuit igitur ſanguis per eas ad vncias quinque extractus, & poſteà duas horas, cœnata eſt, ptiſanæ duas partes, alteri pulli contuſo admiſtas, & pro potu ius pulli non adeò cocti habebat. Cæterùm, vt diu, & noctu per interualla aliquid guſtaret, rotulum vnum vel alterum deſcriptum eſt.

R. Specierum diarhodonis abbatis, diamargaritonis frigidi, ana ſcrup. 2. ſpecierum trium ſantalorum drachmam mediam, cum ſaccharo ad ignem fiant rotuli drachmales, & vt ſuprà bibat.

Recipe, Aquarum endiuiæ, capillorum veneris, ana libram vnam, iulebi violacei, vnciam vnam, miſce, ex quo bibat ad lubitum: porrò, ea nocte aliquantulum dormiuit, & circa os ventriculi doluit, pro quo ſedando dolore, aſſiſtentes mulieres abſinthium calidum ventriculo admouerunt, & melius habuit, tunc in

aurora

UVA. BHSC. BU 00033

aurora ad eam de more accedens, eam melius valere inueni, pulsus rectius constabant, in lotio hypostasis siue nebula pendebat, & exanthemata imminuta fuere, tunc clyster paratus est, ex decocto camæmelæ, & anethi, & cæteris eum perficientibus, & ventriculus illitus, oleo absinthino, & cotoneorum simul pauca adiecta cera, quibus dolor aliquantulum quieuit, sequenti verò die, ex continua maligna, & malè morigerata, duplex tertiana facta est, & dolores ex toto quieuerunt, sed tunc ægra ipsa, ob humorum acredinem, pruritum & lancinationem in ano & vulua persentiebat, & lamentabatur, quæ partes vnguento rosaceo, & populeo simul, inunctæ sunt, & immunes manserunt, sed & clysteres tunc ex hordeacea, & oleo rosaceo, adiecta cassia extracta, parabantur, & syrupos refrigerantes bibebat, demum venter ex se nono die in aurora commotus est, & bilem meram egessit tandem vesperi sudauit copiosè, & febri ferè libera ea nocte mansit, sed denuo febris redijt ita affligens, vt primò, & venter bis & ter respondebat, aquosa & citrina, quæ omnia euenere ob errorem commissum, quia vice extrahendi sanguinem per ve-

næ

VVA. BHSC. BU 00033

næ sectionem, per cucurbitulas fuerit extractus, vnde tunc coacti sumus, venam in brachij curuatura aperire, & sanguinem mittere, ex quo extracto, melius habere visa est, tandem concoctione optima apparente, concessum illi fuit pharmacum ex manna & rhabarbaro concinnatum, quo rectè purgata est, tandem morbus imminui cœpit, & ad aliquot dies ægra ipsa sanata est, dubio procul, morbus hic breuior foret, si modo quando per cucurbitulas sanguis fuit extractus, per venæ apertionem esset missus, cùm, vt dixi, morbus hic à sanguinis copiosi retentione euenerat: cætera consulto prætermimus, quoniam vt Galenus ait, libro tertio Methodi medendi, curatio nulla ad vnguem scribi potest, & eo magis, quia nos tantùm eas morborum curandorum partes persequimur, quæ enarratione dignæ nobis videntur, cæteras subticendo.

Curatio septuagesimasexta, in qua agitur, de febre oblonga & miti, absque symptomatis, ab obstructionibus meseraicarũ venarum, pendente.

Steph

UVA. BHSC. BU 00033

STephanus Gozius, nobilis & magnificus Ragusæus, annos natus quinquaginta, post elapsos sexaginta dies ægritudinis, in quam bis reciderat, malè habebat, ad quem vocatus ipse, eum febrem continuam, mitem, & lentam, absq; symptomatis aliquibus, patr deprehendo, illi nanque pulsus imbecilles satis erant, & corporis impotentia ingens, vt pedibus stare vix poterat, bis, & ter, ex se quotidie egerebat; cum quibus optimè, & auidè comedebat, & bibebat, & mediocriter dormiebat, pendebant autem febres hæ, ex obstructionibus mesaraicarum, vt ex chilosis & humidis, ac malè compactis egestionibus, deprehendebamus, veluti ex earum mesaraicarum duritie, vt febres has accidentales appellare, à ratione dissonum non esset, quæ omnia, comitabatur color non tantùm faciei, sed totius corporis citrinus, & flatus in ventre quidam aquositati admisti, quos cum ventrem comprimebamus, facilè percipiebamus, audiebamúsve, vt igitur ab omnibus ijs affectionibus generosus vir hic, liber euadat, neque in eas amplius recidat, vniuersus noster conatus, in reserandis & aperiendis mesaraicarum obstructionibus, versatus est, tam intus ebibitis,

UVA. BHSC. BU 00033

quàm extrà admotis: proinde, victum sic illi instituimus. Nam in prandio hora decimaquinta, ęquas portiúculas simul mistas ptisanæ optimè concinnatæ, & pulli contusi: primò in cocti capillo veneris, & petroselino vulgari, quas gabata mediocris continebat, ebibebat: deinverò parũ carnis turturis iurulentæ, aut perdicis, aut pulli eisdẽ herbis coctæ, & minutim sciss æ, adiectis subtilibus quibusdam panis optimi assulis, pauculo iure simul mistis cochleari auidissimẽ comedebat: & tunc bis vini potum repetebat, non misi albi & optimi, aqua decoctionis capillorum veneris, & aliquando radicum petroselini vulgaris, diluti, & vltimò, pauculo diacitonite sacchareo, prandium claudebat, nec supra bibebat: quæ omnia, vt audistis, in cœna, hora vigesimatertia, vel vigesimaquarta, repetebat. Quantùm verò ad medicinalia, scire decet, quòd in aurora syrupi vice, gabatam iure plenam, in qua incoctæ erant cicorea, capillus veneris & radix petroselini, bibebat: id quod ad octo vel decem dies sequutus est: posteà verò, huius vice, syrupum bizantinum, & acetosum de radicibus, & de capillis veneris, ęquis portionibus dilutis prędicto decocto ebibebat, & extrà

venter

UVA. BHSC. BU 00033

venter illinebatur vnguẽto ex succis decoquente, quod sæpe iis curationibus memoriæ cõmendauimus. Elapsis verò quindecim diebus, in quibus vires aliquantulũ refectæ sunt, syrupo prædicto adiiciebamus decoctum citatũ, in quo infusum erat rhabarbarum ad scrupulos duos, & nonnunquã ad drachmã integram: quo per intervalla ter ebibito, multa pituitosa viscida, & biliosa crassa egessit, & bene habuit: deinceps verò febris imminui cœpit, adeò vt ad quinque sequentes dies ex toto defecerit: tunc verò potum contusi & ptisanæ prætermisit, & turture iurulenta, qua maximè delectabatur, vescebatur, aliquando perdice incocta iure capi, vel pulli. Sed audi, quod tunc, vice syrupi, reficientis siue restaurantis dicti, portiunculam in aurora comedebat: & postea gabatã plenam optimi iuris capi iunioris supra bibebat: cuius restaurantis alterã portiunculam, cùm primùm prandere aut cœnare vellet, comedebat: habet autem restaurans confectio, sic, R. Pulpæ capi, vncias quatuor, seminum quatuor frigidorum maiorum, omnium vnciam vnam, amygdalarũ dulcium mundatarum, pinceorum præparatorum, pistaciorum, ana drachmas tres, specierum

UVA. BHSC. BU 00033

diamoſci dulcis ſcrupulum vnum, ſpecierum diarhodonis abbatis drach. mediã, margaritarum præparatarum, coralorum præparatorum ana drach. mediam, ſacchari fini diſſoluti cum aqua roſacea, vncias octo, ſecundum artis miniſterium: fiat confectio reſtaurans, in morſulis teneris, in eum modũ, quo parari ſolet ſauonea, ſinguli ternas pendentes drach. quorum vnum in aurora, vt dixi, comedebat, & ſuprà bibebat capi iuris optimi ſcutulam: & cùm prandium aggrediebatur, alterũ, veluti initio cœnæ alium, quibus, ſtãte optimo victu, intra aliquot dies ad vires ſuas ſolitas redditus eſt: meminiſſe tamẽ decet, quòd in hoc morbo raro, niſi lauante vno vel altero clyſteri, vſi ſumus: itẽ, quòd ægrotus hic, carnes intinctu acrium ceraſorũ accharo confecto, guſtabat: ſed poſteà meis monitis hoc alio vſus eſt ſapore, R. Iecur vnum vel alterum pulli coctum, quod in marmoreo mortario tere: cui adde, amygdalas albas ſex, medullæ panis parum, cinnomomi drachmam mediam, ſucci agreſtæ, quantum ad componendum ſufficit: miſce, para intinctum, ſaporem dictum. Cęterùm, quum primùm ambulare cœpit, aërem meis monitis mutauit.

Curatio

UVA. BHSC. BU 00033

Curatio septuagesimaseptima, in qua agitur de distillatione ad pectus descendente, simúlque de ventriculi & lienis obstructionibus, & errore Medici.

IOsephus Gozius, nobilis Ragusæus, temperatura bilioſus, gracilis, collum oblongum habens, pectus strictum satis, quum ætatis suæ annos ageret triginta quinque, catarrho à capite ad pectus descendente laborabat, vnde & tussiebat, & aliquantulum febriebat: ad quem accedens Medicus quidam, & considerans ægrotum prædictis cum affectionibus, obstructiones circa stomachum & splenem pati, syrupum deobstruentem & aperientem nimium descripsit, veluti inunctionem quandam calidam quoque: vnde humor calidus à capite calido facilius ruebat, & spiritualia membra validius offendebat, adeò vt tussis crebrior accreuerit: ita vt in pectore ipso vena disrumpi cœperit, & sanguis ex ea per os effluì: quapropter vocatus ego ad eum, & omnia perpendens, noto, Medicum illum attendisse potiùs ad vẽtriculi & splenis obstructiones, quàm ad humorem à

UVA. BHSC. BU 00033

capite in pectus descendentem, vnde oximel & syrupum de hyssopo, huic concedebat: quo factum est, vt humores magis subtiliati, magis ad pectus descenderent, & symptomata omnia graviora euaderent: quapropter abnegatis omnibus per Medicum illum concessis, quæ calida & aperiendi vim habebant, & introductis rebus frigidis, intra triduum, ita ægrotus valere dixit, acsi ab inferis revocatus fuerit: nam cùm anteà multum tussiebat, & viscida & sanguinolenta spueret, vt ea omnia è corpore tabido decissa quis diceret, tunc parum vel nihil tussiebat, & paexcreabat: sed illud quidem album, aquâ supernatans, nihil tabitudinis præ se ferens, sed & febris imminui cœpit, & eò magis post adplicitas ad scapulas cucurbitulas, per quas sanguis abundè extractus fuit: sed tunc pulli cõtusum cum ptisana hic pro victu habebat, & abstemius, ordeacea aqua contentus in potu euadebat, & syrumpum violaceum & rosaceum ex rosis siccis deglutiebat, sed in ore diadragachantum cum bolo armeno diu habebat, & per interualla, eclegma, siue lambetiuum ex althæa, simplex, gustabat, quod veluti ex farfara parari solet: paratur autem eclegma ex althæa, sic, al-

thea:

UVA. BHSC. BU 00033

thęæ ſiue hibiſci radices recentes incocoque, ac eas optimè tere, & per ſetatium ſiue tamiſium traiicito, & ſaccharo aqua violacea diſſoluto, eas excipito, & eclegma parato, ſiue lambetiuum: iis enim, vt dixi, is bene habuit: qua de re amplius obedire noluit. Cęterùm, quum hæc literis mandarem, ecce quidam catarrho affectus, vt ex eius libello apparet, ad manus meas peruenit, qui pueriliter ſatis, catarrho in frigido cauterium abnegat: ſed qua ratione, ipſe ignorat: proinde iuuenibus iis nulla experietia ſuffultis, nulla danda erat ſcribendi circa res graues, & periculum minitates authoritas: quòd ſi illis, vt ſenioribus, & in arte medica experientiſſimis, æqua datur ſcribendi licentia, vos à ſimili eorum doctrina abſtinete, quia illis ſatis ſupérque erat de elementis inquirere, non verò de rebus difficillimis, ad opus condeſcendentibus iudicium ſuum ferre.

Curatio ſeptuageſimaoctaua, in qua agitur de dolore ventriculi à multa viſcida pituita oborto.

VIgente diuite autumno, nobilis mulier, & ſortè mater Iunij Georgij patritij Ragufæi, nata annos quinque ſu-

UVA. BHSC. BU 00033

pra quinquaginta, quum rure apud Chirpaniam ageret, & fabis omnino, vt ex Galeno nostis, flatuosis & fructibus variis vesceretur, de ingenti dolore oris ventriculi, conquesta est: pro quo abigendo, varia ibidem à mulierculis machinata sunt remedia. Cæterùm, cùm in dies peius valeret, & acrius à dolore cruciaretur, Ragusium se contulit: ad quam vocatus ipse, inuenio mulierem hanc de dolore isto conqueri, qui à multa viscida & flatuosa pituita ortum traxerat: pro quo leuando, vomitus variis medicamentis fuit irritatus, quibus nunquam scopum obtinuit, & fomenta varia sunt admota, & oleum nescio quale in potu exhibitū, & cucurbitulæ vmbilico admotæ, & clysteria, siue infusa quàm plurima iniecta: sed, vt dixi, absque profectu vllo, cùm dolor grauiùs semper afflligeret: proinde omnia hæc considerans, & stomachi temperaturam frigidam & humidam, doloremque valde & continuò offendentem, qui ad cor fortè properabat, & thoracis bonam partem occupabat: de quo Auicenna Fen 13. lib. 3. inquit, Et quandoque moritur ægrotus confestim propter aduentū doloris ad cor. Data omni diligentia, vomitorium hoc medicamentū para-

re iu

UVA. BHSC. BU 00033

re iubeo: quod habet, R. Stillatitiæ aquę, floris camæmelæ libram vnã, oximellitis vnc. vnam, agarici albi, optimè pulueriz ati, drach. vnam: misce, & tepidum totum propinato: à quo ebibito, breui in vomitum soluta fuit: id quod autem à nullis medicamentis consequuta fuerat: vnde cùm de obitu timeret, se euasuram ab hoc morbo credidit: vomuit autẽ pituitam ita viscidam, vt ligno apprehensam, eam ex alto tenerem: nec enim semel vomuit, sed bis postea pituitæ dictæ iustam quantitatem: & vt ea tunc assistentibus referebat, dolore alleuiata erat, nec ita eo lancinabatur, sed tunc clysterem iniicien dum curaui hunc. R. Anethi camæmelæ, betonicæ, stœchados, ana pugillum vnum, centauri minoris, seminis lini, fœnugræci, ana pugillum medium, cumini, ameos, cari, ana drachmas duas, in libris tribus aquæ fiat decoctio sufficiens, & co letur. R. Prędicti decocti libram vnam & mediam, olei anethini, camæmelini, ana vncias duas; mellis rosati colati, vnciam vnam & mediã, hieræ picræ drachmas tres, diaphiniconis drachmas sex, oui vitellum vnum, salis drachmam vnam, & alterius mediam: misce, fac clysterem, & iniice, quo aluus parum respon

UVA. BHSC. BU 00033

dit. Cęterum, interea dum hęc operabantur, vt dolor ex toto leuaretur, fomentum parabatur hoc. R. Anethi, camęmelæ, meliloti, betonicæ, rutæ, ſtœchados, calamenti, maioranę, abſinthij, menthæ, centauri minoris, ana pug. vnum, ſeminis fœniculi, apij, cumini, ameos, dauci, ana drachmas duas, ſeminis lini, fœnugræci, radicis althęæ, ſpicæ celticæ iam hodie officinis ſatis notæ & vulgatæ, ana pugillum medium, in libris duodecim aquæ, fiat decoctio ſufficiens, pro fomento, ex quo imbuta ſpongia noua, vel filtrũ, ſępe applicabatur, & rectè ſentiebat: poſteà verò, locus affectus dolore, linimento ſequenti inungebatur. R. Olei keiri, ſpicæ nardi, anethini, ana vnciam mediam, ceræ parum, ad ignem miſce, fiat linimentum: iis enim ea nocte leuiter tranſegit, & dormiuit, parum cœnata eſt, & illud quidem ius pulli pauco minuto pane exceptum, non niſi exiguo cinnamomo adiecto: pro potu verò aquam incoctam aniſorum ſemine habebat: in aurora verò ad eam accedens, eam meliùs habere deprehendi: tunc verò bolum ex ſpeciebus hieræ picræ Galeni, pauco oximelite exceptum, deglutiuit, à quo elapſa hora, panatelam iure pulli paratã, comedit: & poſteà

UVA. BHSC. BU 00033

& postea elapsis quinis horis, contusum ex pullo bibit, & ouum sorbile super ingessit, & parum vini generosi, aqua cinnamomi & anisorum diluti pitissauit, & rectè habuit: porrò, vt ventriculus roboraretur, sequenti die, rotulos sic descripsimus. R. Specierum aromatici rosati, drach. mediam, specierum diambræ, scrupulum vnum, cum saccharo, quantum ratio pharmaceutica postulat: misce, fac rotulos pendentes singulos, singulas drach. & alterius mediam, ex quibus in aurora vnum gustabat, & supra parum vini generosi bibebat, huius tamen confectionis loco, solet propinari electuarium de baccis lauri, tantopere à Rasi, libro nono ad Regem Almansorem dicato, laudatum, veluti theriaca, aut mitrydathica antidotus, aut terebenthina vera, non lota, pondere semiunciæ, supra ebibito pauco vino generoso, aut Cretensi, aut aqua ardente dicta, vel vitæ, vel horum vice, parari solet electuarium sequens, quod habet.

R. Pulueris radicis peoniæ drachmam vnam, cinnamomi optimi, garyophyllorum, nucis moschatæ, ana drachmam mediam, macis, cubebarum, ana scrupulos duos, ligni aloës electi, specierum aromatici rosacei, specierum diambræ, ana

scrup

VVA. BHSC. BU 00033

ſcrupulum vnum, gingiberis albi ſcrupulum medium, maſtichis grana ſex, theriaces optimæ drachmam vnam, & alterius mediam: omnia melle roſaceo colatitio excipiantur, & ad ignem fiat confectio ad formam confectionis opiatæ, ſecundum ordinem pharmacopolium: ex quo ieiuno ſtomacho drach. integram deglutiat, & nihil ſupra bibat. Cæterùm, ex variis quę extrà admoueri ſolent, hoc communiſſimum & ſatis vulgare eſt, non contemnendum emplaſtrum, flatus digerens & reſoluens. R. Lanam, quâ pannorum tonſores ex panno cocco infecto demere ſolent, pondere ſemilibræ: cui adde mellis tantundem: & miſce, ac poſteà ad ignem calenti, ſuperadde pulueris gingiberis, galangæ, cinnamomi, cubebarum, ana drachmam vnam, ſeminis aniſorum, fœniculi, apij, ameos, ana drach. duas: miſce, & fiat emplaſtrum, & calidum admoue: diſſoluit nanque flatus, & humores domat frigidos.

SCHOLIA.

Periculoſus admodum oris ventriculi dolor eſt, & eò magis, quò cordis regionem occupauerit: pro quo leuãdo, cùm pepẽderit à flatuoſo & frigido humore, vomitus omnino irritãdus eſt, quem

UVA. BHSC. BU 00033

quem nos omni diligentia euocauimus: sed audi, solent practici inter habitas obseruationes pro irritando vomitu, commendare, vt ventris lentio præcedat vomitum, vt ex Auicenna eliciunt fen quarta, libri primi, capite vndecimo, quem ordinem nos non sequuti sumus, nec seruauimus, quia antea multa præcesserant remedia, item, quia regula illa seruari debet, quoties acribus & potentibus vomitorijs vsi fuerimus: secus autem, quoties leuioribus, vt nunc vsi sumus, vt ex Auicenna quoque, prædicto loco, quisque doctus & sensatus deprehendet medicus, & scire decet, quòd si dolor hic perseuerarat, coacti eramus in potu, vnam vel alteram antidoti philonij Tharsensis, aut re quiei Nicholai, drachmam dare, postea verò ad causam recurrere, id est, ad materiam pituitosam visidam, flatulentam, eam incidendo, subtiliando, & pellendo, dein verò membrum ad contrarium alterando, & roborando, præsertim cerato, vel emplastro, ex varijs ad rem facientibus, aut culcitrula ex aromatis, absinthio, & similibus consita: sed vltimo in hoc casu, vt ventriculus calidus seruetur, nec in hanc malam affectionem labatur, vti solent pelle oloris, cygni dicti, aut vulturis, aut auis tardæ aut anseris saginati, recte apparata, prout Venetijs, Ferrariæ, & varijs alijs locis, vendi solet.

Curatio

UVA. BHSC. BU 00033

Curatio septuagesimanona, in qua agitur, de dolore stomachi, in tertianæ paroxismo affligente.

PEropportunè monachus lignipes iuuenis ex Stagno ciuitate, grauiter tertiana correptus ad nos venit, Qui cùm paroxismo corripi incipiebat, ita ventriculi dolore cruciari quoq; incipiebat, vt alta voce ad mediam horam clamaret, qui dolor non aliunde quàm à bile acri ex iecore ad ventriculum fluxa, ortum trahebat, quæ sua acredine, & mordacitate dolorem inferebat, proinde nos causam morbi tenentes, eam clysteribus antè paroxismum horam vnam vel alteram immissis, diuertendam curabamus, & buccellam panis comedendam elargiebamur, intinctam succo granatorum acetosorum, aut robo herberorum, aut ribes, aut succo cotoneorum austerorum, aut malorum acidorum, aut oxisacchara simplici, aut robo myrtillorum, aut aliquo horum similium, nec minus tunc ventriculus roborabatur linimẽto parato oleo myrtino, rosaceo, & cotoneorum, in quibus, vt ars docet, mastichis & thuris parũ primò inferbuerat, & colatura facta, prædictis oleis miscebatur pulueris rosarum rubear

UVA. BHSC. BU 00033

rubearum non completarum, coralorum, coriandrorum præparatorum & pauca cera alba linimentum parabatur, cuius vices supplent varia alia silentio à nobis prætermissa, sed ijs monachus hic melius habuit, & præparata materia, ac expulsa, & recoxe, & spina dorsi, nonnullis frigidis, contemperatis à dolore liber factus fuit, morbus tamen ad aliquot dies perseuerauit, qui postea erraudo in quartanam mutatus est. Cæterum, cum hæc percurro, in mentem veniebat olim quidam, qui cum male de stomachi dolore quæreretur, & pro sua salute me accersiri curaret: ecce interea dum ad alios diuerto ægrotantes, muliercula assistens huic solo calente pane dissecto, & stomacho adplicito, eum sanauit, vt postea mea opera non indiguerit. Erat enim dolor hic, fortè ab intemperie frigida, absque materia veniens, & re vera, panis hic à furno recens extractus in hoc casu, multum valet, veluti si à caliditate dolor euenerit, prædictus panis aceto acerrimo imbutus applicitus fuerit, quod opus quoque, malum punicum aceto tabefactum, & admotum, complere expertus sum, variè igitur morbi, pro varia eorum causa, curari debent.

Curatio

UVA. BHSC. BU 00033

Curatio octuagesima, in qua agitur, de vertigine, quæ Græcis σκότωμα dicitur.

MArinus vir insularis, obesus, natura pituitosus, vertigine, morbo graui periculoso & in comitialem venturo facili, iandiu est, laborat, huic caput continuò circunfertur, rotatúrve, & præ caligine oculi obscurantur, quæ omnia fortè ab spiritu vaporoso, leuato ab imbecilli calore, & in cerebri partibus inordinato modo & motu, procedunt, cum quibus, capitis dolor, & eius ingens grauitas, aurium sonitus, olfactus amissio, & similia erant, vt morbum hunc per primogeniam affectionem in ipso fieri cauire, certum sit. Nam cùm vir hic trigesimum octauum ætatis suæ annum agat, agitur iam tertius annus, quòd hoc vexatur morbo, prioribus nanque sex huius carnificis morbi, mensibus, circa ventriculi os, dolorem sentiebat, & sæpè nauseabundus incedebat, vt credendum sit morbum hunc, tunc per consensum ortum traxisse, temporis tamen successu, capiti insitum & proprium fieri, eo autem nunc continuò vexatur, & torquetur. Pro quo leuando,

multa

UVA. BHSC. BU 00033

multa & varia fuere adhibita remedia: nam & corpus per potiones paratum, purgatum non semel fuit per catapotia, & sanguis per hirudines ex ani venis abundè extractus, veluti per cucurbitulas sectæ cuti scapularum affixas, non minus gargarismis apophlegmatismis, & sternutamenta mouentibus, vt succo cyclaminis, in nares infuso, veluti anagalidis, & cucumeris asinini, vel struthij, vel pipere albo, aut helleboro albo, aut struthio, lanaria herba dicta: quæ omnia per nares egregiè purgant, sed & caput irrigatum fuit embrocha composita, varijs herbis discutiendi facultate præditis, tandem ad vesicatorium deuentum est, quæ omnia nihil contulere. Proinde ad me venit, auxilium pro tanto profligando malo petens, cui lubentissimè obtemperantes, eius curam suscepimus, & repurgato corpore, ad vinum decoctionis guayaci, in quo inferbuerat betonica, tantis laudibus decantata herba, ab Antonio Musa, Augusti Cæsaris medico celebri, confugimus, quod per quadraginta dies ebibit, optimo victus ordine seruato, & inde sanus euasit, & nunc fausta & prospera valetudine vtitur.

UVA. BHSC. BU 00033

SCHOLIA.

Commodum hæc scribebamus, cum tertius nauigationum tomus vernacula Italorum lingua conscriptus, è Veneta Typographia, prodijt, in quo circa calcem, hæc animaduersione digna inuenimus. Gallos in nouam siue floridã Franciam nauigantes, nouo & inusitato morbi genere correptos fuisse: cui nullis remedijs occurri poterat, posteà tamen nouæ arboris subsidio, subitò conualuisse, non tantum eos, qui eo morbo infecti erant, sed à multis retrò annis gallica scabie infectos, vnde mihi suspicio est: eandem hanc cum guayaco arborem esse, cum verò certiora afferentur vberius de ea volente Deo, scribemus, interim fides ipsa penes gallos authores esto. Illud etiam repetitum velim, Hispanis hominibus persuasum esse: Europeum buxum guayacum esse, cuius buxi decocto ad propulsandum morbum gallicum insigni felicitate vtuntur, eos nos ijs in Centurijs secuti sumus, quod si error fuit, non mihi, sed authoribus Hispanis assignandus erat, nam ego quantum buxus Europeus à guayara arbore, foliis, tum fructu, ac reliquis differat. Cæterùm Hispani quibus differentiam inter vtranq; obijcimus, verè nos fateri respondent, sed non perinde à sua desistunt opinione, cum eos solùm ratione tantũ differre, & eo in climate procerius, & alacrius crescere quàm in Europa, dicant, nos vtcunq;

UVA. BHSC. BU 00033

sit, vtranq; arborẽ viribus parem esse, experti sumus. Cæterum practicas scribẽtes, differentiã faciunt inter vertiginem, & scotomathicũ affectum, aut vt ipsi aiunt, scotomiam, quanquam scotomiam, receptum vocabulum apud Græcos authores esse, docti quidã memoriæ mandarũt, dicunt igitur scotomiam, siue scotomathicũ affectum, eũ esse morbũ qualem Marinus hic passus est, vertiginẽ verò vbi capitis simplex rotatio absq; oculorũ obtenebratione reperitur, quæ sanè diuisio tametsi præter Græcorum mentem sit, quum apud eos σκότωμα, vertigo sit, non omnino tamen improbanda est, quã nescio quid in hoc morbo nominando, claritatis afferat.

Curatio octuagesimaprima, in qua agitur de phymate inter anum & testiculos, & quod crudum aperiri debet.

LVdouicus Spatarius, vir qui cũm diu apud Romam egit, nunc Ragusij phyma inter anum & pudendum patitur, ad quem accitus ego, inueniens phyma ferè ad suppurationem venisse, suadeo illico de eius sectione, & apertura: nam aliter pus rodens fistulam creare, timebam. Alter verò medicus assistens, nondum exactam maturitatem in phymate esse cõtendebat: proinde diffe-

UVA. BHSC. BU 00033

rendam aperturam contestabatur: cui ægrotus fidem præstans, fortè sectionis dolorem fugiens, tantũ interposuit tempus, vt ex se inflammatio disrupta fuerit, ex qua multum puris effluxit, vnde quantumcunq; diligenter postea curata aperta manet, &, vt creditur, in fistulam degenerabit.

SCHOLIA.

Ignorabat assistens medicus ille, huiusce modi phymata ex Hippocratis mandatis cruda aperienda esse, sic enim Hippocrates, libro de fistulis, non procul à principio ait, antè omnia igitur quum nasci senties eiusmodi aliquod phyma, priusquam suppuratio ad anum pertineat, celerrimè crudum secabis. Ex quibus Hippoc. verbis satis constat, medicum hunc satis errasse, quum phymatis sectionem in longum distulerit tempus, nec enim subterfugiẽdi locus illi datur, cùm dixerit, Hippocratem de ani phymate loquutum, non verò de eo quod inter pudendum & anum habetur, quum phymata ea omnia ferè eadem sunt, quia partes eædem, & inter se similes satis sunt. Cæterùm, iubet Hipp. hoc in loco vt phymata cruda aperiantur, quia longa suppuratione locus hic ita computrescit, vt laceris vestium fragmentis similis euadat, vocatur autem à Græcis rhacodes, & agglutinari

diffic

UVA. BHSC. BU 00033

difficulter potest, vt in Altarasio olim vidistis: item quia si phymata ad suppurationem venerint, timor est inde fistula enadat, morbus curatu difficilis, nec enim Hipp. magnum putat malum quod ex crudo aperto phymate oriri potest, quum illud inflammatio sit, quam curare non magni negoti est.

Curatio octuagesima secunda, in qua agitur, de abscessu spirituoso dicto, rarò euenire solito.

ABscessum pariebatur adolescens Raguſæus, ſub ala, & illum quidē præmagnum, qui temporis ſucceſſu, mollis & liuidus magna cum pulſatione ita euaſit, vt intra eum pus contineri medici & chirurgici pro certo haberent: itaque de eo aperiendo, nulla inter eos diſcordia habita, opus aggreſſi ſunt, ſed quali ſucceſſu, audite, vix enim abſceſſus phlebotomo apertus fuit, ex quo ſanguis impetuoſè, quodam cum ſpiritus ſtrepitu proſiliuit, cùm ægrotus ipſe, poſito capite, expirauit, non ſine tamen ingenti aſſiſtentium medicorum opprobrio & dedecore.

SCHOLIA.

Inflammatio vt à sanguine è venis effluxo, fieri solet, ita abscessus hic ex arteriæ spirituoso

UVA. BHSC. BU 00033

sanguine extra collecto, euenire solet, qui quidem abscessus periculosus admodum est, vt in quo spiritus, qui ipso Galeno dicente, anima ipsa, vel animæ immediatum instrumentum sunt, continentur, quo aperto, vel ex se disrupto, ægrotans periclitatur & deficit, memini me alias Romæ similem vidisse morbum, à quo qui illum patiebatur, vt & hic breui obijt.

Curatio octuagesimatertia, in qua detegitur error, in descriptione gallia muschatæ Nicolai, & alter in descriptione vnguenti rosacei, apud Mesuem.

QVum Nicolai medicamentum, aut verius trochisci galliæ moschatæ passim vsui veniant, operepretium me facturum existimo, si ad præsens errorem, quem in eis concinnandis pharmacopolæ committunt, dexero: pharmacopolæ nanque ex præcepto primo paratos trochiscos, & in puluerem postea redactos, vncijs quatuor olei sambucini, vel, vt alijs placet sambacini, vel vt alijs etiam sansuccini, qua in re, non multum moror, miscent, ipsis supra injciendo cinnamomi, garyophyllorum, nucis muschatę, ana vnciam mediam, ex quibus omnibus re-

UVA. BHSC. BU 00033

dè commistis & fermentatis, posteà trochiscos concinnant, sed quanto errore, audite: primò, quia huic componendo medicamento, olei quatuor vncias miscent, quæ sanè olei quantitas sufficiens est ad medicamentum penitus humidum & liquidum ac ineptum figuræ trochiscorum reddendum: secundò, quòd prædictam olei quantitatem infundentes, medicamentum exurunt, oleum ad medias consumendum credentes, atque ita sese rem habere, ipsa descriptio Nicolai satis testatur, quæ ita habet.

R. Mastichis vnc. 2. gummi vnc. 1. camphoræ scrup. 1. hæc autem benè terantur subtilissimè, & cribrentur, & trochisci inde fiant, aqua rosacea, & siccentur ad vmbram, & postquam fuerint desiccati terantur subtilissimè, & misceantur, cum vnc. 4. olei sambucini, bulliti, & colati, ad dietatem: deinde, misce, cùm speciebus ipsis benè tritis, & cæteris: ex ijs autem nos verùm loqui deprehendetis, proinde nè pharmacopolæ amplius errent, sciant, Nicolaum olei sambucini pondus rectum, conueniens & sufficiens injiciendum describere, non quidem, vt pharmacopolæ rudes putant, quatuor vnc. sed magis, vt diligentes norunt, quartam partem vnciæ

UVA. BHSC. BU 00033

vnius, quæ pars, drachmæ duæ sunt, tantum olei pendentes quãtum, vt ex omnibus illis trochisci parentur, satis est, & quod Nicolaus ita quartam partem vncię intelligat, vel ex hoc facilè percipitur, quia primò, quartam partem, & posteà vnciam decussat, sic enim ille habet cum vnc. 4. id est, cũ quarta vncię: nam si cum quatuor vncijs intelligeret, primo, vt illi mos est, vncias decussaret, dein numerũ signaret, sed quum quartam partem vnc. intelligat consequens erat, vt eo modo, quo fecit describeret. Cæterùm, quantum attinet, ad ea quæ sequuntur, scilicet olei sambucini bulliti, & colati, & medietatem, deinde misce, cum speciebus istis benè tritis, & cætera: cum hæc diligentiùs inquirerem: ecce in Nicolai exemplar quoddam manu scriptum characteribus longobardicis elegantissimis, & inauratis exaratum & depictum incidi, quod ex instructa bibliotheca Mathiæ Vngariæ Regis illius, qui Ioannem ex Monte regio Ephęmeridum scriptorem, multis auxit honoribus & diuitijs, prodierat, in quo ita ad verbum hæc legebantur, olei sambucini cocti, & bulliant ad medietatem cum speciebus istis bene tritis, ex qua lectione satis clarum euadit, locum hunc

apud

UVA. BHSC. BU 00033

apud Nicolaum deprauatũ typographorum vitio esse. Sic igitur dehinc, locus hic legendus est, & postquàm fuerint desiccati trochisci terantur subtilissimè, & misceantur cum quarta parte vnciæ vnius, olei sambucini cocti, & bulliant ad medietatem, cum speciebus istis bene tritis: quæ sanè lectio, veritati & rationi conficiendorum trochiscorum huius galliæ muschatæ, consonat: cui sequens Antidotus Nicolai idem est, cum gallia descripta à Mesue: miscetur autem gallia Nicolai emplastris, ceratis & vnctionibus: Mesues verò gallia, magnis & celeberrimis medicinis, ac. Antidotis singularibus iungitur: ita enim Nicolaus post confectionem gallię muschatæ suę, tradit: confectio verè ita fit, id est, galliæ muschatæ veræ descriptio, siue Antidotus, quã Mesue memoriæ cõmendauerat, ita habet: ambræ orientalis, & cętera: camphoram tamen hic plus habet. Cęterùm, dum in Nicolao restituendo laboro, ecce alter Mesues error mihi se offert, ex descriptione vnguenti rosacei. Inquit enim Mesue in vnguenti rosacei descriptione.

R. Axungiæ porcinæ recentis, quantitatẽ quã volueris, & inferius, olei amygdalini partes sex. Hic enim error maxi-

UVA. BHSC. BU 00033

mus est, cum pro sextam partem typographi, sex partes legerint: si enim sex partes olei, ad vnam axungię miscuerimus, proculdubio non vnguentum, sed linimentum potiùs, & id valde liquidum conficiemus, vnde satis mirari nõ possum eos qui Mesuem Latinissimum, & eloquẽtissimum reddere pro viribus laborant, hęc & similia non aduertere, vt error enim hic apud Mesuem emendandus succurrit, ita plures alij similes in promptu sunt, quos ad præsens silentio prætereire volui, quum hoc mei instituti non sit, satis enim est, me alijs viam munire, & aperire.

Curatio octuagesimaquarta, in qua agitur, de Tenesmo ob inflammatum rectum intestinũ, cum stranguria, id est, vrinæ difficultate, veniente.

QVi extra vrbem agebat, Stephanus Gozius nobilis Ragusæus, & difficulter consequabatur valetudinem, in tenesmum incidit, contra quem, clysterem abstergentem illico injciendum curauimus, & breui ea desidendi frequens & assidua cupiditas repressa est. Cæterùm, paucis

UVA. BHSC. BU 00033

paucis elapsis diebus, mala hæc affectio iterum rediit, & prædicto iniecto clysteri, & varijs alijs adhibitis remedijs, nihilo melius habuit, sed morbus potius auctus est, & in alium quem Græci stranguriam, Celsus, difficultatem vrinæ vertit, alij verò stillicidium vrinæ vocant, lapsus est: pro quibus abigendis malis affectionibus, in mentem venit hanc malam affectionem primariam, tenesmum dictam, ab inflammatione ortum traxisse, cuius causa fuit sanguis atrabiliarius traiectus ad venas hæmorrhoidales, eoq; consortij ratione, vesica passa est, & ægrotus in vrinæ difficultatem incidit, quibus de causis, admotis, eisdem venis hæmorrhoidalibus, tribus hirudinibus, & extracto multo sanguine, breui affectio hæc sublata est.

SCHOLIA.

Tenesmus varijs de causis euenire solet, idéque variam curationem exposcit, euenit autem ob stercus præcurrum impactum intestino cæco, ob frigus extrinsecus aduenies, ob acres rodentes & bilioſos humores, ob salsam pituitam, ob inflammationem, & nonnunquam ob vlcus. Cæterùm, Hippocrates, libro de Fistulis, ita describit hunc morbum, & cum ita suis numeris

absoluit

UVA. BHSC. BU 00033

absoluit, & coloribus siue indicijs depingit, vt nihil quod amplius desideremus sit, eius autem verba hæc sunt, quòd si anus inflammetur, dolor & febris accidat, atque homo crebro desudat, sed nihil deijciat, videturq; anus procidere, ὑπὸ τῶ φλέγματος, hoc est, ob pituitam, vel si mauis, ob inflammationem, vtroque enim modo verti potest, vt doctè Vidius Florentinus eo in loco monuit, quoniam φλέγμα ab Hippocrate, non solùm pro pituita, sed pro inflammatione accipitur, quum autem phlegma dicimus, salsum intelligere hac in parte debemus, quum verò inflammationem, aliquando phlegmonem, aliquando verò citra omnem tumorem æstuantem nimia caliditate particulam, vt Hippocrates quoque intelligit libro de Vulneribus capitis, & nos experimur in nostro ægrotante.

Curatio octuagesimaquinta, in qua agitur, de vlcere in palato à morbo Gallico ortum trahente.

AEneas Neapolitanus musicus, morbo Gallico leuiori quum laboraret, vlcus in palato ad columellam exedens patiebatur, ex quo periculum erat ne columella ipsa corrosa exesáve euaderet, pro quibus abigendis curandísve morbis, non semel (vt decet) purgato corpore, decoctũ radicis smilacis asperæ, hodie

zarzæ

UVA. BHSC. BU 00033

zarzæ parilliæ vocatæ, pauco senæ paratum, optimo & parco instituto victus ordine, ebibendum tradidimus: quo rectè sudabat, & melius habebat. Cæterùm, pro vlcere ipso sanando, aquam hanc describendam parauimus, ex qua gosapij madefacta pilula, intus indebatur adaptabaturq;, ita vt ne stilla guttáve vlla caderet, habet autem aqua sic.

R. Aquæ plantaginis vncias duas, rosarum. ʒ. id est, viridis æris drach. mediam, misce, & ad ignem parum calefiat, &, vt dixi, per interualla vtatur, est enim aqua hæc optima, & quæ à putrilagine vlcera expurgat, mundificatq;: porrò, aquâ hâc, quandoq; magis mitem quâdoque verò potentiorem paramus, prout necessitas vrget, cui & tutiam præparatam ad scrupulos quatuor addimus, sed hic prædicta vsus est, & frequenter gargarismo sequenti gargarizabat.

R. Sumachiorum, balaustiorum, summitatum rubi, foliorum oliuæ, plantaginis, rosarum, ana manip. vnum, thuris, mastichis, sarco collæ, ana vnciam mediam, in aquæ libris tribus, fiat decoctio secundum artis ministerium, & coletur, cui adde, mellis rosacei colati, vncias duas, misce, & ad ignem iterum parũ bulliat, quo

assiduo

UVA. BHSC. BU 00033

assiduo vtatur. Nam & per interualla lacte gargarizabat, quod summum remedium pro ijs curandis vlceribus habetur, ijs enim ita rectè valuit, vt intra viginti dies pristinam sanitatem adeptus sit. Cæterùm, hodie quidam loco aquæ viridis dictæ, ex arsenico paratam aquam admittunt, veluti alij oleum de vitriolo, aut puluerem ex percipitato, sed fortè contra Galeni decretum, vt qui in sua doctrina hortatur, iubetq; ne quis pro curandis oris vlceribus, medicamentis vrendi vim habentibus vtatur, timet nanque ipse, eorum in stomachum aliquem descensum.

Curatio octuagesimasexta, in qua agitur, de accelerando partu, simulq; de redundante lacte minuendo.

VXor Abner Alfarini, biduum ante partum cecidit, & puerum intra vterum ad caput ita contudit, vt eum interfecerit, tempore verò posteà partus ita difficulter pariebat, vt remedijs partum accelerantibus opus habuerit, qua de causa, ita descripsimus.

R. Trochiscorum de Myrrha, drachmã mediam, croci scrupul. duos, cinnamomi drach.

UVA. BHSC. BU 00033

drachmam vnam, diptami cretensis, scrupulum vnum, seselis scrupulum medium, omnia terantur subtilissimè, & iure capi & pauco vino Cretensi excepta, calida bibenda dentur, & ad nares sternutamentum prouocans, vt helleborum, aut condisum, aut piperis puluis, aut simile aliquod admoueatur, quibus adiuta, breui puerum integrum, sed mortuum peperit. Cæterùm, quum hæc primipara esset, iuuenis sanguinea, ad eius mammas multum lactis confluxit, pro quo minuendo, vnum præceptum habentes quod quę semen extinguunt, lac in mammis extinguere soleant, sic aggressi sumus, & primò, quoniam hæc mulier abundè purgata erat, oxicratum linteis exceptum suprà mammas sæpè admouebat, quo rectè valere inculcabat, sed posteà hoc emplastrum descripsimus.

Rec. Farinę lentium, fabarum ramenti, radicum caulium, ana vnciam vnam & alterius mediam, croci drachmam vnam, salis, drachmam vnam & mediam, cineris cancri fluuiatilis, vnciam mediam, laccæ, lithargirij, ana drachmas duas, omnia cum decocto fœnugræci in mortario excipiantur, & terantur, quibus adde, muccaginis psilij, vnciam vnam & alterius

UVA. BHSC. BU 00033

alterius mediam, aceti acerrimi, vnciam vnam: misce, fac emplastrum secundum pharmacopolium magisterium, & admoue, superpositis folijs ricini, hoc enim emplastrum tanta vi & potentia fuit, vt opus breui confecerit, proposita victus ratione, sanguinem parum gignente: Nam parcus victus huic malæ affectioni multùm prodest. Cæterùm, morbum hunc Græci σπαργάνωσιν, vocant, qui si rectè non curetur in θρόμβωσιν, hoc est, grumescentiam, siue in grumos conuersum lac, verti solet, veluti in inflammationem. Cæterùm, si mulier passa fuerit lactis defectum, accipito fœniculi virentis summitates, quas vino vel aqua, aut vtrisque simul incoquito, quod decoctum bibat, ad lubitum in prandio & cœna, & interdiu, & eo lac breui multiplicabitur, vt experientia compertum habetur.

Curatio octuagesimaseptima, in qua agitur, de impostura quadam, videlicet, quod mulierc ula incantamentis iuuenem surdum fecerit.

ILlyrica mulier, quæ omnibus Raguſij prostabat, apud Iudices accusatur, quòd iuuenem nobilem excãtamentis surdum reddid

UVA. BHSC. BU 00033

reddiderit. Qua de causa, carceribus retenta (aduocato eam defendente) crimen inficiebatur: tandem post multa & varia in hac controuersia iactata, me rogãt iudices, vt quod hac de re sentiam, chartis tradam: quibus obedire cùm par sit, pauca hęc describere coactus sum: nã in hac re si omnia ad vnguem percurrere velim, iustum volumen conficiendum esset, quod contra institutum nostrum est: medicinam nanque deorum artem exercemus, qua non paucos ab orci faucibus reuocamus: pro quo exactè complendo instituto, Hippocratis illius diuini, & eius maximi ampliatoris Galeni Asiatici libros, & sacra dogmata diu noctúque versemus oportet. Non nobis igitur vacat de incantationibus prolixè agere. Proponitur contra meretricem causa, quòd iuuenem nobilem, robustum apprimè & bene musculosum, vi veneficij surdum reddiderit, & opus id ab ea fieri posse, proponuntur historiæ, citantur leges, & doctorum hominum placita adducuntur, quin & testes oculati, qui circulis, inuocationibus, excãtationibus, sortilegiis, & huiuscemodi variis, simillima hęc & maiora portenta fieri ab aliis producuntur, non minùs contra eam adducũt id quod

UVA. BHSC. BU 00033

de huiuſcemodi mulierculis iactatur, quòd homines impotentes reddant, & ab eiſdem poſteà nonnullis exorciſmis impotentiam illam depellant: itaque, vt hæc machinantur, ita & iuuenem hunc ſurdum potuiſſe facere non eſſe mirum, quia ſæpe ſuis incantamentis ac magicis inuocationibus, abſentes tanquam præſentes indigitant, imò ſeipſas in alia corpora non rarò transformant, atque eas Strigas vocant, vt peramplè Comes Mirandulanus huic negotio dicato libello, indicauit: Romana nanque mulier precatione aquam cribro, vt memoriæ eſt traditum, attulit, & Vlyſſes carmine ſanguinem profluentem compeſcuit, vt alias multas & varias hominum transformationes prætereamus, quæ hoc fieri poſſe atteſtantur, in legum nanque duodecim tabulis legitur, qui fruges excantaſſet: & alibi, qui carmen malum incantaſſet, vt Plinius proſequitur libro vigeſimooctauo ſuæ natural. Hiſtoriæ. Item in lege à Deo optimo maximo per Moſem tradita, legimus, Veneficos ne patiaris viuere. Sunt autem ij incantatores dicti, qui incantationibus, & cæteris malis artibus, veluti vetita magiæ ſpecie vtuntur, vt eſt goetica, thurgia quoque dicta, quæ dæmonum

UVA. BHSC. BU 00033

monum inuocatione, infandísque incantationibus constat, & ea hominũ mentes fallacia perstringuntur, quæ aut fit per aquam, aut securibus, & aliis ferramentis, aut peluibus aqua plenis, aut speculo, aut igne, aut terra, aut euocatione vmbrarum, & hæc Necromantia dicitur, & eam exercentes Necromantici, quorũ incãtamentis mortui reuocari ad vitã, diuinare, & ad interrogata respõdere videntur, aut fit fumo, aut cribro, aut lineis manuum: quanquam hęc vltima veritatis nonnihil contineat, chiromãtia dicta: si modò veri libri Medicorũ & Philosophorũ sunt, quibus titulus est, Quod animi mores sequuntur corporis temperaturam, & physiognomia. sed Aristoteles non prorsus commentitiam esse hanc obseruationem tradit, libro Problematum, quum quærat, quare longæui sint, qui habent integram lineam mediæ manus: sed hæc per excursum. Quum igitur tot artes pessimæ sint, quibus muliercula hæc vti poterat ad surdum reddendũ nobilem hunc iuuenem, non absurdum esset eam tanti criminis ream facere. Galenus quoque lenicularum incantationes vim habere credit, vt refert quoque Alexander Trallianus libro nono suæ medicinæ, capite 4.

UVA. BHSC. BU 00033

missa facimus cętera huius generis varia, quæ contra hanc afferebãtur, quæ ad prę-sens recensere non vacat: neque si vacaret, puto operępretium fore, & eò magis quòd credimus mulierculam hanc non posse solis verbis, aut incantationibus alicuem surdum redere, vt ex diui Thomę, libro tertio contra gentiles decerpimus, vbi pręcipuè Auicennę opinionem, quòd imaginatio faciat casum, persequitur, refellit, & sugillat, de qua re nos ad pręsens multa notatu digna conscribere poteramus: sed quum extra institutum sit nostrum, ea prętermittere satius duximus. Reliquum est igitur videre, an medicamentis aliquibus, duntaxat coniũctis verbis nonnullis, mulierculã hanc hoc confeciſſe opus credendũ sit, quod fieri posse dicet aliquis, quum Dioscorides de mandragora morione dicta tradat, eius radicis drachmam in potu, aut cum polenta in panis offa, vel obsonio datam infatuare, & solani maniaci, seu insani, radicis drachmam in vino bibentibus non iniuiucundas imagines repræsentare, vt hic Ragusij factum esse à quodam Mario in cœna, omnes Ragusæi norunt, à quo omnes conuiuę sui, lymphati, ceriti, & insanientes elati sunt, cuius radicis duplicatum

UVA. BHSC. BU 00033

plicatum pondus in triduum mentis excessum efficere: quadruplicatum verò, mortem quoque adferre certum est. Adhęc, & similia, talia sunt, vt nobiscum concludant mulierculam hanc neque verbis nudis, neque medicamentis adiunctis opus hoc confeciſſe: nam ſolis verbis, diuus Thomas, vt dixi, id fieri poſſe negat, veluti faſcinationem nuda qualitate: verbis autem non fuiſſe adiuncta medicamenta, vel ex hoc elicitur: quòd ſi fuiſſent ea iuuenis ſtatim, vel intra diem ad ſummũ perſenſiſſet, id quod minimè perſenſiſſe fatetur. Item ſurditas ſubitò illum arripere: quę potiùs, vt audio, paulatim aliquot menſibus ingreſſa eſt. Reſtat igitur, vt dicamus, iuuenem hoc contraxiſſe malum, ex alio morbo, quàm ab incantamentis mulierculæ, vt prolixiùs cùm huius iuuenis curationem proſequuti ſumus, diximus. Is nanque cùm bis morbo Gallico laborauiſſet, manꝰ & pedes ragadis, & fœdis ſciſſuris infectas habebat: pro quibus curandis Venetias petiuit, vbi à quodam empirico homine, ſolo linimento curatus ab hac fœda affectione ſanatus fuit: retroceſſit nanque materia ad alium locum, & fortè ad aures: vnde paulò poſteà, is de aurium ſonitu conqueri cœ-

UVA. BHSC. BU 00033

pit: qui cùm nullum vitæ ordinem seruaret, sed magis effrenatus ad omne vitium proclivis esset, non multò posteà, prædicente Medico docto, penitus in surditatem lapsus est: est enim auditus organum tanto artificio fabrefactum, vt à quauis vel leui causa soluatur, & in discrasiam exactam veniat: stapedæ nanque ossea, vt aliàs dixi, figuram, veluti incudem, ossiculum malleoli modo ferit, quod alligamento sustinetur: & cùm à sonis impellitur, incudem ferit: excitantur nanque ea percussione spiritus in neruis existentes, vnde auditio resultat. Hanc igitur verissimam surditatis causam esse crediderim, & eò magis, quia non paucos olim obseruauimus: qui cùm ab huiuscemodi manuum palmarum vitio curari contendissent, aut surdastri, aut luscioſi, aut ingentissimis doloribꝰ chephalicis affecti sunt, aut omnino breui vitam cum morte cõmutarunt: cęteris verò magicis prestigiis, vnum Almaum, nostro tempore alterum Demogorgonem, hominem, si rectè teneo, Hispanũ, opponere satis esset, quem vt vniuersa Anthuerpia, ita Caroli Quinti Imperatoris aulici omnes optimè nouerunt. Qui tam multas incantationes & deluſiones machinabatur, vt omnium, qui

UVA. BHSC. BU 00033

qui vnquam fuere, præstigiator maximus haberetur: nullam tamen naturæ iniuriam inferebat, vt Imperator ipse egregiè nouit, qui ipsum ab Inquisitoribus accusatum absoluit: obiit autem vir hic Anthuerpiæ, apud Mediolanensem quendam Bartholomæum Vicomercatum, hominem pium, anno 1541. qui eum è carcere in quo propter æs alienum detinebatur, liberauerat. Reliquis verò Senecam obiicere possum, libro quarto Naturalium quæstionum, capite sexto, vbi incipit, non tempero mihi, & cætera. quę vos per otium legite, veluti & Plinium omnium harum vanitatum contemptorem, libro trigesimo, capite primo & secundo. Cæterùm, paucis iis, iusti iudices adducti mulierculam hanc absoluerunt.

Curatio octuagesimaoctaua, in qua agitur de veneno, quod ad certum tempus datur.

QVum in controuersia essent Medici, an dari possit venenum, quod ad terminatum interimat tempus, hoc est, quod vno mense, vel duobus, vel integro anno opus suum conficiat, & perimat, me ogant, vt quod hac de re sentiam, in lucę

UVA. BHSC. BU 00033

prodam: diuersa nanque & varia esse hominum iudicia in hac re inculcant: proinde nostro more, hoc est breui dicamus, venena quæ certo & præscripto tempore interimant, à nemine mortalium excogitari possunt. Nam Medicus doctissimus quisque, & sapientissimus, qui etiam veneni exactè teneat naturam & vim: non tamen exactè accipientis venenum, resistentiam nouit: quæ duo, scilicet veneni vis, & resistentia eius qui venenum accipit, vt noscat ad vnguem Medicus necessarium est. Cæterum, cùm hominum variæ sint temperaturæ, & earum multiplices dispositiones: hinc fit, vt vario modo operentur venena, quędam citò, quędam tardè, quædam medio modo. Nam corpora frigida arctos habentia meatus, venena quæcunque sint, tardiùs intermeant: quia ea tardè ab huiusmodi corporibus reducũtur à potentia ad actum, & lentè ac longo tempore ad cor perueniunt, & ex consequenti longo interuallo interimunt: quæ omnia corporibus calidioribus contrariò eueniunt: quia venena citiùs in eis à potentia ad actum transeunt, & per meatus laxatos ab ingenti calore arteriarum & vasorum aliorum, ad cor citiùs deferuntur, & ex consequenti

UVA. BHSC. BU 00033

sequenti celerius interimunt: quibus addimus, quòd homo variis horis vario modo habetur: quandoque validus, & ad omnia peragenda firmus, & potens: quãdoq; verò inualidus, infirmus, & imbecillis: proinde nunquã dari posse venenũ, quod determinato quodã tẽpore enecet, certũ est. Thurcæ tamẽ & Indi, qui venena scitè tractant, venena ad determinatũ tẽpus ita dextrè & artificioſè concinnãt, vt rarò suis frustrentur votis: præparant autem medicamenta varia, quæ ad tempus interimentia vocant: quorum aliud menstruo, aliud bimestri, aliud verò annuo spatio opus suum conficit. Cęterùm, cùm tempus signant, non determinatum intelligi volunt, sed plus minus pro subiecti ratione: id quod (vt ego sentio) viris doctis absurdum videri non debet, cùm aliter irritæ essent medicamentorum purgantium & interimentium doses, id est, eorum determinatæ quantitates, & pondera à viris doctis & exercitatissimis Medicis perscriptæ & signatæ. Néve absque exemplis agamus, quæ plerunque multum lucis afferre solent, Dioscorides vir grauissimus, & in medica arte exercitatissimus, & vigilantissimus, libro quarto, capite septuagesimonono, in quo de

UVA. BHSC. BU 00033

mandragora agit, inquit, Succus huius duobus obolis ex mulso potus, vt veratrum per vomitiones bilem atram pituitámque extrahit, verùm potu largiore, vita adimitur, & in capitis fine, cùm de morio mandragoræ altera loquitur specie: ita quoque tradit, tradunt eam in pane, offa, obsonióve drachmæ pondere deuoratam non memoriam modò, sed vsum quoque rationis intercipere: obdormiscit enim homo eo ferè quo comederit habitu, sensus impos, ternis quaterníve, ex quo data est, horis. Hæc autem Dioscoridis vltima verba nobis considerandæ sunt, quibus ait, hominẽ impotentem fieri, tertia vel quarta hora post eius esum: signat nanque hic Dioscorides tempus in quo ferè morion operatur. Non igitur difficile creditu erit, venena artificioſè concinnari posse, aut fortè ita nata, & natura sua reperiri, quæ determinato quodam tempore paulò seriùs ocyúsve interimant. Adhęc describit exercitatus Medicus, habita humoris peccantis ratione, cataporiorum purgantium drachmam vnam vel alteram, adiectis tribus vel quatuor, aut pluribus diagridij granis: rarò verò vel nunquam, drachmas tres, vel plures propinat, quia nouit illehuma

UVA. BHSC. BU 00033

humanæ temperaturæ modum, cui purgantium catapotiorum præscriptum pondus satis sit: quo pondere parum variato, omnes hodierni Medici vtentur, quia norunt illi, & longa experientia compertum habent, eo homines tutò, rectè, & absque angustiis, & intestinorum torminibus purgari. Quare ij quoque, qui venenum præparant, & longo & frequenti vsu eius exhibendi artem consequuti sunt, omnino nouerunt, quãto tempore id necaturum sit, & opus suũ confecturum: paulò tamen ocyùs, seriúsve, vt dictum est: idem enim in exhibitione venenorũ vsũ venit: quod in aliis quoq; quę à Medicis exhiberi solent medicamentis, referẽte Galeno, libro de Curandi ratione per sanguinis missionem, capite duodecimo, nihil æquè artem medicam in agendo coniecturalem efficere, vt cuiusque remedij quantitatem. Etenim cùm compertum frequenter habeamus, tempus instare exhibendi, aut cibi, aut potus, eiúsque aut calidi, aut frigidi: quãtũ tamen dandũ sit certò haud nouimus: idem vsu venit in purgãtibus medicinis. Nam quod laboranti prębendum medicamentũ, aut bilem, siue flauã, siue atram, aut pituitam, aut serosum excrementum vacuans

UVA. BHSC. BU 00033

vacuans, exactè nouimus. Cæterùm, quantum præberi debeat, neſcimus, vt idem etiam enarratione 37. commentarij ſecundi, libri de Ratione victus in morbis acutis, oſtendit. Hinc ab eo, libro ſecundo methodi medendi, capite tertio, & primo Artis curatiuæ ad Glauconem, capite octauo, rectè traditum eſt, fieri non poſſe, vt quantum ex quaque re dandum ſit, aut calamo quiſquam, aut verbis omnino exprimat, immò vt loco citato libri de Ratione victus in morbis acutis tradit, coniectura hoc artificiali medicus aſſequatur oportet, quod quidem cuiuſlibet non eſt, ſed eius tantùm, qui vim omniũ eorum, quæ ſub arte cadunt, facultatémque didicerit, & qui memoria vigeat, ac in artis operibus diligenter, & accuratè ſit verſatus: breuiter igitur dicamus. Quemadmodum in exhibendis purgatorijs medicamentis catarcticis dictis, artificiali coniectura vti opus eſt, ita eadem vti opus eſt in exhibendis ad definitum tempus venenis, quæ, vt obiter hoc dicam, venena ſcilicet longo tempore necantia, ex eis ſunt, quæ toto ſuo genere interimunt, hoc eſt, occulta vi, & rodendo & putrefaciendo, & verè deleteria dicuntur, non verò ex ijs, quæ ſuis primis qualit

UVA. BHSC. BU 00033

qualitatibus, siue quantitate interficiunt, & frigida sunt, & statim interimere solent, non verò secùs, quia à corporis caliditate vincuntur, quæ omnia dignoscēs Theophrastus libro nono de Causis plantarum, capite sexto decimo, dixit Aconitum olim ita componi, vt certis occidere temporibus possit, videlicet, bimestri, trimestri, semestri spatio, anno quoq;, interdum etiam biennio completo, vt nos quoque ex eo, libro quarto nostris Dioscoridis, capite de aconito meminimus.

Curatio octuagesimanona, de pleuritide notha.

VIr qui iamdiu morbo laborauerat, eóque fortasse habituali, in pleuritim spuriam lapsus est, quæ costas nothas deformauit, & internam costarum membranam occupauit, id quod indicabatur ex eo quod super latus læsum commodè ægrotus iacebat, super alterum verò, cum iaceret magnum dolorem sentiebat: ex hac enim pleuritide ita inualidus, & imbecillis ægrotus is est factus, vt eum moriturum omnes putarent. Nos verò vt eum à tanto malo liberaremus ita commenti sumus, & primò, fomentum

UVA. BHSC. BU 00033

tum hoc parauimus. R. Absinthij, anethi, camæmelæ, ana manipulum vnum, rosarum, meliloti, phlomos, parietariæ, seminis lini, fœnugræci, ana manipulum medium, in libris sex aquæ, fiat decoctio sufficiens, & coletur, cui adde, olei anethini, camæmelini, ana vncias duas: misce, & vesica bouina exceptum tepens do lenti loco admoueatur, aut spongia eo imbuta applicetur. Deinde verò linimento anodyno, siue pectorali, locus absterſus ab humiditate illinatur. Cæterùm, quum dolor perseueraret, & hæc haud conferre viderentur, ad aliud remedium confugimus, quo practici hodierni vuntur, & ei multum tribuũt, quod ita habet. R. Farinam molendini, volatilem dicunt, & eam aqua in massam redige, ex qua orbiculos para ea circunferentia quam pollex, & index in orbem flexi efficiũt, quos orbiculos oleo scorpionum frige, & eorum vnum vehementer calentem quantum ægrotus ferre possit supra dolentem locum admoue, & quum refrixerit, alterum itidem calentem adpone, & sic succeſſiuè per dimidiam horam, itera. Deinde verò abſterſo loco linteolo, ceratum hoc adpone. R. Emplastri de meliloto partes duas, thuris masculi partem vnam,

amm

UVA. BHSC. BU 00033

ammoniaci & ceræ ana partem mediam, ad ignem: misce, fiat ceratum, & extenda-tur in panno lineo, & calidum applicetur. Hoc remedium tantum potuit, vt breui dolorem superauerit & eũ abegerit. Cæterùm, quum ægrotus hic laboraret febri hectica, & iã ingressus esset secundæ speciei metas, & obstructiones prope ventriculum pleuritimque dictam notham, pateretur, inter medicos propositum fuit, de balneando ægroto, balneo quodam aquæ dulcis, inter quos tandem conuenit differendum esse balneum, quo ad pleuritis flatuosa discussa, & exterminata esset, interim tamen vteremur ad cor, iecur, & renes fomentis, & linimentis, refrigerandi, & humectandi vim habentibus, quæ balneorum vicem supplent, quin etiam dorsi spina refrigerante aliquo linimento omnino vngeretur.

SCHOLIA.

Pleuritis non veræ, exactam descriptionem, & plenam curationem prosequitur Aëtius vltimo capite libri octaui suæ medicinæ, quem percurrere ne pigeat.

Curatio nonagesima, in qua agitur de tussi veteri & de tussi recenti puerorum.

Multi

UVA. BHSC. BU 00033

MVlti qui tussi veteri laborabant, experti varia medicamenta, hoc vno liberi facti sunt. R. Sulphuris viui, vel communis optimè triti, vnciam mediam, benzuini scrupulum vnum in ouo sorbili excipito, & ieiuno stomacho in aurora sorbenda dato, vel post cœnam cunti dormitum, hoc enim remedio repetito, sani omnes facti sunt, vt sæpè experti sumus. Cæterùm, pueri qui absque manifesta aut procatarctica causa, tussi ingenti cruciabantur hoc alio sanati sunt.

R. Succi petroselini vulgati vnciam mediam, lactis muliebris vnciam vnam, pulueris cumini scrupulum vnum: misce, & propina tepidum, & illico pectus pueri hoc inunge linimento. R. Seminis lini, fœnu græci, radicum maluauisci, ana parum, in aqua incoque, & postea mucaginem illam excolatam butyro excipe, & calida pectus pueri inunge, & fascia, breuiq; rectè habebit.

Curatio nonagesimaprima, in qua agitur de lapide in virgæ meatu contento, ex quo symptomata grauia oboriebantur.

FIlius cuiusdam qui pannos polit, natus annos decem, quum nunquam alias

UVA. BHSC. BU 00033

aliàs mali quicquam perſenſiſſet, ad radicem virgæ duritiem euidentem repentè paſſus eſt, ex qua ingentem dolor vel tactu tantùm tolerabat, & ſæpè ſed parum per interualla mingebat, ad quem vocatus ipſe, octauo die poſtquàm malè habuit, poſt multa variáque verſata, lapillum eſſe, vias vrinæ immò virgæ ipſius colem obſtruentem inueni, nulla ei febris erat, neque quicquam aliud præter dicta patiebatur. Proinde mandato parco victu, remedium hoc parandum iuſſimus, quo lapillus facilè elapſus eſt. Habet autem remedium ſic. Aſplenium herbam inciſam, & butyro exceptam, apprime calidam, loco dolenti & malè affecto impone, & vix hora præterierat cùm lapillum illum puer emiſit, & ſanus factus eſt. Prætereo multa quæ deſcribi poterant, & parari, meatus laxantia & aperientia, vt bulborum omne genus, maluauiſcum, maluam, brancham vrſinam, fœnugræcum, ſemen lini, caricas pingues, baccas ruſci, & aſparagi, omnes radices diureticas, & aperiendi vim habentes herbas omnes, vt ononim herbam dictam remoram aratri, oleum ſcorpionum, oleum amygdalarum amararum, oleum ſeminis lini, ſeminis raphani, butyrum, & va-

UVA. BHSC. BU 00033

ria huiusmodi, quæ præterire eo magis volui quòd prædicto remedio tantùm, vt dixi, lapillus exiuit, renum figura: sed magnitudine & colore instar seminis siliquæ ægyptiacæ, quem postea in puluerem redactum, pater vino cretico excepit, & ieiuno stomacho per triduum bibendum puero tradidit, persuasus hoc remedio puerum amplius non lapsurum in huno exitialem morbum.

SCHOLIA.

Memini me iterum hoc morbo laborantem aliquando curasse, pro cuius è virgæ meatu extrudendis lapillis, ad virgæ incisionem descendi, ex qua is sanus euasit, parte namque superiori apertio facta est, vt in alijs centuriis scriptum reliquimus. Noui autẽ, inquit Philagrius, quendam cui quidem lapis fuit aliquantùm progressus, sed in summo pudendo vehementer obstructus constitit: & parum abfuit, quin is, propter vrinæ suppressionem, & maximum dolorem, periret: Angusta igitur volsella ipsum lapidẽ extrahere non potuimus, eóque sensim & quietè agitauimus perquàm tenui auricularij speculo. Quum verò neque hoc modo eum extrahere possemus secare virgam statuimus, vulnusculo supernè iuxta glandem incusso, infernè enim secandum nõ est, quandoquidem fere semper ex eo fistula efficitur, ac postea per ipsam fissu-

UVA. BHSC. BU 00033

fissuram vrina excernitur. Porrò, vbi per vrinam prodierit lapis: lac asininum melle modico mixtum præbeatur, & reliqua etiã dieta commodior, vti ad vlcera fieri consueuit, ob vexationem videlicet in locis ex lapide factam constituatur. Exinde verò præseruare hominem oportet, ne rursus renes lapide infestentur, hæc Aëtius lib. II. cap. 5.

Curatio nonagesimasecunda, de disuria, hoc est, emittendi vrinam difficultate, maximo cum ardore.

MArinus Sorgius nobilis Ragusæus, annum agens septuagesimum ætatis suæ, sed prosperè satis, repentè in assiduam irritationem ad mictionem ingenti cum acredine lapsus est, quæ mala affectio & si varijs de causis euenire solet, huic tamen ab arenulis decisis à renibus, meatus obstruentibus, coadiuuante aëre frigido, euenit: solebat nanque iandiu vir hic nephritim pati, qui tunc in villa sua apud Grauosam, nobilem & totius Dalmatiæ, ac Illyricæ regionis, immò totius Orientalis plagæ famosissimum portum agebat, distat autem vt obiter hoc dicam, portus hic à Ragusio, lapide vno vel altero. Ad quem accitus ego, cum sæuiter hoc morbo cru-

UVA. BHSC. BU 00033

ciari inueni, cœperat nanque vno antea die affigi. Qua de re, quum hominem hoc modo afflictum reperissem, parietariæ herbæ summitates butyro frixas, & calidas apprime pectini apponi iubeo, quo remedio, malum aliquantulùm quieuit, sed breui vt primò recruduit, & hominem affligebat. Itaq; victus regimine tenui instituto, postero die, à clysteri iniecto, & aluo excremẽtis purgata, hoc aliud remedium applicitum est, quod eo præstans & potens fuit, vt illico se sanum exclamarit, habet autem remedium sic. Parietariam & rutã minutatim incisas oleo scorpionum incoque, & calidas ac tabefactas pectini applica, postea verò quàm refrixerunt linimento hoc imus venter, & locus inter pudenda, & anum inunctus est, & postero die fauente Deo se sanum dixit, habet autem linimentum sic.

R. Olei scorpionum, amygdalarum amararum, ana sesquiunciam, ceræ parũ, ad ignem fiat linimentum. Cæterùm, si hæc non conferrent, ad sequentia deuenire decreueramus, quæ quoties à pituita malum hoc euenit, summopere opitulantur: & primò irritato vomitu, fortè primas in hoc casu habente, ad huiuscemodi clysteres deueniendum erat. R. Camæmelæ, pariet

UVA. BHSC. BU 00033

parietariæ, meliloti, anethi, scolopendrij, rutæ, maluæ, capillorum veneris, an. M. s. seminis fœniculi, ameos, ana drach. ij. in aqua fiat decoctio secundum artem.

R. Prædicti decocti, sesquilibram, olei scorpionum, amygdalarum dulcium, ana sesquiunciam, mellis rosacei collatitij. vnc. ij. salis drac. j. diaphœniconis, diabenedictæ, ana drach. iij. misce fiat clyster, rursus. R. Parietariæ, saxifragiæ, herbæ milij solis, ruptæ, apij, fœniculi, petroselini, seminis anethi, dauci, ana M. r. camæmelæ, meliloti, ana M. s. in libris tribus aquæ fiat decoctio ad consumptionem dimidij, & coletur, cui decocto adde mellis rosati collatitij sesquiunciam, oui vnius vitellum, diabenedictæ drac. vj. electuarij lith̄o tribi, indi, an. sesquidrachmã, salis drach. j. misce, fac clysterem simul verò terebinthinæ vnciam vnam saccharo obuolutã ieiuno stomacho deglutiendam daremus, quæ mirum in modum cõducit & prodest, vt in Thurca aneocastrensi experti sumus, & interea topica remedia validiùs agunt, ex quibus primò fomentum est. R. Perditij, id est, parietariæ, radicum maluauiscí, maluæ, camæmelæ, anethi, absinthij, herbæ milij solis, rutæ, violarum cheiri, ana M. i. radi-

UVA. BHSC. BU 00033

cum cyperi, rad. meu, petroselini, apij, ana M. s. seminis fœniculi, anethi, apij, fœnugræci, lini, ana tantundem, in libris decẽ aquæ fiat decoctio sufficiens, ex qua spongia imbuta, vel filtrum nouum imbutum, sed calidum, imo ventri applicetur, & sæpè ad mediam horam iteretur, dein verò hoc linimento inungatur non solum prædicta pars, & renum regio, sed etiam quæ inter anum & pudenda sunt.

R. Olei scorpionum, liliorum alborum, amygdalarum amararum, anethi, ana vnciã semis, pulueris seminis dauci, apij, cari, ana drach. j. pinguedinis gallinaceorum, æsypi, ana drach. vj. ad ignem pauca cum cera misce, & fac linimentum, & vtere vt dixi. Quod si hæc non contulerint, ad emplastrum cõfugiemus, quod componetur ex rebus fomentum ornantibus, quæ omnia in mortario teri debent, & ipsis tritis addi, farinæ seminis lini, fœnugræci, pulueris radicum ononis, ana M. j. olei scorpionum, amygdalarum dulcium, anethini, ana vnciam vnam, butyri recentis, vnc. semis: misce, fiat emplastrum, quo imus venter totus obducatur, & fascietur, veluti renum regio. quod si morbus adhuc perseuerauerit, tunc ad balneum homo trahendus est,

quod

UVA. BHSC. BU 00033

quod ex aqua & oleo multo dulci, vel seminis lini compones, in quo primo incocta sint absinthium, radices cyperi, fœniculi, apij, lapathi, dauci, saxifragia, origanum quale hoc Illyricum, pulegium, ononis, malua, althæa: cum suis radicibus, radiculæ præcipuè armoratiæ dictæ, asarum, camæmela, hypericon, agrimonium, arthemisia, & rosa. & quoties ęgrotus ad stomachum vsque in cortina continente balneum manserit, si modo stomachus vacuus fuerit, hunc propinabis potum. R. Pulueris subtilissimi ex corticibus ouorum optimè purgatorum, à quibus pulli extracti sunt, drach. vnam, quam vino excipe albo, subtili, aut decocto saxiphragiæ, aut eiusdem aqua, aut decocto maluæ & saxiphragiæ, & potandam tribue. vel hoc aliud. R. Pulueris radicis ononis, id est, remoræ aratri, herbæ, quam Itali bonagam appellant, pulueris seminis lithospermi, quod lachrymam Mariæ apud Italiam appellari, & Plinium eius ortum ignorare, satis in nostro indicauimus Dioscoride, seminis phalaris herbæ, quod milium solis pharmacopolæ, fortè quia granum milij magnitudine, figura, & colore referat, appellant, seminis vrticæ, ana scrup. 1. in po-

UVA. BHSC. BU 00033

linem redacta, decocto horum simpliciū, aut vino albo excepta, bibenda tradantur, vel hoc aliud. Rec. Conditi Iustini Imp. lithontribi, diaphiloantropos, ana scrupul. 1. excipiantur decocto prædicto, aut vino albo, & bibenda dentur. vel hoc aliud, quod experimentatores hodierni summè laudant, & ego quoque expertus sum, & ita habet. R. Seminis violarum vulgarium, vnc. iij. pilularum tenacium lappæ, vel ad furnum, si opus fuerit, exiccatarum, vnc. iiij. in puluerem redige, posteà accipe leporem quendam integrū strangulatum, à quo nihil sanguinis deperditum sit, quem in furno ita exiccari permittes, quo ad facilè in puluerem verti persenties, & eum quoque vt cætera in puluerem redigere curabis, & prædictis duobus pulueribus dimidium eius miscebis, quibus addes, foliorum siccorum quercus, aut veriùs, foliorum siccorum arboris mori nigri, in puluerem redactorum, vnc. ij. herbæ saxiphragiæ siccæ, vnc. v. baccarum lauri libram mediam, omnia in puluerem redigantur subtilissimum, sicut alchool, vt Arabes aiunt, & misceātur, cuius scrupuli duo, vino albo excepti ieiuno stomacho propinentur. Verùm horum vice drachma vna balsami ex Peru al

UVA. BHSC. BU 00033

ru allati concedatur, quod miras in hoc casu facultates obtinet.

SCHOLIA.

Quoties hac, & simili affectione, aut dolore alio laborantes ad balneum traxerimus, aut pro illis iuuandis fomentum, vel ceratum, aut emplastrum, aut insessiones, aut cataplasma parauerimus, medicamentis aut simplicibus, laxandi, & aperiendi vim habentibus, aliquod constringens semper miscere debemus, ne fortè ad locum illum plus iusto relaxatum, materiæ ruant, labanturve: vt suadet Galenus, & Auicenna, eius interpres, non rarò inculcat, cum de hac, & simili loquitur affectione, vt fen 18. libri tertij, capite eo. in quo medicamenta lapillos atterentia percurrit, & alibi. Cæterum, cognito morbo, & adhibito remedio conueniente, sæpè voti compotes non simus, qua de causa ad aliud remedium eiusdem naturæ & facultatis, quod fortè conuenientiam maiorem cum ægrotantis natura habet, & ex directo morbo potentiùs & validiùs contradicit, confugimus, vnde non nouum est à doctissimis medicis pro vno abigendo malo, tam multa mutuari remedia, vt Auicennam adnotasse legimus, libro sui canonis tertio, capite de Asthmatis cura, sed hæc fortè aphorismo illo legi debent, omnia secũdum rationem facienti, & non

UVA. BHSC. BU 00033

euenientè secundum rationem, non transeundum est ad aliud manente eo quod visum est à principio. Porrò ægrotus noster, vt audistis, paucis citatis, sanus euasit. Cæterum, cùm de disuria ago, locus apud Aëtium cap. de Ischuria mihi occurrit, dignus ad præsens vt à nobis exponatur, inquit nanque Aëtius libro II. suæ medicinæ, capite 21. si verò crassi humores in causa sint ischuriæ, hoc est, vrinæ suppressionis, fomentis, & insessionibus, ac cataplasmatis cura concredenda est, ab his verò quæ vrinam cient, in totum abstinendum, veluti in loco de difficultate emittendi vrinam in febribus est relatum. hæc autẽ Aëtij vltima verba, ea sunt, quæ à nobis exponenda veniunt, in quibus legitur, si vrinæ suppressio euenerit ab humoribus crassis, ab ijs quæ vrinam mouent in totum abstinere debemus, quæ sanè Aëtij verba mica salis, vt aiunt, indigent, vt rectè intelligantur, quum vt omnes norunt medici, quoties vrinæ suppressio euenerit ab humoribus crassis, & viscidis, medicamentis incidentibus, attenuantibus, & vrinam cientibus curari debet, id quod ex Paulo elicere quis poterit, libro tertio suæ medicinæ, vt Galenum omnium magistrum taceam, qui hunc eundem curandi modum docet, in eius vniuersa doctrina, à quibus, neque ipse Aëtius deuiat, immo ita curãdum docet, capite sequenti vigesimotertio, cui titulus

est

UVA. BHSC. BU 00033

est, simplicia remedia ad suppressam, ac ægrè prodeuntem vrinam, si aut eius multitudo, aut crassities in causa sit, decet autem si quis rectè morbum hunc curare voluerit, eisdem vtatur, quæ crassos humores dissoluere & incidere facultates habeant, tã extrinsecus admotis, quàm ebibitis, aut per virgam syphone iniectis medicamentis, vt omnes fatentur medici: restat igitur dicamus, Aëtium commendasse, quoties humorum crassorum ingens copia in vniuerso corpore præsens fuerit, tunc medicus doctus ab ijs quæ vrinam ciunt, prouocántve, abstinere debet, quum tunc satius est, primo purgante medicamento crassos illos humores vtcunque paratos, purgare, ne eos vrinam cientia pharmaca ad vrinæ vias ducant, quia sua multitudine, aut crassitie, in obstructionem addent, & consequens, vrinæ retentionem maiorem inducent. id autem intellexisse Aëtium, percipitur ex verbis quæ præcedenti capite perscripserat, de difficultate emittendi vrinam in febribus, prope finem. pro summa dicamus, quum humorum crassorum & viscidorum multitudo non obstiterit, securè vrinam cientibus pro obstructione amollienda à crassis humoribus pendente, & vrinam retinere faciente, vtemur, vt omnes consentiunt medici, sed ego forte, nimis multa in re omnibus nota, sed mea sententia nimium saluti humanæ necessaria.

Curatio

VVA. BHSC. BU 00033

Curatio nonagesimatertia, in qua agitur de atterendo, comminuendove, renum & vesicæ calculo.

NVsquam, quod equidem meminerim, tam plures renum & vesicę calculo affectos obseruaui, quàm hic Ragusij, fortè ob quotidianam vini insalubris varietatem, vt cætera taceam. nouistis autẽ obesos magis vexari nephritide, quàm lithiasi, graciles verò, contrario, fortè quia obesi strictas vias habent, graciles verò latas, per quas ad vesicam materia calculi descendit, non minùs renum calculo homines prouectæ ætatis magis quàm pueri apprehenduntur, quemadmodum vesicæ calculis pueri frequentiùs quam ætate prouecti. Causam verò generationis calculi, materiam crudam & incoctam signant omnes, quam intensa caliditas tam circa renes, quàm vesicá exassat, exemplum norunt exactè ij, qui lateres fingunt, & eos excoquunt: quòd verò pueri vesicæ potius, quàm renum calculos plerunque incurrant, in causa est, quia voraces sunt, & perpetui motus, & cibis vtcunque oblatis & nociuis vtuntur, & neque horam cibum capiendi seruant ordinatam, quin etiam prius quàm prior

UVA. BHSC. BU 00033

prior assumptus cibus cõcoquatur alium ingerunt, & quum vehementius à cibo moueantur, crudus & incoctus in venas cibus distribuitur, mollia autem sunt eorum corpora, & quæ facilè cedant, eiusq; rei gratia obturationem circa renes non perferunt, quum verò crassissima lotia in vesicę amplitudinem perferantur, ibidem veluti vini fæx & limus aquæ subsistunt, ac posteà ex loci caliditate desiccata lapidescunt, vt ex Galeno Aëtius. Cæterùm, quum multa & ferè innumerabilia, quæ atterunt & confringunt lapidem, tam renum quàm vesicæ ab omnibus passim describantur authoribus, & ea quæ vesicę calculos comminuunt potentiora faciãt, ego ad præsens, vnum tantum ex Auicenna describam Antidotum, quo Auicenna ipse vtebatur, & nos singulare esse experti sumus, habet autem ex capite vltimo sen decimæoctauæ, sic. R. Puluerís vitri cõ cremati, cineris scorpionum, cineris radicum caulium, cineris leporis combusti, lapidis spongiæ, sanguinis hircini præparati, cineris corticum ouorum, è quibus pulli sunt extracti, lapidis Iudaici, gummi nucis arboris, acori, siue galangę crassioris, singulorum partes æquales, petroselini, dauci, pulegij, gummi arabici, seminis althææ

VVA. BHSC. BU 00033

althææ, piperis, ana partem vnam, & alterius mediam, melle cocto excipiantur, & fiat Antidotum, cuius drachmæ duæ, & tres, singulis vicibus cum decocto tribulorum, aut cicerum nigrorum ieiuno stomacho, & rectè repurgato, vt decet, corpore, propinentur, non solùm enim renum & vesicæ calculos atterit, & comminuit, sed etiam ex terreo sedimento renes & vesicam purgat, & liberat. Cæterùm, vt componere noscas, audi, vitrum tametsi crudum in puluerem striatum vino albo tenui & calido exceptum efficaciter vesicæ calculos frangere perhibetur, nihilominus combustum maiorem vim concipere creditur. qua de causa, quo modo comburi debeat, doceamus, præcipuè ex ipso Auicenna, citato capite. accipe igitur vitrum album, & clarum, quale crystallinum appellamus, vtcunque attritum, quod ferreo cochleari ignito, exceptum vrere sinas, quo ad satis tibi videbitur, posteà verò ipsum in aquam destillatitiam fabarum immergas, ac posteà iterum, vt primò exure, & deinde inter duos porphiritæs lapides in pollinem redige, interim affusa stillatitia illa fabacea, quo ad coralij, aut margaritarum præparatarum modum solitum rediga-

tur

UVA. BHSC. BU 00033

tur, quo posteà quando opus fuerit vtere. Sequitur cinis scorpionum, excipies igitur scorpiones viuos olla vitreata, optimè cooperta, quam in furno desines, quo ad scorpiones exiccentur, vt ex eis puluis parari possit, non tamen vrantur. Sequitur cinis radicum caulium, qui Auicenna authore secundo libro sui canonis, lapidem frangit, pro quo parando, nullo artificio, quàm simplici vstione, opus est. accedit ijs cinis leporis combusti, quem hodierni experimentatores concinnantes, leporem, viuum posteà strangulatum, ita ne ex eo quicquam sanguinis deperdatur, accipiunt. Marcianus verò medicus Apher, vt citat Aëtius, vndecimo suo libro, leporis tantùm pellē desiderat, de qua ita ait, leporis pellem in ollulam conijce, & in furnum demitte, atq; vbi vsta fuerit, vt probè conteri possit, acceptam tere, & ex ipsa cochleariū vnum cum vino ieiunis in solij calidæ aquæ insensu præbe, si verò velis experimētum pharmaci ipsius accipere, ex eo in vinum conijce, & in vinum item lapidem ex flumine acceptum inijce, & contectum per paucas horas sine, & in grumos lapis dissoluetur, hoc nanque remedium & experimentum ita facilè paratu est, vt experiri

UVA. BHSC. BU 00033

riri à quocunque, vel nullo dispendio, poterit. Auicenna verò cui in hac parte adhærere decet, vt qui ipsius compositione paramus, leporem iugulatū accipiendum cōtendit, qui totus vel in partes dissectus in ollula comburi poterit, desiderat nanque Auicenna partes extremas leporis, vt caput & pedes ad solem exiccatas. Spongiarum calculi considerandi veniunt, qui renum calculos comminuunt, vt omnes fatentur medici, & Paulus firmat libro tertio suæ medicinæ, cap. 45. quum medicamenta renum calculos atterentia recenset. sed iam sanguinem hircinum præparatum citemus, de quo Aëtius ita tradit, citato libro, cap. 12. Sanguis hircinus tum ad nephriticos, tum ad calculos præsens remedium. Nam & præexistentes lapides soluit, atque ita per lotium excerni eos facit, vt etiam alij amplius non gignantur. præterea, & dolorem sedat. colligitur autem hircinus sanguis hoc modo, quum vua matureſcere cœperit, ollam nouam accipito, & infusa in ipsam aqua, donec terreum deposuerit olla, coquito, & accepto è gregè hirco, ætate matura, plus minus quatuor annorū eum mactato, eiúsque sanguinem medium olla excipito, ita vt eum qui primum effluxit, itémque postre

UVA. BHSC. BU 00033

postremum penitus relinquas: mediâ autem inspissari sinito, & in olla situm per acutam arundinem in multa frusta dissecato, indéque reticulo denso, aut linteolo raro, aut cribro arctiore contectũ sub dio exponito, vt insoletur, & roscidus fiat, cauendo ne imbre commadescat: porrò, vbi exicatus fuerit, eum diligenter terito, & in pyxide adseruato, & remittente malo, cochlearium plenum cum passo cretico exhibeto: cognominatur autem pharmacum hoc theucir, huius & nos, inquit Philagrius, in breui tempore non aspernandum periculũ fecimus: aliquando autem odoris commendandi gratia, parum phylli, aut amomi, aut similiũ ammiscemus. Ego, inquit, hoc pharmacum cum troglodyte passerculo permixtũ, cuidam penitus nihil lotij eijcienti, post magnos dolores exhibui, & permagnũ lapidẽ attritũ ab eo expuli. Hęc ex Philagrio Aëtius, quæ apud Auicennam manca & corrupta citato loco leguntur, vt consideranti notũ euadet. Cæterùm nos, vt verum fateamur, huic Auicennæ antidoto, passerculi troglodytis cineres quoque miscemus, de quo placet ad præsens paululum agere, reliqua vt lectori manifesta subticendo. Est autem troglodytes passercu-

UVA. BHSC. BU 00033

lus, non ea auicula porcos amans, quæ Paris dicitur, & Lusitani nostri Albelam appellant, sed longè alia, quæ hyeme potissimùm apparet, & valde est nota, de qua ita Aëtius tradit. Est autem troglodytes, passerculus minimus iuxta sepes & muros victum quæritans, estque hoc animalculum omniũ auicularum minimũ, ea excepta, quæ Regulus appellatur: similis est autem regulo in multis, præter quã quod in fronte auricolores pennas non habet: est etiam troglodytes passer regulo paulò maior, est nigrior, caudámque semper subrectam, & albo colore retrò interpunctã habet: magis item garrulus quàm regulus est, & sanè iuxta summum alæ lineamentum cinerei amplius coloris, breues item volatus facit: naturalem autem vim omninò admiratione dignã habet: itaque sale conditus, & crudus in cibo acceptus, morbum perfectè sanat, & noui adeò quosdam ob eius vsum nunquam amplius ab affectione vexatos. Conditur autem optimè pennis euulsis, atque inde largo sale adobrutus, & postquam fuerit arefactus, comeditur, & affectionem perfectè sedat. Melius autem est etiam aliter ipsos edere, si plures contigerint, coctos nimirum eius præsertim generis, quod

UVA. BHSC. BU 00033

quòd per hyemem vbique apparet: exhibetur autem & alio modo, passerculus non deplumis in ollulam coniicitur, ac deinde operculo addito vritur, animadueršione assidua habita, ne fallaris, quum in cinerem sit redactus, & in aërem exhalans, per exustionem totus consumatur: consueuit enim hoc contingere tum ipsi, tum aliis quæ vruntur. Quapropter præstat operculum non oblinire, vt per interualla quædam operculo adempto, vstionis modum intueamur. Exhibendus est autem semel omnis vnius passerculi vsti cinis per se, aut modico phyllo, & pipere ammixto, quo saporis iucunditate commendetur, & subdit, Melior autem mihi videtur condiendi modus, atque adhuc dictis præstantior, si quis præeuulsis pennis viuum passerculum sale adobruat, quod & ego facio, inquit Philagrius: arbitror enim & sanguinis naturam quoddam in se complecti, quod minimè vulgariter prosit, cui ampliùs stercoris efficacia accedit, quàm exustione debiliorem reddi planè credo. Proderit etiam eis qui abundant, assatos edere integros, ita vt nihil ex eis præter pennas abiiciant, atque hæc quidem sunt, quæ secũdum propric-

UVA. BHSC. BU 00033

tatem totius substantiæ efficacia existunt, & cætera quæ omnia apud Auicennam fœdissimè & deprauatissimè leguntur, & hinc facilè instaurari possunt, meminisse tamen decet, quòd medicamenta renum calculos confringentia nimis acria & calida esse non debent, vt cõmendat Galenus libro sexto De sanitate tuenda, & libris Methodi Med. cui subscribit Paulus, libro tertio suæ medicinæ, præcipuè iis qui calidiore habitu prediti sunt: eis verò qui temperiem corporis frigidiorem habent, calidiora præbeto, vt Aëtius meminit capite decimo prædicti libri: cætera verò, quæ dici vberiùs & profusiùs poterat, consultò prætermittimus, lectorem ad prædictum Aëtij librum remittendo, qui tam de calculosis curandis ipsis, quàm præseruandis, memoriæ abundè admodum commendauit.

Curatio nonagesimaquarta, in qua agitur de renum vlcere per potum aquarum salsarum & nitrosarum naturalium sanato.

QVi ex abscessu renum vlcus contraxit Eneocastrensis Iminus, triginta natus annos, post multa excogitata remed

UVA. BHSC. BU 00033

remedia, quæ nullius profectus fuere, cum ad Tuſlam tranſmiſimus, vt ibi naturales aquas ex ſulphure & nitro, prævalente ſale compoſitas biberet, apud quas per integrum menſem manſit, & ita earum potu & vſu ſanus, quod mirum dixerim, euaſit, vt omnibus admirationi eſſet.

SCHOLIA.

Tuſla, vicus eſt in Mœſia inferiore, circiter p. 150000. à mari diſtans: in eo puteus viſitur tetrum quendam odorem ſpirans: cuius aquæ colore ſubalbida, tactu frigidiſſima, ſapore ſalſiſſimæ eſt: eam verò accolæ lento igne in ſalem ſpiſſant, ſed hoc minor pars: maxima verò ligna quæ proxima ſylua ſuppeditat, in ſtruem aptè concinnat, ſuppoſitóque igne incendit: creſcentem verò flammam, ea aqua irritat potius quàm extinguit: vbi verò tota ligna in prunas abiere, tum copioſiſſima aqua extingũt. Quare ea fruſta in cineres facillimè abeunt: is illarum regionũ ſal eſt, nec temerè alia vtuntur. Manet tamen color ille cinericius, atque odor inſuauis: ſapor verò perquàm ingratus. Puteus ipſe Thurcarum regi ad quinos aureos in die vectigalis eſt, ex quo aqua, quia ſalſæ nimis bibi non poterat, ea de re, circum circa fodere, & ſuauiſſimam aquam pululãtem ebi-

UVA. BHSC. BU 00033

beret commendauimus, qua vsus in potu Turcarum hic ad triginta dies sanus factus est. Cæterùm, dicitur tusla Turcicè, id quod Latinis salina. Porrò, Archigenes cùm de renum & vesicæ vlceribus agat, citante Aëtio, capite trigesimo libri vndecimi, ad hunc modum de Albularum aquarum potu. Conferent itaque aquæ albulæ si adsint, & consimiles, post matutinam deambulationem triumheminarũ mensura, prima die potæ: deinde vsque ad quinque & sex heminas perueniendum: ad hoc enim quod intestinum eluunt, aër etiam ipsarum fuliginosus vesicam ad doloris sensum percipiendum hebetat, & humoribus segregatis puriorem ac lucidiorem sanguinis vaporem reddit. Quin & ipsæ aquæ vlcera vtiliter repurgãt, & cum voluptate infrà subeunt, atque adeo nihil ægro sanando efficaciùs deprehendere possis: hora autẽ calidior ad eas accipiẽdas apta est, quòd si non adsit huiusmodi aquarum qualitas: adsint autem aliæ nullam gustui qualitatem exhibentes, sed latè se ad gustũ diffundentes, hæ ipsæ reliquis meliores sunt censendæ, & proximo ab eis loco, bituminosæ, nitrosarum etiam si adsint, & salsarũ experimentũ sumere prodest: maiorem enim quàm credi potest sæpe ex his succedentem vidi effectũ: intercapedine autẽ & distantia à balneo facta, aridarũ rerum comestio primum vtilis est, et cætera. Hæc Archig. sin-

UVA. BHSC. BU 00033

gularis doctrinæ vir, cuius opera vtinam hodiè extarent, ac fortè non tanta, quæ neoterici à priscis prætermissa putât, desiderarẽtur. Paucis enim iis citatis ebibendi thermarum aquas, methodum Archigenes docuit, quâ & hodie vniuersam Italiam seruare nouimus, cui Sauoranola subscribit, & alij doctissimi viri, qui de balneis scriptitarũt, quos omnes in vnum volumen congestos typographia Veneta superioribus annis, pro inuãda salute humana in lucẽ misit.

Curatio nonagesimaquinta, in qua agitur de remedio ad eos qui sẽ somno permingunt.

A Dolescens duodecim natus annos, lectum in somno commingebat, quod sanè vitium ex musculi in collo vesicæ laxamento eueniebat, à multa pituita fortè ortum trahente: sed aliis de causis euenire posse norunt Medici, & Auicenna prosequitur Fen 19. libri tertij tractatu 2. cap. 15. Nos igitur pro salute huius adolescentis sic machinati sumus, & primo fluido, ac bene purgato corpore pituita redundante, & victus ratione subtili perscripta, & potu diminuto, illi hœdi pulmones assatos ad aliquot dies edendos concessimus, & rectè habuit: posteà verò ceratis cõstringentibus imo

UVA. BHSC. BU 00033

ventri & renum regioni adplicitis, illi leporis cerebellum siccum exceptum vino dedimus, & quandoque porcinæ vesicæ exiſtæ cinerem, & exactam ſanitatẽ adeptus eſt. Sed cùm hęc tractamus, ecce iuuenis Dalmata, forma elegante præditus, mœſtus & triſtis ad me venit, ſe malle mori inquiens, quàm ſimile vitium pati: hic nanq; cùm coïbat cum muliere, nullum emittebat ſemen, ſed potius ventris crepitus pedebat. Qua de re eum à tanto dedecore, & vitio liberem, me rogat. Ego verò huius vitii cauſam inquirens, multam pituitam craſſam inferiori inteſtino hęrentem conieci: cuius preſentia, vaſa ſeminaria frigida & coarctata erant, vnde ſemen genitale deficiebat: pituita verò motu & caliditate diſſoluta, in flatus vertebatur, quam primò depellere ſtatui: id quod aſſequutus ſum propoſito primo victu calido, qui ex cibariis optimis & multi ſucci conſtabat, veluti potu vini vermiculi & odori: dein verò præparato per oxymelitis aſſiduum potum, corpore, & rectè purgato, ac iniectis infuſis pituitam quoque hanc minuentibus, imum ventrem & inguina, ac inter anum & pudendum hoc vnguento illini faciebam, quod habet, piperis albi, & nigri, ac longi, ana drach.

UVA. BHSC. BU 00033

drach. I. s. seminis erucæ, seminis vrticæ, nigellæ, ana drach. s. pyrethri scrupulum vnum, olei lilini in quo iniectæ sunt erucæ herbarum, aut pinus animalia tria, vel quatuor, & per aliquot dies insolata vncias duas olei de castoreo, vnc. s. ceræ quantum sufficit: misce, fac vnguentum, & eo, vt dixi, partes inungantur, præcipuè in aurora, & ea nocte in qua non coibat: nam hora coitus vino calido se lauabat, sed in aurora, etiam & hora coitus, vnciam mediam ad drachmas sex huius electuarij deglutiebat, & super parum vini maluatici pitisabat, habet autem sic, R. Diasatyrionis vncias duas, diagalangæ drachmas duas, specierum diambræ, diamoschi, ana scrupulos duos, ramenti pudendi ceruini aridi drach. s. nucum pinearum, pistaceorum, amydalarum dulcium mundatarum, ana vnc. s. carnis scinci. drachmas duas, seminis erucæ, vrticæ, nasturtij ana scrupulum vnum, pectusculi capi cocti vncias tres: terenda terantur, & melle optimo fac electuarium liquidum secundum artis ordinem: iis enim hic intra mensem voti compos fuit factus, & artis laudum maximus euasit buccinator.

M 5

UVA. BHSC. BU 00033

SCHOLIA.

Quum ad me venit iuuenis hic, illicò in mentem mihi subit casus similis, fortè ex Rufo per Aëtium citatus ad calcem libri vndecimi, qui ita habet, Adolescēs enim quispiā nos accessit, & se vehementer coitum appetere cōfessus est: verùm vbi commisceretur, semen emittere non posse, sed flatus plurimos sibi per sedem erumpere. In hoc itaque coniecturam feci, vasorum seminariorum siccitatem adesse, quod ipsum etiam adepta sanitas demonstrauit: nam postquam humida & boni succi diæta esset vsus, semē emisit. & subdit, alius item adolescens domesticus minister, confessus est, se quando cum muliere rem haberet, semen effundere non posse: cum verò dormiret, plurimū ei semen prodire. Visum itaque mihi est, vasa eius seminaria propter multam vnà cum frigiditate humiditatem, calefieri nō posse, propterea quòd caliditas in coëundo ad corporis superficiē diffunderetur, in somnis verò amplius calefieret, propterea quod somni interna calefaciūt, et refrigerāt exteriora. Quare hūc ipsum infernas partes exercere iussi, atque id maximè per equitationem, castorium etiam bibendum præbui, & diætam omnem calidam & siccam constitui. hæc Aëtius. Nos verò hūc secundū casum aliquādo hominē pati obseruauimus ob hæc eadē ab citata, veluti ob caruncula in meatu vrinæ & semini

geni

UVA. BHSC. BU 00033

genitali communi habitas, sed cura varia cùm sit, pro varietate causæ, nõ admodũ difficilis est.

Curatio nonagesimasexta, in qua agitur quomodo fœcundæ mulieres dignosci debeant.

SElinus Turcarum Solimani imperatoris filius, & qui imperium ambit, petit quomodo fœcundæ mulieres dignosci queant, nam Turcæ & si plures vxores habeant, hic tamen hac in re à nobis certior fieri cupit, cui sic ex Sorano viro grauissimo & sapientissimo satisfecimus. à quintodecimo ętatis anno ferè vsque ad quadragesimum, mulieres concipiendo idoneæ sunt iudicandæ, quæ neq; viragines, neq; corporis habitu densæ, durãe fuerint, nec contra humentes, & languidæ, aluíque iugiter fluentis, sed recta ratione hilaríque mente fungantur, lumbósque latos habeant, & ventrem amplum, sintque illis libera menstrua, neo morbis præcipuè vteri iugiter infestentur. ajunt etiam concepturãne sit mulier hoc experimento deprehendi: inferiores partes pannis vndique obseptas resina suffiunt, vt à pudendo vapor excipiatur, & inde eleuato ad os odore, fœcunditatem, non eleuato, sterilitatem

indic

UVA. BHSC. BU 00033

indicari. Item, allia decorticata, & lana inuoluta mulier dormiendi tempore sibi tanquam pessulum imponat, & simili modo, ab odore, vtrum ad os peruenerit vel non peruenerit, fœcunditatem iudicato: hæc ex Sorano. Nos verò cum experimentatoribus hodiernis, longè certius signum, an conceptura sit mulier, etiam si sit virgo, habemus, & tale est, coagulum leporis pondere vnius drach. aqua calida dissolutum, mulieri ieiunæ calido in balneo existenti bibendum propinabis, nam si ventris dolores eam infestauerint, talem generationi aptam prædices, si verò non, eam infœcundam firmato. Cæterùm, ex Hippocrate scito, quòd tempora fœtus variè habentur, nam masculi citius absoluuntur quàm fœmellæ, fortè quia calor vehementior in masculis est, & in ijs, alij citius, alij tardius ad perfectionem siue maturitatem perueniunt, primis nanque sex diebus, bulliente semine, fiunt ampullæ, & vt ex faceta Hippocratis historia accipimus, velut quædam oui species existit, sed tunc nondum fœtus adpellatur, sed semè potius, deinde nouem diebus attrahitur sanguis, ex quo paulatim hepar & cor fiunt, ita vt post duodecim dies, iam discerni possit hepatis

UVA. BHSC. BU 00033

tis, cordis, & cerebri delineatio, & tunc fœtus nominatur iam, & Græca appellatione embryon, id est, pullulans seu germinans. Postea octodecim diebus, membra cætera formantur, & fœtus exerit ramos, sunt nanque omnes ij dies collecti, quadragintaquinque, in quibus formatis & distinctis membris viuere iam fœtus incipit, quia sentit, nondum tamen mouetur ob imbecillitatem, & tunc vt theologi aiunt, animæ pueris inseruntur, & iam non solùm embryon, sed infans appellatur. Ne tamen ab Hippocrate vetustissimo & sapientissimo discedamus, scire decet, quòd dies à conceptione ad formationem duplicati, indicant diem motus, postea triplicati dies motus, indicant diem edendi partus: verbi gratia, si fœtus formatus est, quadragesimoquinto die, mouetur nonagesimo, & tunc fortè anima rationalis introducitur, quam à sensitrice & vegetatrice differentem esse Ocham doctor Angelicanus multis probat rationibus, sed hæc minimè huic conueniunt negotio, triplicato verò nonagesimo die, nonus resultat mensis, quod est vsitatissimum partus tempus.

Curatio

UVA. BHSC. BU 00033

Curatio nonagesimaseptima, in qua agitur de muliebri satyriasi, simulq; vterino furore.

MOnacha ex ijs quæ castitatem profitentur, & religiosè viuunt, & fortè primum locum eo in cœnobio tenebat, quam primariam fuæ prioressam vocant, malè habebat, ad quam accitus ipse, eam temperatura sanguineam optimi habitus, natam annum trigesimumquintum, sed per interualla delirantem comperio. Cœperat nanque delirium rabidum antea sex vel octo dies, quod & aliàs, vt aliæ attestabantur monachæ passa fuerat: sed nunc, hoc cum delirio eius calent membra, sed pulsus à temperamento parum distant, vt ipsa febriens nõ dicatur, sed quando delirio apprehenditur, quod per interualla vt pote per consensum fit, garrula euadit, ad hæc inquieta & iracunda, præcipuè contra parentes, qui eam in carcerem illum coniecerant, insuper tam multa de habendo marito inculcabat, vt assistentes omnes admirarentur, quoniam nihil loquebatur, aut effutiebat, quod non ad concubitum, aut venerem faceret, ex quibus ego hanc vterinum furorem pati deprehendi, & eo magis

UVA. BHSC. BU 00033

magis, quia sæpè dextram ad pudibunda inferebat: solent nanq; mulieres satyriasi, & fortè valentiori & frequentiori quàm viri morbo tentari, vt Soranus Ephesius singularis doctrinæ vir docet, & experientia ipsa confirmat, quem pudendorum ingentem pruritum, & coëundi ardens desiderium, ingens vteri & locorum circa assistētium ardor præcedit, qui ardor & vteri incensio, cerebro & toti corpori communicata rabidi furoris dicti est in causa, ob quem morbum, diuus Paulus, vt puto, dixit, Melius est nubere quàm vri: nocerat nanque ille opus naturæ concubitum esse, atque inde paucis datum esse castitatem seruare, vt quæ intolerabilis veneris desiderio tabescunt, vt monachæ diuæ Claræ ad fontem superioribus diebus euenit, quæ ob similem morbum in matricis abscessum lapsa est, iuuenis me hercle viginti nata annos, pulchra si qua alia, sed omnino exusta, & mœsta, ex nobilibus Ragusinis. Sed de ijs satis, & curationem habitam in monacha à nobis tractata citemus. Primò autem vena pedis saphena dicta secta fuit, ex qua sanguinis libra extracta fui, dein verò purgato corpore, ei victum parcum constituimus, & ex cibarijs ijs,

quæ

UVA. BHSC. BU 00033

quæ flatu prorsus, ac vi excitandæ veneris carent. Postea verò ad cucurbitulas scapulis fixas, cute primo secta deuenimus, tandem membra inferiora refrigeranda curauimus, varijs cum fomentis, tum vnguentis, & linimentis, constantibus ruta, castoreo, solano, sedo, papauere, rosa, mandragora, vitice, aceto, portulaca, hyoscyamo, lactuca, ceruſa, argenti spuma, cerato rosaceo, populeo, & similibus, quæ ad præsens recensere non decet.

SCHOLIA.

Solet plerunque vterinum hunc furorem consequi febris, ex vteri ipsius inflammatione oborta, sed in monacha hac, quum inflammatio sine phlegmone non esset, febris vice, caliditas excedens erat, per consensum igitur vteri hic furor fit, vnde vterinus furor appellatur. Caterum, satyriasis quantum à priapismo differat, nouistis ex Galeno omnes, est nanq; satyriasis ingens pudendorum pruritus, & venereorum intolerabile cum caliditate desiderium, quod desiderium in priapismo non reperitur, sed magis membri genitalis & fortè virilis extuberatio tantum, vt suadet Galenus, in calce librorum de sympt. causis, & lib. 6. de locis affectis, cap. vlt. solent nanque satyriasi mulieres

viris

UVA. BHSC. BU 00033

viris frequentius & grauius tentari, tam virgines, quàm quæ coitum gustarunt, & castitatem profitentur, præcipuè quæ à maritis absentes sunt, aut viduæ manserunt. Porrò, vt furor consequi solet vteri malam intemperiem calidam, & eius ardorem caput obrepentem, ita & satyriasim plerunq; id quod mariti verum esse deprehendent, quando præcipue vxoribus apprimè non satisfaciunt, garrulæ nanq; euadunt & rixosæ. Cæterùm vteri mala hæc qualitas, ex qua vterinus furor oritur, longe differt ab vteri suffocatione, in hac nanque vterus contrahitur, & vasorum attractio fit, in illa verò immobilis permanet vterus, vt Aëtius quoque ex Soranno memoriæ commendauit.

Curatio nonagesimaoctaua, in qua inquiritur, an quæ in thorace continentur, tantùm per screatum purgari soleant.

QVum Gozius malè haberet, & intra secundam & tertiam costam doleret, dissidium inter medicos fuit, nam eorum nonnulli inflammationem esse, & eam quidem membranam costas succingentem occupantem dictitabant, quia febris continua aderat, & aliqualis spirandi difficultas, & dolor si continuò non affligebat, tamen cùm ad latus sanũ

UVA. BHSC. BU 00033

vertebatur, dolebat, quibus addebant, quòd extrà inflatio apparuit, & breui delituit, & sanies ad vmbilicum descenderat, quæ postea per secessum excreta fuit, vnde homo breui mortuus fuit. Alij verò, dolorem illum ab humore flatuoso membranam distendente, & solutionem continui faciente contestabantur, quia si esset inflammatio, siue phlegmone, vt primi dicentes firmabant, pleuritis vera esset. Cæterùm, quum illi multa deessent ad verã pleuritim, videlicet tussis, pulsus serrinus, continuus dolor, & alia huiusce modi, non esse inflammationem, concludebant. Item, quia si inflammatio esset, & ad suppurationem peruenirent, & rumperetur, ad vmbilicum pus descendere non posset, & consequens per secessum non posset excerni, quia diaphragma, siue septum dictum transuersum, quod naturalia ab spiritualibus separat, & diuidit, & à primis nothis costis & spurijs oritur, membra ipsa spiritualia tanquam in sacco continet, vnde à thorace ad membra naturalia, nullam esse viam aut descensum dicunt, immò quæ in thorace ipso continentur per sputum purgari, cum Galeno libro de Locis affectis quinto, capite secundo, in quo agit, de

thor

UVA. BHSC. BÙ 00033

thoracis affectibus, & Erasistratum vellicat, contendunt, adduntq;, si contingat pus in thorace contentum, per vrinam aut secessum purgari, ex tali vacuatione, cordis tremorem, pressuras, & syncopen, ægrotanti superuenire necessarium esse, & id primò Galeni authoritate probant, libro sexto de Locis affectis, capite quarto, in quo agit de vesicæ affectibus, qui ad hunc modum ait, Nos verò pulmonis vomicam per vrinam: thoracis autem per intestina, & aluum expurgari vidimus, & cætera. Pro quo intelligendo, scire decet, quòd pulmones saniem in thorace contentam ad se attrahunt, & tanquam spongia eam retinent, postea verò irritari, maiori ex parte per asperam arteriam eam transmittunt, solet tamen quandoque pus non per ipsam sed potius per læuem siue raram arteriam vnicam tantùm habentem tunicam, atque inde arteriam venosam dictam transmitti, quæ ad sinistrum cordis ventriculum peruenit, quo in loco ad arteriam magnam aborthi dictam, se transfundit, & per eam ad renes descendit, & consequens ad vesicam: ex qua foras per vrinam truditur, & vt antè per læuem arteriam pus transmitti solet, quæ postea

VVA. BHSC. BU 00033

per vrinam transcurrit, ita aliquando per venam arteriosam densam, dictam sic, quia duas contineat tunicas, transmitti solet, vnde ad cordis dextrum ventriculum perueniens, venam magnam ingreditur, & per eam ad iecoris descendit gibbas, dein per vias satis amplas, sed plerunque lapidibus & tophis impeditas, concauas peruenit partes, à quibus postea ad intestina transmittitur, & secessu excernitur, sed quandoque cùm pus in gibbosis partibus detinetur, ad renes fit transitus, & in vesicam, tanquam in cisternam cadit, & foras pellitur. Ex ijs autem nostris dictis, facilè Auicenna restitui poterit, sen x. tertij libri, qui confusè admodum hæc scripta reliquit, eò præcipuè capite, in quo de pure & sanie in thorace contenta agit. reuera, Galenus citato à nobis loco, quum causam reddat saniei contentæ in thorace, quæ quandoque per secessum excernitur, longè aliam à nobis citatam scribit, ita verò ille ait, Id verò quod per ventrem expellitur, aliam & quidem raram, quæ in corporum dissectione apparet, habet causam, quippè concaua vena mediante vase quodam stelechiæ, id est, venæ quæ arbozis caudici proportione respõdet, videtur

iterum

UVA. BHSC. BU 00033

iterum adaptari, proinde nihil mirum, neq; impossibile est, & ex partibus septo transuerso superioribus, pus in ventrem defluere, & ex his quæ eidem supponuntur, ipsum per renes in vesicam peruenire. nam corporum raros habitus, par est, vt rara etiam accidentia sequantur. hæc Galen. in quibus innuere videtur, quòd quandoque ex vena concaua ramulus ad thoracem peruenit, & illi inseritur, per quẽ sanies ad iecinoris portas transmitti poterit, & ex eis posteà per intestina foras pelli, vt enarratione. 54. libri 7. Aphor. quoque firmat. Aëtius verò libro octauo suæ medicinæ, cap. 61. in quo de pectoris suppuratis ex Archigene agit, inquit, rumpuntur autem suppurationes aliquæ quidem sursum versus, aliquę verò deorsum: quæ deorsum rumpuntur in aluum & intestina ac vesicam transfunduntur per vasa quædam transmissione ad ea membra facta. quæcunque verò sursum rumpuntur, in vacuum videlicet thoracis locum, periculosiores existunt, hæc Aëtius. quæ omnia à Paulo mutuatus est, libro tertio suæ medicinæ: vt legenti manifestũ euadet. Ex quibus satis elicitur, puris in thorace collecti: & ad intestina, & ad renes & vesicam per vasa quædam inferiora

UVA. BHSC. BU 00033

transumptionem fieri, præter citatum primum ex Galeno modum, hoc est, per læuem arteriam, vnde per vrinam pus mingitur. Cæterùm, non est prætereundum, quòd vt in hominibus inter secundam & tertiam costam, securè & liberaliter possumus secare, & aperire absque diaphragmatis læsione, vt prima & secunda diximus Centur. ita in brutis tutè fieri non potest, quia septum transuersum diaphragma dictum in brutis animantibus, hæret costis nothis, in homine verò ita eleuatur, vt apertio prædicto in loco tutè fieri possit, vt periculum facienti notum euadet. Quo factum est, vt medici ex brutis anatomiam petentes, timerent sectionem intra secundam & tertiam costam, immò non nisi intra quartam & quintam, aut si dijs placent intra quintam & sextam apertionem admitterent, non sine tamen ingenti, ne dicam pudendo errore, meminisse tamen oportet, quod Hippocr. inter costas sectionem non moliebatur, sed terebella potius os costæ perforabat, terebrabátve, vt aliàs dixi. Vt receptui igitur canamus, concludimus, quòd in nobili viro isto Gozio inflammatio, aut apostema non erat, neque pus aliquod ad vmbilici partes

UVA. BHSC. BU 00033

tes ex ipso transmissum fuit, quanquam fieri posse Galenus non negat, immo Aëtius & Paulus fatentur.

Curatio nonagesimanona, in qua agitur de prurigine inter inguina.

AIdar Epirota Spado homo ab ineunte ætate, in Byzantia aula educatus, tribus ordine potentissimis regibus, primum à cubiculo, deinde à consilio, postremò bellorum socius atque adiutor fuit. is verò cùm è purpuratis, hoc est Basaijs quatuor, vnus esset, ac intemperanter Solimano filij cædem exprobraret, è suprema dignitate deiicitur. At, quia singulari semper fide atque amore, erga Othom. familiam fuisse dicebatur, exiguæ Illyrici parti cum imperio præficitur. is Idibus Iunij, in quo dies solemne Arabicæ gentis ieiunium fortè inciderat, quum animi causa Neocastrum amœnissimum eius satrapiæ oppidum se contulisset, me ad se accersiuit, & barbarè quidem, sed regiè experiri inquit libet, an quæ de doctrina acceperim tua, aliqua ex parte vera sint, iam nunc quo corporis morbo laborem vt mihi indices, cupio, effusus deinde in risum me magnificè à liberalitate

UVA. BHSC. BU 00033

sua expectare iussit. Cæterùm, quum viri huius inueteratas affectiones percurro, eum inter inguina pruriginem quandam ab hinc viginti annos continuò pati deprehendo, ex qua ichores citrini quidam per interualla effluere solent, quam malam affectionem leuare compescereque difficile atque periculosum videbatur. inueteratum enim malum in homine præsertim ætate precipitata curisq; ac laboribus confecto iam in naturam abierat, contumaciterq; quãtumuis diligenti medico repugnabat. quapropter admitia pla cidaq; remedia decurrimus, & eo magis quia inguinibus insitum malum, loco à natura nocuos è corpore recipere succos solito. Vsi igitur sumus, duobus vel ad summũ tribus remedijs, vno hirudinum venis hęmorrhoidalibus admotione, quę diuersio, vt nostis, nõ minùs iuuat quam venæ in fronte sectio, posteriore capitis parte dolente, immo vacuatio hæc maioris momenti hoc in casu est, quia corporis decliuiori in loco fit, ad quem natura superuacuos noxiosque deriuare solet humores. secundo, inunctione vnguenti compositi, ex albo camphorato, populeo, ac plumbeo, æquis portionibus. quibus remedijs, proposito optimo victus

UVA. BHSC. BU 00033

victus ordine, Turcis rarò solito, immo toleratu difficili, rectiùs valere cœpit, singulis nanque quindecim diebus, hirudines duæ admouebantur, & bis quotidie linimentum supra malum iterabatur, plantaginis supra posito folio, non rarò præhabito fomento ex plantagine & inguinali siue bubonio herba parato, neque enim plura, vt dixi, machinari pro hac propulsanda mala affectione opus erat, quando circa proregem capularémque senem versabamur, præcipuè hominem Turcam, & barbarum, qui si è viuis decederet, non sine vitæ curantis periculo & dispendio id fieret, medico nanque eius serui belluini mortem imputant, contra quem ferociter irruunt.

Curatio centesima, in qua agitur de capitis vulneribus, detecto craneo, & tutiùsne curentur exiccantibus medicamentis, an cataplasmatis humidis, vt digestiuo ex oui vitello facto, & similibus.

UVA. BHSC. BU 00033

Colloquium, GRADIVS, CELETANVS, VANVCCIVS.

GRADIVS.

NAuis nostræ præfectum, ita quidam ex nostratibus sæuè & grauiter in caput percussit, vt eum breui moriturum putem, vos verò viri boni, & diligentes Celetane, & Vanucci, qui ex conducto nostri estis chirurgici, ad eum curandum vt quàm celerrimè properetis rogo, interim ipse Amatum physicū accersendum curabo. CELETANVS, Perge & eum apud officinam Gabrielis pharmacopolæ inuenies. VANVCCIVS, Immo ipsum prætereuntem modò, & eam domum ingredientem, ni falor, vidi. GRAD. Ad domum illam accedamus rogo, vt cum Amato misellum illum vnà inuisum eamus, nec vobis graue sit quæso si paululum moremur. CELET. Ita contractæ sunt luces, vt vix sufficiant pro ægrotantibus curandis ipsisque tractandis.

GRAD. Salue Amate. AMATVS. Vos quoq; salui sitis, ecquidnam rei nouæ est? GRAD. Est non fœlix omnino, quando cum chirurgicis & medicis negotiū est. AMAT. Hoc minùs malum quàm cum monachis & clericis, sed quídnã affertis

quæso

UVA. BHSC. BU 00033

quæso. GRAD. Insularis vir probus, & rerum maritimarū maximus explorator, capite percussus & vt credo lethaliter est, pro quo curādo chirurgos hos accersiui, quibus tu dignaberis pro paterna & fraterna in te obseruantia in curatione præesse. AMAT. Lubenter id faciā, & quodnis aliud quantumcunque difficile negotium pro Gradia Illustri domu aggredi minimè grauabor. GRAD. Nouit iampridem candorē & animi tui in nos propensionem frater meus Ioānes Gradius, qui Reipublicę nostrę iussu, Venetijs nūc agit. ego verò ad præsens Timantem imitabor, & quod exprimere penicillo non possum velo contegam. sed hæc domus est, ingrediamur, hic saucius est.

VANVC. Ceream candelam accensam afferto. tria vt video hæc sunt capitis vulnera, primum in occipite, alterum in syncipite, postremum verò in fronte, accedatis ergo ad ea videnda. AMAT. Tundeto capillos, & caput & collum à sanguine spongia abstergito, postea verò quid agendum sit discernemus. CELET. In omnibus vt video, tam capitis quàm frontis vulneribus ijs, caluaria læsa est.

VANVC. Immo syncipitis vulnus os nudatum habet, & durā attingit membranā.

AMAT.

UVA. BHSC. BU 00033

AMAT. Nouacula ea, vt noſtis, duabus lineis mutuo ſe per medium ſecantibus ſecatote, & carnem angulorum quatuor ab oſſe rectè ſeparatote, & membranam caluariam tegentem quoque quoad fieri poterit, ſeruatote, & ſi quæ oſſicula ſunt fracta aut comminuta, quæ manu, aut vulſella, aut forficibus dextrè nunc extraxi poſſunt, extrahitote. VANVC. Ad curam accingamur. CELET. En ouorum albumina turundis & plagulis ſtupeis excepta adſunt, cura igitur vt vulnera hæc optimè farcita & plena ſint, vt poſtea pateant operi peragendo, terebello, vel hippocratica ſerra, hodierno noſtro modiolo dicto, vel ſcapris raſorijs, prout nobis melius videbitur, aperiendo, vel oſſa fracta forcipibus, & vulſella deponendo.

AMAT. Cum hæc rectè peracta ſint, ab excretis per balanum alui excrementis, ex communi brachij vena ſanguinis vncias ſex demendas curatote, paucus nanque, vt audiſtis, ex vulneribus effluxit ſanguis. Nam & in hoc caſu corpore etiam inculpato à plethora exiſtente, ſanguinē emittendum, omnes iubent medici, feneſtras quoque & rimas portarum occluſas habendas curatote, & paucis accenſis carbonibus huius cubiculi aërem contem-

perat

UVA. BHSC. BU 00033

peratote, viget autumnus, strepitum quoque & canum latratus, & similia amouetote: post emissum verò sanguinem duabus horis, victũ porrigitote, panatellam scilicet simplicem, & lentes ne datote, cephalalgiam nanque ferunt, vt alias dixi, in potu verò ex coriãdro incoctã aquam simplicem, aut rosaceo iulebo mistã conceditote, crastina verò die ægyptiacæ siliquæ florem, ad vnciam vnam & alteriꝰ mediam in bolo deglutiendum diligens pharmacopola illi dato, valete.

CELET. Cum sæpè mihi contingat capitis fracturas curare, non rarò mihi succurrit ô Amate quantũ difficilis sit earum curatio, & eo magis quum videam quantum hodierna curatio ab ea qua prisci vtebantur differat. VANVC. Artem chirurgicam nunquam anteà ita rectè exercitam fuisse, in primisq; capitis vulnera nunquam ita rectè curata, pro firmo teneo, sed quidquid sit, pergratum faciet Amatus si iudicium suum hac in re dare dignabitur, vt deinceps inter nos habita tam vetus contentio, dirempta & absoluta sit. AMAT. Ego ingenuè vobis respondebo, sed an satisfecero vestrum erit iudicare. noui sanè ex sapientum dictis, quantum periculi afferat inter duos amicos

UVA. BHSC. BU 00033

cos sententiam ferre, quum præsertim alter iudici inimicus euadat necesse sit.

VANVCC. Hoc ne pili facias ô Amate, quum nihil veritate apud nos antiquius sit, neque veritas apud nos odium parit, sed amicitiam potius conciliat, glutinat, &, vt ita dicam, ferruminat.

AMAT. Quum vnanimes, & concordes in mea recipienda sententia vos videam, placet eam, qualem qualem in medium sed breuissimè afferre, proinde aures præstate benignas. Hippocrates ita capitis vulnera curatu difficilia esse sensit, vt de eis integrum librum memoriæ scriptum reliquerit, cui titulum indidit de Vulneribus capitis, quanquam antea alterum in lucem dederat, de vlceribus, in quo vlcerum siue vulnerum curationem persequitur, vario tamen modo, cùm in hoc vulnera siue vlcera cutem & carnem, & os attingentia curet, in illo verò vulnera siue vlcera capitis tantùm, quæ caluariam detectam habent. VANVC. Est ne liber ille de vulneribus capitis, Hippocratis? AMAT. Maximè, & Galenus libro sexto Methodi medend. eum, & alijs sexcentis locis Hippocratis esse genuinum & Germanum testatur, præcipuè cum fracturarum ossium differentias ex

non

UVA. BHSC. BU 00033

nonnullorum opinione percurrit, & postea propè calcem eiusdem libri ita esse confirmat, dicens, de ijs verò quæ in capite accidunt, Hippocrates certè integrum volumen scripsit, vbi omnia præcipit, quæ in his sunt agenda, & nos cum huic operi finem imposuerimus, enarranda eius opera aggrediemur, &c.

CELET. De hoc non est ambigendum, cum Galenus euidenter Hippocratis librum esse testetur, & enarrationes in eum librum exarandas pollicetur, quæ vtinam hodie extarent, quia eis nobis magnum certè laborem leuaret. VANVC. Vidius Florentius conterraneus meus, Galeni, vt audio, vicem in eo libro implet, vt qui non solùm eum è Græco in linguam Romanam verterit, sed etiam suis commentarijs illustrauerit, veluti ante à librum de vlceribus, & alterum de fistulis.

AMAT. Noui, & Iosephus Struthius Polonus, vir singularis doctrinæ, & eloquentiæ eosdem labores ad adiuuandam rem medicam in lucem edendos parabat, vtcunque tamen sit, Vidius multa laude dignus est. VANVCC. Quia de vulneribus agimus, mihi primo inquirendum occurrit, cur Galenus ô Amate nullam faciat in vniuersa eius doctrina, inter

vlcus

VVA. BHSC. BV 00033

vlcus differentiam AMAT. Idem est siue vulnus siue vlcus, nimirum continui solutionem manifestam, (plagam dixerim) appelles, quemadmodum & Hippocrates facit, recentiores tamen, à telo illatas plagas, vel casu, vel quomodolibet acceptas, modo recentes sint, & eis non insit pus, vulnera appellant, quum verò pus illis superuenerit, non iam vulnera sed vlcera potius appellanda esse contendunt. Alij verò, cum plagæ à causa procatarctica euenerint, siue ipsæ occupent cutem tantùm, siue carnem, & os, etiam si eis insit pus & sanies vulnera appellant, sed in hoc vt dixi, magna vis non est, plagas, siue vlcera, siue vulnera appellemus, modò eas rectè curare sciamus, vt Galenus millies inculcat. CELET. Non facilè est capitis vulnera curare, vt dixi, & quo magis senesco eo caluariæ fracturas difficiliores curatu inuenio.

AMAT. Non alia de causa Hippocrates integrum librum huic dicauit negotio, nisi quia capitis vulnera curare est magni atque ardui negotij, item, quia longè aliam curationem, postulant capitis vulnera, quàm aliorum membrorum, & longè aliam fasciandi & vinciendi rationem, quibus accedunt, vt Hippocrates testatur

UVA. BHSC. BU 00033

testatur, quòd hominum capita non sunt inter se similia, quia figura variant, vt ille libro de aëre, aquis & regionibus testatur: & Aristoteles libro primo de Animaliũ historia affirmat, quibus Galenus non rarò subscribit, & vt figura capita variant, ita quoq; futuris & commissuris, adeò vt futuræ & cõmissuræ longè aliter in vno quàm alio reperiantur, quæ vt percipitis, non paruum Medico etiam exercitatissimo errorem adducere possunt. Nouistis autem caput illud optimum obtinere habitum & figuram, quod ceream pilam vtrinque compressam refert, quod verò ab hac figura recedit, id vitiosum appellamus: in optimi nanque habitus & figuræ capite, futuræ & cõmissuræ ad istam constituuntur figuram, ⊢K, sed non rarò, alio modo habentur, vt Hippocrates dicat, nec futuræ caluariæ omnibus eodem modo, & meritò sanè, quia futuræ hæ quatuor modis variari possunt, vt inibi Hippocrates libro de vulneribus capitis refert, & Galenus libro nono de vsu partium illi subscribit, qui præter quaternas illas varietates, quintam mente conceptam, imaginatur, & admittit: imò quandoque in nonnullis tam viris quàm fœminis caluaria absque futura & commis-

UVA. BHSC. BU 00033

sura vlla reperitur: quæ omnia curationem perdifficilem reddunt, non minus ac variæ capitum temperaturæ & dispositiones, & diuersa aëris temperies: vidi nanque ego, vt qui per tot orbis regiones peregrinatus sum, & multorum hominum mores, & vrbes varias contemplatus sum, vno in aëre omnes capitis vulneribus affectos obire: in alio verò secus euenire, & quantumcunque lethalia vulnera sint, ex eis ęgrotantes facillimè euadere. VANVC. Florentiæ & Bononię, ita capitis vulnera periculosa sunt, vt rarò capite vulneratus sanetur: in hoc verò saxo Ragusæo contrariò euenit. Vix enim ex fracto & comminuto capite ægrotus decedit, imò plerunque conualescit. CELE. Vnde hęc eueniant, vehementer scire cupio, vt vbi caput fractum breui curatur, pedum vitia difficulter sanantur, & contrariò. VANVC. Id ego euenire crediderim, vt Amatus ait, ex aëris varia temperie, quia caput, vt ille iis in Centuriis ex Galeno dixit, ex influente, quod aiunt, temperie, quocunque calidissimo æstiuali calore, calidius est, veluti ex innata temperie, frigidum & humidum. Vbi igitur aër capitis temperaturam souet, fortè morbus

magis

UVA. BHSC. BU 00033

magis inualescit, & ægrum in perniciem trahit. Vbi verò non adeò illi sauet, sed qualitatibus potiùs aduersatur, fortè inde meliùs habet. Nouistis autem sanitatem per similia seruari: morbos verò per contrarium depelli. AMAT. Quum multæ signatæ causæ sint, quę capitis vulnera difficilia curatu reddant: hęc, vt mihi videtur, præ cęteris primas tenet, scilicet, quòd caput cùm aliquando percutitur, longè à loco percusso malum aliquando habeat: ab ictu enim malum siue lęsio longè subsultat. VANVC. Id fieri posse apud te aliàs legi. AMAT. Soranus id fieri posse scriptum reliquit, vt qui Hippocratem imitetur: cui Cornelius Celsus, vt sæpe solet, subscribit: vnde Hippocratis Latini nomen traxit, quãquam Paulus Soranum reprehendat, vt qui ex Galeno id fieri non posse dicat.

VANVC. Hócne apud Hippocratem scriptum ais? AMAT. Hippocrates, vt audis, ita libro de Capitis vulneribus prędclarè tradit, Frangitur caluaria sub vulnere, alia parte, quàm vbi plaga est, atque os nudatum. VANVC. Optimos & graues autores legẽdos semper audiui. CELE. Quis dubitat ex fonte potiꝰ doctrinã hauriendã esse, quàm à turbidis riuulis?

UVA. BHSC. BU 00033

VANVC. Ni Amatus ex Hippocrate sententiam hanc adduceret, nunquam eam Hippocratis esse crederem, & eò magis, quia Paulus opus hoc fieri posse negat. AMA. Paulisper hic immorari ne pigeat, vt rem hanc integrã deprehendatis. Paulus Ægineta Soranum reprehendit, vt qui dicat in suis scriptis, quæ adhuc extãt de vulneribus capitis, quemadmodum in vitro, ita in capite euenire: nam si vna parte vitrum percutiatur, in altera & fortè aduersa findi contingit. Ægineta tandem hæc non ferens eum suggillat, & carpit, vt apud eum legitis, quia vitrum inane est: caluaria verò plena. Item, quia Galenus nono libro de Vsu partium: ideò naturam prouidam caluariam variis suturis ornasse ait, vt altera percussa, altera non lædatur: quod aliter euenisset, si solida esset, & absque suturis. Non negaret tamen Ægineta id quod Hippocrates ait, & nos quoque scriptum aliàs reliquimus. Si caluaria telo percutiatur, nõ rarò vltra eum locum vbi plaga conspicitur, os findi, & frangi, vt in assere accidit, qui si securi feriatur, non semper finditur quà securis ferit, sed alibi. CELE. Hæc vt ipse puto, nec Galenus negaret. AMAT. Si rectè teneo, non tantùm hoc euenire posse di-

xi,

UVA. BHSC. BU 00033

xi, sed multò maiora, scilicet, percussa vna parte, ex aduersa duram membranam, quæ futuris caluariæ implicita est, & ex eis pendet, cadere posse: vnde maximum malum oritur. Item, venulas cerebrum ambientes ex aduersa ictus parte rumpi & aperiri posse, vnde sanguis effluit, & breui pus factum cerebri substantiam putrefacit, & corrumpit: id quod olim non sine ingenti artis honore deprehendi, imò hoc fieri posse etiam capitis cute, & ipsa caluaria integra manente: præcipuè ex re ab alto cadente, Cornelius Celsus fatetur, & Galenus post eum, libro secundo de Com. Med. s. t. non negat: id quod Hippocrates si apertè non dicit: intelligit tamen, quum ait, citato loco, quintus hic modus. Quod infortunium vbi accidit, nihil est, quod iuuare possis: quoniam vbi hoc malum sit, nulla via deprehendere licet homóne id patiatur, aut qua parte caluariæ.

VANVC. Quomodo hæc deprehendemus, quum quis in infortunium hoc inciderit? AMAT. Paulò posteà audies, nunc satis hæc dixisse sit. CELE. Quum de caluariæ fracturis & vulneribus nobis sermo futurus sit, dicas rogo, ô Amate, perfistísne ea in opinione, caluæ-

UVA. BHSC. BU 00033

riam tres habere partes, superiorem, inferiorem, & tertiam medullarem diploëm à Galeno dictam? AMAT. Cur non, quum iis in Centuriis ita esse ex Hippocrate & Galeno patefecerim, & nunc vt rem ex integro teneatis, audite, Ita se habet os cranei, quemadmodum id quod costam componit, ambitve. Costæ autem os latum vnicum tantùm esse videtur: intus tamen medullæ vice, spongiosa pars venis & sanguine plena se nobis offert. Si costam quis igitur perforare tentauerit, vt olim Hippocrates cùm purulẽtos curabat, perforabat, dubio procul tres partes in ea, vel inuitè esse dicet, primam & imam, densas & duras: mediam verò inter vtranque spongiosam. Ita & caluaria tres habet partes, quarũ mediam Galeno diploëm appellatam, Hippocrates præcipuam facit, libro huic dicato negotio, non procul à principio, & illi os supremum & infimum, durissimum, densum & leue, tanquam proprias partes tribuit: mediam autem illam partem spongiosam facit, carunculis plenam, mollibus & raris, quæ digitis si atterantur in sanguinem resoluuntur, vt liquidò ex Hippocrate euadet caluariæ tres esse partes. Sed agite, siue tres partes, aut si

calua

UVA. BHSC. BU 00033

caluariæ laminas magis appellare libet, siue duas tantùm admittamus, hoc nihil refert, modò sciamus, quænam in caluaria ipsa partes infirmiores, quæve robustiores sunt, vt inde præsagium, indicium, & morbũ colligamus. VANVC. In hoc ancipitem, & dubium ciuem meum Vidium inuenio. AMAT. Hoc tam leue & facile solutu dubium est, vt omnes vno cõsensu respondeãt hoc modo, Syncipitis os tenuissimum & infirmissimum esse: posteà ossa temporum, dein frontis, omniũ robustissima & crassissima, quæ post aures & verticem sunt, id est, quæ in occipite continentur. VANVC. Ita omnes scribunt chirurgici. AMAT. Omnes ita scribunt, sed rationes, cur ita sit, ignorant. VANVC. Eas tu igitur explana. AMAT. Audite. Os syncipitis omnium in caluaria tenuissimum & infirmissimum esse, ex pueris in lucem recenter editis conuincitur, quia perforatum, & nondum completũ os hoc ostentent, quod posteà in adultis infirmum ita esse cõuincitur, quia synciput pauciss ima & tenuissima contegitur carne: quò fit, vt vulnera in eo periculosa sint, & eò magis, quia multum cerebri sub se continet, quod Hippocrates nõ siluit, cùm inquit,

UVA. BHSC. BU 00033

quod ad crassitudinem & tenuitatem, ex vniuerso caluariæ osse, id tenuissimum est, & infirmissimum, quod inter frontem & verticem est: idémque pauciſſima & tenuissima carne contegitur: hac item parte plurimum cerebri subest, quâobrem & cætera. VANVC. In hoc enarrando textu conterraneus meus Vidius, anceps & dubius, vt dixi, est, vt qui os inter frontem & verticem ab Hippocrate syncipitis vocari ambigat, putans fortè longè aliud os prope tempora esse: cùm tamen os temporis, Galeno autore libro sexto Methodi med. in se ipso ipsas squammatim cõpactas commissuras habeat, imò siquis versatus fuerit in doctrina Galeni, os inter frontem & verticem, id esse, quod nos appellamus Syncipitis debilissimum, & omnium infirmissimum facilè inueniet. AMAT. Temporum os post synciput cæterorum infirmissimum habetur: vnde in eo vulnera periculosa quoque admodum sunt, sed præcipuis tribus de causis, quas Hippocrates ita describit, dicens; Ex cæteris os temporum infirmissimum est, quod maxilla in tempore cum caluaria committatur, & sursum ac deorsum moueatur articuli modo, quod propè sit iter per quod facultas

UVA. BHSC. BU 00033

cultas audiendi meat, quòd vena caua & valida per tempus intendat. Ob tria igitur hæc Hippocrates vulnera temporum periculosissima esse testatur, ob connexionem maxillæ in tempore cum caluaria, & motum, ob foramen auris, ob grandes venas quatuor, quæ per tempera feruntur, quas σφαγίτιδας appellamus, quarum duæ per interiora vadunt, & penetrant, totidem per exteriora. Vtræque capitis & colli partes nutriunt, sed illæ altiores, hæ verò summas, & per tempora quoque currunt: cum quibus etiam & arteriæ eiusdem ferè magnitudinis obrepunt, quum rarò venæ absque arteriis reperiantur. Hæc igitur tria cum osse tenui & infirmo, locum infirmissimum & obnoxium malo reddunt. Eò accidit vt vulnera quoque, quæ supra suturas cadunt, periculosa quoque sint, præcipuè syncipitis, quia suturæ natura sua infirmæ sunt, & duram membranam alligatam habent, & syncipitis os infirmum quoque est, adeò vt hæc locum hunc infirmissimum reddant. Vtcunque tamen sit, Galenus syncipitis os audaciùs proferat, quàm temporum aut à lateribus os, vt ex duabus historiis ad calcem libri sexti Methodi medendi, addu-

UVA. BHSC. BU 00033

ctis percipitur: quod sanè documentum Hippocraticum est, vt ex libro suo tam sæpe à nobis hodie citato percipitur: ita enim Hippocrates ait, vbi caput incidendum sit, cæteræ partes eius tutò inciduntur, tempus & regio superior iuxta venam, quæ per tempora fertur: hic inquam locus scalpello attingi non debet. Eum enim qui incisus fuerit, neruorum distentio prehendit, & cętera. Iis enim suadet Hippocrates, vt neque tempora, neque supra regionem temporum ad latera incidamus, quia vena, arteria, & non contemnendi nerui per ea loca ferantur: quòd si contingant pręcidi, inde neruorum distentio oritur: pręcisis nanque ex vno latere neruis, siue musculis, alterius lateris nerui & musculi retrahuntur, vt aliis in Centuriis, pro exemplo equi frænum adducens, patefeci. Sed nunc ad propositum redeuntes, dicamus, occipitis vulnera, & quæ retro aures contingunt, minus periculosa esse: quia circa eas partes, os durius, & multum carnis est, & minus cerebri subtus est: frontis quoque parum periculosa sunt vulnera, vt memoriæ in curationibus quandoque mandani, sed magis periculosa iis, quæ in occipite

UVA. BHSC. BU 00033

sint, vt Hippocrates quoq; testatur. CEL. Hæc præscire dubio procul multum ad præsagium, & indicium, & ad curationem faciunt. AMAT. Non iniuria Hippocrates suadet in primis spectandum qua in parte capitis homo vulneratus sit, inquiēs, spectare autem in primis conuenit, qua parte capitis homo vulneratus sit, imbecillioríne & cætera. Nec minus considerare vulnerum genera, & an in eis tātùm collisio sit, an fissura, an incisio, quoniam pro ossis, & teli, vel procatarcticæ causæ ictus varietate, caluaria variè frangitur, & afficitur: & in collisione inspicere oportet, an tantùm collisio simplex sit, vt in pueris sæpè euenit, quorum ossa supprimuntur & deprimuntur, veluti vasa plumbea & stagnea, non secus atque in prouectis synciput, & modus hic ad fracturæ species reduci debet, si modo cum Hippocrate sentire volumus, quia in collisione quædam continui diuisio videtur. Item considerandum si cum collisione adsit fissura, vel rima, quanquam Hippocrates non fieri fissionem absque collisione tradat, inquit nanque Hippocrates, si quid finditur, necesse est plus minúsve collidatur. Fissuræ igitur siue rimæ considerandæ maximè sunt,

vt

UVA. BHSC. BU 00033

vt tradit Hippocrates, quum quædam tenuiores sint, nonnullæ tenuissimæ, vt vix percipi possint, & hæ ad interitum sæpe hominem trahant. Contrà, aliæ crassæ & latæ oculis conspicuæ, aliæ quæ multùm excurrunt, quędam breuiores, aliæ rectę, aliæ flexuosæ, & obliquæ, nonnullæ parte summa videntur, aliæ altiùs descendunt, veluti aliæ quæ per totum ad imum vsque penetrant, & percurrunt, quas Galenus ad finem non esse persequendas monet, vt inferiùs latiùs dicemus. Quòd si incisio est, considerandum, an in ea teli vestigium relictum sit, quod ab acuto & leui plerunque fieri solet, & an cum scissura, fractura & ossis suppressio sit, vt membranam duram comprimat, quod plerunque à telo graui & recuruo fieri solet, vel si icto loco ex aduerso malum respondeat. Id quod euenire non rarò suprà meminimus, sed in hoc multùm refert scire, quo teli genere percussus ęgrotus fuerit, vel ex quónam loco ceciderit, alto, infimo, vel medio, & an à robusto, vel debili inflicta vulnera sint, & an ęgrotus illicò ceciderit, & an scotomate & vertigine affectus fuerit, & an vomuerit, an verò nihil horum euenerit. VANVC. Hęc quum dicta

UVA. BHSC. BU 00033

dicta & admonita rectè sint, placeat nunc ægrotantem inuisum accedamus, vt hac secunda curatione inter nos de rebus grauioribus sermo habeatur, & quod agere debeamus, sanciamus. AMAT. Quum timor non sit, de sanguinis fluxu in deponendo vinculo, accedamus: nam Galenus, vt aliàs vobis dixi, vinculum siue fasciam non nisi ad quartum & quintum diem soluebat, præcipuè quando sanguinis fluxum ex vulneribus timebat. CEL. En Vanucci fasciam depone, & expeditè eam solue, & vulsella hac turundas extrahè, & linamenta omnia, & caue ne earum quicquam intus latitet, & maneat, ac linamentis ijs siccis, & spongiola recenti & noua hac, vulnera à sordibus absterge. Adsunt quoque instrumenta quibus ossa fracta extrahamus, & quà opus fuerit aperiamus. AMAT. Non excidat vobis fracturas has diligenter inspicere & contemplari, & an in hac calluaria denudata ad futuram incisio sit, quoniam vt difficile ita Hippocrates hoc maximè considerandum monet, denudato nanque osse, fracturæ oculis patent, in futuris verò non item, vt aliàs Ferrariæ in vxore Antonij Lucei illustrissimi Ducis Ferrariæ medici, euenisse à me audistis, ex

quo

UVA. BHSC. BU 00033

quo errore diem suum obijt, erat autem plus iusto squammosa aperta commissura, parum ab assistentibus chirurgicis & medicis deprehensa. VANVCC. Prouidus, & oculatus mente oculis sit chirurgus in ijs tractandis caluariæ vulneribus, oportet, quia futuræ quum infirmæ natura sua sint, paruo negotio finduntur & dehiscunt. CELE. Super futuras secaréne consueuisti? VANVC. Absit, immò Hippocrates ab illis recedendum, & vbi necessarium fuerit, proximum os secandum suadet. CELE. Ob multa non esse secandas futuras nuper accepimus. VANVCCIVS. Quia fortè futuræ natura sua imbecilles cùm sint, facilè à modiolo penetrante perforarentur, & cerebrum læderetur. Item quia per futuras venæ & membranæ transeunt, quas ferro attingere periculo non vacat: decidet fortè illis adalligata membrana, quam duram dicimus. Item, quum futuræ à natura prouidè sint constitutæ, vt per eas, tanquam per camini foramina & expiramenta fumus euaporet, earum vice callus supercrescens impedimento expirationi esset, vt his rationibus conuincatur, supra futuras non esse secandum, sed ijs proximum os cum sectio necessaria fuerit

UVA. BHSC. BU 00033

rit, perforandum. CELET. Vtcunque est. Ego vbi sectio necessaria est, etiam supra futuram non rarò rado, & aperio, & ad votum omnia mihi respondent, immò assentiente Amato, hoc non semel feci. AMAT. Ita res habet, & ita agendum cùm casus exposceret dixi, quum minus periculi inde euenire soleat, aperiendo, quàm non aperiendo, vt ex historia à nobis citata percepistis. VANVC. Exercatissimus chirurgus sit oportet qui hæc contra Hippocratis sententiam facere audeat. Sed dicas rogo ô Amate, cur in capitis vulneribus sectio admittitur, alijs verò in membris minus? AMAT. Galenus prope finem libri sexti Methodi medendi, huic tuo respondet quæsito, quem tu magno tuo fœnore percurrere poteris, nos verò interim tibi sic respondemus. Sectio ossis in capite necessaria est, quia admiranda iunctura membrorum fracturis accommodata, in capite ob eius figuram dari nequit, quum non habeat partes conuenientes ad quas humiditates, & superflua transmittere valeat, sicut habent brachia, crura, & alia membra, item secamus, vt pus si quod in cerebri membrana colligitur, rectè extrahatur, mundetur, nec putredine sua cerebrũ

corrump

UVA. BHSC. BU 00033

corrumpat, id quod fieri nequit, si sectio ossis non sit, cæteris autem in membris pus debito vinculo exprimitur, quod in capite fieri non potest. imum nanque pus petit. qua de re Hippocrates in capitis vulneribus præter fascias laxas, ad continenda medicamenta & linamenta sufficientes, cæteras vtpote adstringentes damnat, quia vincula, & fasciæ comprimentes, dolorem & inflammationem adducunt, & humiditates retinent, & eas tanquam carceratas remorantur, ex quare tot mala quæ homini perdendo sufficiunt, gigni solent, cæteris autem in artubus, vt brachio & crure quæ separata & diducta sunt, in vnum cogere & glutinare vincula valent, & ab inflammatione defendere materiam, quæ aliunde ad affectam particulam confluit reprimendo, & eam quæ iam recepta est, pellendo, vt latius sequenti dicemus quæstione, in qua proponimus, an capitis fracturæ, emplastris curari debeant, quemadmodum cæterorum membrorum fracturæ. VANVC. Accedamus igitur, & vulnera inspiciam⁹. Primò nobis occurrit occipitis vulnus, in quo satis detecta caluaria est, sed vah in ea nunc fissura satis ampla & manifesta conspicitur, quæ an membranas cerebrum

UVA. BHSC. BU 00033

rebrum tegentes attingat, nuuc demum experiamur. Pueri techam atramentariam afferte, vt atramentum per incisuram hanc indamus, vt ad quem locum penetret, sciamus. CELET. Quónam instrumento, dicas ô Amate, ad hunc secandum os vtemur? AMAT. Dicam, si priùs vobis memoriæ reuocabo occipitis vulnera minùs periculosa esse, vt iam dixi, & tardiùs qui ab eis morituri sunt, vita decedere, & eo tardius quo tempus frigidius fuerit. Sed ad quæsitum tuum reuertor cum Galeno libro sexto Methodi medendi, ita dicente, Ergo de fracturis caluariæ, quædam vsque ad secundam laminam, quam Græcis διπλοὴν vocant, perueniunt, quædam vsque ad internam ossium faciem, quædam simplices fracturæ sunt, quædam contusiones, quædam vestigia eorum quibus inflicta plaga est. Quæ igitur simplices fracturæ ad secundam vsque laminam perueniunt, ijs, quos modo diximus, angustis scalpellis indigent, expedit autem hos vt numero multos, ita magnitudine impares esse, necubi desit quod operi sit commodissimum, postea verò nudato prout fieri solet vitiato osse, vtendum primo quidem latissimo, secundo loco, quod illo

P

UVA. BHSC. BU 00033

est angustius, mox ita reliquis, deinceps vsque ad angustissimum, hoc verò in ipsa diploë est vtendum. & inferius subdit. & fracturis verò quæ ad cerebri vsque membranas peruenerunt, si simplex tantùm fractura sit, iam dictis scalpellis angustis vtendum, sin cum cõtusione aliqua, quod contusum est, excudi debebit, idque vel terebellis priùs in circuitu perforatum, mox deinde scalpris admotis, vel protinus ab initio cycliscis. Ac quæ per terebellam quidem ratio fungitur parum tuta est, propterea quòd dum audacius eam tractant, duram membranam quæ ossi substernitur, non rarò violant. Quod verò per cycliscos opus administratur, ne id quidem omnino vitio caret, cùm quatiat immodicè caput, quod potius quietem postulat. In ijs autem Galenus, vt audistis, nos docet in caluaria, aperienda perforandáve, ac ipsis demendis extrahendísve ossibus, siue fracturæ simplices sint, siue compositæ, operandi rationem, veluti operationem per terebellam parum tutam esse, quia membranam duram, & cerebri substantiam violat, nihilominus quoque improbat opus quod per cycliscos administratur, quia caput immodicè quatiat. VAN. Miror Galeni

ossium extractionem vel aperiendam per scalpela fieri iubet reliquos modos reprobat

UVA. BHSC. BU 00033

leni diligentiam, vt qui rem hanc sic desertam reliquerit. AMATVS. Nihil minùs, desine mirari Vanucci, immò Galenus distinctione quadam habita, nos docet quando terebra, & quando cyclisci vti debeamus. VAN. Eam rogo recitare ne graueris. AMA. Inquit Galenus, si magnæ sint fracturæ, & ossa quæ fracta sunt vehementer mota, tunc cyclisci vti optimum esse, quia paucis excisionibus opus consequemur, vt postea excisorijs lenticulatis, in totum compleamus. Hæc, ne dubites, Galeni sunt verba. Mihi igitur hic quoque placet, si magnæ sint fracturæ, & ossa quæ fracta sunt vehementer mota, cyclisci vti, quippe paucis excisionibus facies excisorijs lenticulatis locum. sin firma plurimùm ossa sint, focanda terebella sunt. Hactenus Galeni verba, quæ, vt noscis, nihil à nostra citata sententia differunt, immò vt Galeni sententiam teneas, ita dicentē audi, Quidam autem quo minus vsquam aberrent, eiusmodi terebellas excogitarunt, quæ mergi non possint, quas ab argumento abaptista dicūt: circuncurrit enim parum supra terebellæ acutam cuspidem circulus quidam parum extans sanè expedit cōplures id genus præparatas habere, ad

UVA. BHSC. BU 00033

omnem caluariæ crassitudinē, nam crassiori longior terebra conueniet, (voco autem ita cuius spatium quod inter summam est cuspidem, & circulum, qui extans circuncurrit, maius est,) tenuiori breuior est: autem huic quoque quod interest inter cuspidem & quod circuncurrit, minus. Aliqui verò (siue illos his timidiores, siue tutiores appellem) etiam ijs quas chynicidas vocant, sunt vsi. Tu verò si neque improuidus eorum quæ fallere possunt sis futurus, neque plusquàm satis es timidus, commodissimè cyclisci vtere, & primo quidem aggressu latioribus, postea magis angustis, donec ad crassam membranam perueneris. Cæterùm, quod excidi oportet, id totum circulo cyclisci mundandum non est, sed ex ea maximè parte, qua fractura est grauissima, nam præter alia, etiam membrana ipsa ab ossibus quæ vehementer sunt afflicta, celerrimè recedit, adeò vt nullus sit metus eam quæ iam seiuncta est tetigisse. si verò vnam semel nudaueris partem, ac scalprum qui in cuspide præfixum habet obtusam læuémque lenticulæ speciem, aciem verò per longitudinem erectam submiseris, vbi latam partem lenticulæ super membranam statueris

UVA. BHSC. BU 00033

ris, feries malleolo, ac si caluariam diuides eueniunt enim ita agentibus quæ requirimus omnia. CELETANVS. Ita hæc Galenus clarè docet, vt nihil quod desideremus in hac tractatione sit, si modo ô Amate nomina instrumentorum quibus Galenus operandum docet, patefeceris. AMATVS. A terebra incipiam, quæ & terebrum, & terebella, & terebellum diminutiuè appellatur, instrumentum satis vulgare, quo fabri passim vtuntur, & dolia, ligna, & tabulas perforant, cui similem terebram chirurgici olim in vsu continuo habebant, alteram verò quæ supra acutum eius mucronem circulum habet, ob quem altiùs descendere non potest, vnde abaptista, quasi, submergi non possint, à Græcis appellantur, & hæc varijs modis habentur, & operantur, nam quidam ipsam manibus circumducunt, alij eam per pilam in summo circumagunt, alij per transuersarium conuertunt, alij per habenam in medio arctè illigatam eam tornant conuertúntve, nonnulli per arcum eam circumrotant, alij per habenam & transuersarium, exemplum ab ijs qui ad tornum poliunt, fumentes. VANVC. Harũ terebrarum, paruus vel nullus vsus, hodie apud chirurgos

UVA. BHSC. BU 00033

habetur, proinde eas prætermittamus in hac præfocanda caluaria, & quid Galenus per chynicidas intelligat absolue quæso. AMAT. Chynicidium instrumentum, Galenus vocat, id quod Hippocrates serram appellat, nostri verò hodierni chirurgici, modiolum dicunt, instrumentū sanè admodum periculosum, quod, vt dixi, Hippocrates serram appellat quam tu intellige teretem, siue rotundam, quia, vt nosti, rotundæ serræ modo operatur, qua ad præsens minimè quoque operabimur. CELETA. Vtamur igitur cyclisci saltem, si modo primùm eos patefeceris. AMAT. Per cyclisco, Galenus, cauos excisorios scalpros intelligit. VANVC. Si meliora non adduxeris, perinde vt anteà dubitabimus. AMAT. Sunt cyclisci, seu caui excisorij scalpri, non multum à nostris vulgaribus scalpris rasorijs differentes, sed differunt, quòd illi cannulati siue caui ad circuli figuram acuta acie fabrefacti sint, & similibus fabri lignarij sua excauant ligna, adacto malleolo, sed Galenus an eis vsus fuerit citra malleoli operam, scriptum non inuenimus. credibile tamen est superferiente malleolo, eisdem operatum fuisse, quum dicat, eos vitio non carere, qui

UVA. BHSC. BU 00033

qui immodicè concutiant, & eisdem (vt audistis) vtitur cum os vehementer est perruptum, quibus tantum excidit quantum satis est, ad posteà operandum scalprum secuirissimum ima in parte lenticulam referentem non sine malleoli percussu. VANVCC. Instrumenta omnia hæc quibus non nisi feriente malleolo operantur, tanquam periculosa dimittamus, quia parum tuta, & à Galeno non libenter admissa. AMAT. Vtamur igitur vulgaribus nostris scalpris raforijs, satis tritis, aduncis, & curuis, aut quos Germania & Hispania singulares habent, & ita fabrefactos, vt ijs non nisi exercitatissimi aperire nossent, aut terebra, qua vsi sunt prisci, & per manubrium vertitur, ferrum quadratum ima in parte habens cauum, in quo vt aliud & aliud ferramentum inseri solet, excidendo ossi accommodatum, ita clauus habens turbinatum caput crebris foraminibus scabris vt in lima cernitur compunctum illi adaptatur, qui summoperè mihi arridet, & à nemine hucusque quod sciam, descriptus aut depictus, aut in vsum tractus, aut adductus est. VANVC. Ego huic instrumento indere soleo ferramentum quod ab ima parte, quasi in pomum desinit

UVA. BHSC. BU 00033

striatum, quinque acutas acies habens, alpij verò, Thusci magistri mei huius ferramenti loco, quo ego vtor, aliud inserere solent, quod vnguem repręsentat, quãdoque verò aliud semicirculatum.

CELETA. Modò vno modò alio, prout opus exigerit vtamur, à latioribus incipiendo dein strictis, prout Galenus nos agendum docuit. VANVCC. Accedite igitur, & gosapium puer dato, vt ægrotantis aures obturemus. AMAT. Cura diligentissimè opus exequaris, quoniam Galenus iubet libro octauo de Vsu partium, vt ossa capitis celerrimè excidantur ne cerebrum refrigeretur. VAN. Imum petiuit atramentum, & incisura hæc duram attingit meningem, da Celetane strictiores scalpros. Vah, videtis ne iam pulsans cerebrum, da lenticulatum scalprum, vt si quæ sunt ossicula quæ sæpè duram membranam pungunt & feriunt, extrahamus, ijs enim squammis sæpè dura membrana, læditur nisi chirurgus dexter fuerit, vnde dolor, inflammatio, paralysis & febres oriri solent.

AMATVS. In syncipitis vulnere id quod vehementer est confractum, auferendum cura, vel his forcipibus, vel vulsella, vel dentata forcipe, & vectibus dentato

UVA. BHSC. BU 00033

tato & non dentato ſubleua, & attolle ea quæ ſunt compreſſa & fracta oſſa, ac lenticulato ſcalpro poſteà vt nouiſti vtere.

VANVCCIVS. Occurrit os quod mouetur ſed longiùs percurrit, curabimus ne de illo extrahendo? AMAT. Abſit, præceptum Galeni eſt, vbi de hoc negotio agit, quum oſſium fragmenta quædam longiùs excurrunt, ea perſequi ad finem non expedire, cùm perſuaſum ſit illi, nullam inde noxam futuram eſſe, & reuera Galenus, vt oculatus teſtis & experimentator acerrimus loquitur, vidimus nanque nos non rarò ſimilia percurrentia oſſa conſolidari & ſuccedente corporea citatrice, ferruminari, ſi modò reliqua ritè peracta eſſent. VANVC. Exercuiſtíne Amate artem chirurgicam aliquando? AMAT. Sub præceptoribus Salmanticæ maximè, vbi cùm nondum decimum octauum ætatis meæ annum agerem, præceptores Pontanus, & Oliuarius, tantum mihi & diligentiæ tribuebant meæ, vt duorum hoſpitalium, varijs ægrotantibus promiſcuis refertorum mihi curam committerent, quorum alterum titulum diuæ Crucis, alterum verò diuæ Blanchæ, ſi rectè teneo, habet, poſtea verò in patriam reuocatus parum de arte chirur-

UVA. BHSC. BU 00033

gica exercenda curiosus fui.

VANVCC. Vt quisque optimus artifex euadat, oportet, omnes artis partes eius quam exercet, non tantùm sedentario studio completas, sed exercitio maximo conquisitas habeat, vt Hippocrates, Soranus, Archigenes, Ruffus, Galenus Paulus, Celsus, & similes qui ad vnguem omnes tenebant, & earum partem chirurgicam non solùm viri ij grauissimi & sapientissimi, sed & ipsi, Machaon & Podalirius suis exercebant manibus, nunc verò hodiernis medicis satis superq; est pulsum tetigisse, etiam si nihil præter pallium medicum habeant, fortè vt meliùs suam traducant, aut veriùs exerceant & occultent ignorantiam, aut fortè vt Abinzoari subcenturientur, qui cùm vlcus videbat, illico substomachabatur, & nauseabundus scotomate & vertigine afficiebatur, vnde physicum non debere exercere chirurgiam, scriptis mandauit.

AMATVS. Hippocratem eam partem methodi curatoriæ quam opera manuali compleremus, exercuisse, nondum satis habeo exploratũ, quum eam apud suum iusiurandum physicis interdictam legimus, vnde apud Romanos mos inualuit, vt medici qui victu, & medicamento

ægrot

UVA. BHSC. BU 00033

ægrotantes curarent, operam manualem non exercerent, nec ij chirurgici dicti prioribus partibus operam darent, tanquam Decretum, & lege Sancitum reliquerunt, sed de his satis.

CELETANVS. Ad colloquium nostrum reuertamur, quod de ossium fragmentis longè percurrentibus erat, quæ omnes nos vt Galenus quoque docuit, non esse detrahenda, vnà conuenimus, quanquam hodie non desint plus iusto audaces chirurgici quidam qui ossa omnia mota, vi, & diligentia accuratissima auferre audeant.

AMATVS. Ij fortè iuuenes inexperti sunt, digni vt sub magistris adhuc agant, & artem exerceant, vt doctores, & ab erroribus immunes euadant.

CELETANVS. Referam casum notatu dignum, multùm ad rem hanc facientem. Superioribus diebus, capite vulneratus iuuenis quidam ad me venit, qui caluariæ ingentem portionem circuli figura fractam habebat, à qua omnia illa ossa fracta, & comminuta detraxi, vnde membrana dura, magna quantitate detecta circuli figura videbatur: sed quod mirari est, in medio circuli tanquam in centro, frustum caluariæ, etiam

UVA. BHSC. BU 00033

etiam si modò mathematicè loqui volumus, necessariò rotundum tanquam insula in medio aquæ, illæsum mansit, quod omnes assistentes mecum foras ad aliquot dies exiturum credebamus, sed contrariò euenit, præfixum nanque mansit, neque ipse de eo extrahendo solicitus admodum fui, quum tentatum vulsella id membranæ firmatum, & affixum perciperem. AMATVS. Cordatè operatus es, quia chirurgus non multum solicitus in eradicandis, & detrahendis ossibus esse debet, sed potius placidus, & mitis, & si extractioni resistant ossa, tunc opus naturæ committere debet, quæ sæpè id quod nos consequi multis machinamentis, & sudoribus non possumus, ipsa per se facillimè operatur, & complet.

VANVCC. Quum omnia ossa perfectè, & exquisitè exempta sint, vt dixerit Galenus de huiusmodi opere,

Dimidium facti qui bene cœpit habet,

Ad immittenda medicamēta accedamus.

CELETANVS. Hoc opus hic labor est, quum nonnulli exiccantibus medicamentis huiusmodi curent vulnera, alij verò cataplasmatis, & humidis. sed quid agendum sit, dicat Amatus quem tanquam iudicem in hac re constituimus.

AMAT

UVA. BHSC. BU 00033

AMATVS. Vt ab ouo, quod dicitur, incipiamus, & in pomum, sed non malum desinamus, ab Hippocrate diuino illo, & medicorum deo exordium sumamus, qui libro huic tractationi addicto iubet, vt quamprimùm ad vulneratum, os nudatum in capite habente accedamus, incidamus, quantum nobis satis esse videbitur, vt posteà sequenti die vulnus inspiciamus & rectè curemus, sic enim ille, Ergo, quum nudati ossis causa, plaga in capite secatur, vt appareat læsum nécne à telo fuerit, eatenus incidi debet, quatenus opus esse videbitur: oportet autem vbi secatur, diducere ab osse carnem, quæ membranæ & ossi iuncta est, deinde vlcus vniuersum linamentis implere, quæ in posterum diem minimo labore ipsum apertum exhibeant: vbi autem linamenta dantur, quandiu adhibentur, imponendum est cataplasma ex polenta tenuissima, quæ ex aceto subacta incoquatur & maximè glutinosa fiat. Hæc Hippocrates, in quibus figuram qua sectio fieri debeat præteriuit, nos tamen aliorum doctorum hominum doctrina instructi, ad X. literæ similitudinem eam facimus, quemadmodum vos alij consueuistis, & in hoc ægrot

UVA. BHSC. BU.00033

ægrotante operati estis, & carnem ab
osse vt docet Hippocrates, separastis, nec
tantùm carnem, sed etiam membranam
caluariam tegentem. Qui vt paulò pòst
docet, oportet vt sectio ossium si quæ ne-
cessaria fuerit tertium diem non præter-
eat, præcipuè æstate, & calido tempore,
immo si primo occursu id facere potue-
rimus non prætermittamus, quia tunc
nondum est inflammatio, nec intra tres
dies hominem infestare consueuit, vnde
ossa tutiùs intra hoc trium dierum tem-
pus, tractari possunt, radi, secari, com-
poni, & in suam sedem collocari & redi-
gi. dixit autem Hippocrates æstate, aut
vbi tempus calidum fuerit, quia hoc tem-
pore, caro citius putrescit, & pus copio-
sius gignitur, & ex consequenti os gan-
græna facilius tentatur & corrumpitur,
quæ omnia hyeme tardiùs euenire satis
nouistis. VANVCC. In his cum Hip-
pocrate sumus, & eum in tractandis, &
eximendis ossibus sequimur, & imita-
mur: sed in medicamento quo pro con-
stringendo sanguine in prima curatio-
ne vtitur, ab eo discrepamus.

AMATVS. Miscemus nos linamentis
album qui satis agitatum, & si defluxum
sanguinis copiosiorem timemus, super-
addi

UVA. BHSC. BU 00033

addimus puluercs constringentes, qui in officinis væneunt, vel eos quos Galenus in vsum trahebat; & ita habent, aloës partes duas, thuris vnam, pilorum lepo-ris, quantum satis videbitur, misce. Hippocrates verò vtitur linamentis, eò quo-nos vtimur modo, & cataplasmate ex fa-rina tosti hordei aceto subacta & glutinosa reddita, sed an linamenta misceat huic cataplasmati, quemadmodum nos nostra oui albo solemus, vel tantùm cataplasma hoc superponat, non satis constat, quum dicat, vbi autem linamenta dantur, quandiu adhibentur, imponendum est cataplasma ex polenta tenuissima, quæ & cætera. Ego verò, vt credo, Hippocrates non tantùm cataplasma hoc superponebat, sed etiam linamentis misce-bat, quia medicamentum hoc reprimit, siccat, & ab inflammatione arcet, vt oui albumen quoque facit. Paulus Aegineta verò, vinum temperatum oleo statim pro sanguine reprimendo admouebat, fortè quia dolorem timebat, nam medicina hæc, & lenit, & reprimendi vim habet. Celetanvs. Galenus, vt noto, libro sexto Methodi medendi nullo horum vtitur medicamento, sed siccantibus potius.

Amat

UVA. BHSC. BU 00033

AMATVS. Id verum esse scitote, quòd vbi caro à medico secta est, & ossa sunt extracta, linamentis vti debemus, quibus dum vtimur, cataplasmate etiam vti necessarium est, vt suadet Hippocrates, quia dum inflammationem timemus, semper cataplasmate vti debemus, qua de causa, Hippocrates quandoque, neque cataplasmate vsus est, neque fascia, quia inflammationem non timebat, sed de his in sequenti latiùs dicemus. nunc ad quæsitum redeamus, an vulnera hæc, hac secunda curatione curari debeant siccis medicamentis, vel potius humidis. Galenus ad calcem libri sexti Methodi medendi dubium hoc proposuit, & breui absoluit, dicens, in hac re duas esse contrarias curationes, alteram mitem, Romæ frequentatam, alteram verò, maximè siccam, quam laudabat Meges Sidonius, & eam Eudemus ciuis suus in opus continuum trahebat, vt qui nudatæ membranę protinus superinducebat emplastrum, quod isis vocatur, cuius descriptionem mox audietis, & extrinsecus oxymel adaptabat, & hanc curationem Galenus ibidem magis laudat quàm alteram lenientem: quia, vt Hippocrates, ait, introitum ad librum de vlceribus, &

alibi

UVA. BHSC. BU 00033

alibi, quod sanum est, siccum est, quod vlceratum & morbosum, humidum. Sicca igitur ad sanitatem magis accedunt, humida verò magis ad morbum: vnde Galenus eodem loco, si in Asia mansisset, se potius vsurum exiccante hac curatione quàm leniente inquit, quia ea multò plures seruatos obseruauerit, quàm reliqua miti curatione. Sed quum Romæ ageret, vrbis morem insequi proposuit, operam manuariam chirurgicis relinquens, subscribit igitur Galenus Eudemi curationi. Qui etiam vt eius corroboret opinionem, exemplum auris affert, cuius foramen non solùm ad cerebri membranam, sed etiam ad ipsum cerebrum pertingit, & tamen medicamenta vehementer sicca tolerat, ex quibus est Andronis pastillus: vnde ipse Galenus paulò antè dixerat, tum protinus, tum ad finem vsque siccis medicamentis esse medendum, quæ ob id ipsum, cephalica Græcè, id est, capitalia sunt dicta. Ea componuntur ex iri Illyrica, & erui farina, & manna, & aristolochia, & panacis radicis cortice, & aliis ab Auicenna adiectis, vt myrrha, sarcocolla, sanguine draconis, & similibus, quæ extergere & siccare, citra rosionem pos-

UVA. BHSC. BU 00033

sunt. VANVCCIVS. Emplastra quibus Medici illi prisci vulnera, detecta dura meninge, curabant, apprimè scire desidero. AMATVS. Honestissimo tuo desiderio breui nunc satisfaciam: & primò sciendum est, veteres ea medicamenta excogitasse: quæ quia ossi ferè fracto superponuntur, Catagmatica appellantur, cuius modi, emplastrum nigrum est, quod ad Aristam auctorem refertur, & id quod Moschionis dicitur, quæ Galenus libro secundo de Compost. medic. catageni describit, capite decimoseptimo. Cæterùm, inter hæc quæ robustiora sunt, à capite, cephalica nuncupatur: quanquam non tantùm capiti, sed aliis etiam partibus opitulentur, & conueniant, vt refert Galenus eodem citato libro secundo, capite decimooctauo, cuius generis sunt, quod Deileontem auctorem habet, iisq; emplastrum à nobis suprà citatum, viride cephalicum, & alia similia, quæ libro quarto eiusdem voluminis describit.

VANVCCIVS. Horũ descriptiones, ne posteà eas inquirendo fatigemus ad præsens describere, ne graueris, rogo.

AMATVS. Primò catagmatica duo occurr

UVA. BHSC. BU 00033

occurrunt, dein cephalica potentiora & robustiora aggrediemur.

Emplastrum nigrum, Aristæ auctore, ex Galeno decerptum libro secundo de Comp. med. s. genera.

Cap. 17.

Hæc recipit Argenti spumæ, bituminis, singulorum drachmas ducentas, picis aridæ, ceræ, singulorum drachmas centum, resinæ, terebinthinæ, singulorum drachmas quinquaginta, aluminis scissilis, propolios, singulorum drachmas triginta, guttæ ammoniaci drachmas viginti quatuor, æruginis drachmas decem, olei sextarios quatuor, præparato, vt dictum est. Hactenus Galenus. Cæterùm, hic nos pro denario, drachmam vertimus, & notandum est sextarium, duas continere cotylas, heminas quoque dictas, vt Q. Rhemius Fannius decinit,

At cotylas, quas si placeat, dixisse licebit,
Heminas recipit geminas, sextarius vnus.

Porrò, Hemina hic decem continet vncias.

UVA. BHSC. BU 00033

Moschionis pharmacum, siue emplastrum, catagmaticum, faciens ad fracturas ex eodem loco Galeni.

Argenti spumæ pondo minam. Mina verò in hoc pharmaco habet denarios, vel si mauis drachmas centum sexaginta, seui vitulini drachmas centum sexaginta, resinæ terebenthinæ drachmas octoginta, æruginis drachmas octo, opopanacis drachmas octo, chalbani, drachmas octo, olei cicini heminam, aceti tantundem, liquoris sycamini heminam, picis liquidę heminæ dimidium. Cęterum, argenti spuma læuissima, & cicinum oleum in vas fictile æreúmque iniecta, & super ignem posita incoquuntur, ac posteà quàm ebullierint, seuum, & manna thuris adduntur, mouentúrque continuò, quum spissantur, pix, cera, resina admiscentur, & coctis vsque non inquinent, chalbanum aspergitur: deinde ærugo, & opopanax ex aceto resoluta. Liquor verò sycomori, & pix liquida in alterum vas transfusa coquuntur, & condensata priori pharmaco admiscemus: rursus supra ignem posita vsque ad puritatem coquuntur, & in vinum demersa triduum relinquimus, inde subactis vti-

mur

UVA. BHSC. BU 00033

mur in linteolum illinentes, & cætera. Nunc demùm cephalica, robuſtiora & acriora catagmatis tempus eſt, vt deſcribamus emplaſtra, & primo occurrit Deileontis.

Deileontis Cephalicum, ex Galeno, libro quarto prædicti voluminis, capite 13.

R. Æris ſquammæ, mannæ thuris, reſinæ ſiccæ, ſingulorum drachmas centum, aceti heminas duodecim, terito ſquammam ex aceto, & quum lęuis facta fuerit, thus in minutiſſimum puluerem redactum adiicito, & reſinam, paſtillos fingito, quos in vmbra deſiccabis ad vſum.

Iſis Cephalicum cruentis conueniens ex Galeno libro quinto dicti voluminis, capite ſecundo.

R. Ceræ drachmas centum, terebinthinæ drachmas ducentas, ſquammę æris rubri, æruginis raſæ, ariſtolochiæ rotundæ, thuris, ſalis ammoniaci æris vſti, radicis dracunculi ana drachmas octo, aluminis combuſti drachmas ſex, myrrhę, aloës, ana drachmas duodecim, olei veteris heminam, ſiue vncias decem, terenda terantur, adiecto aceto acerrimo, &, vt

UVA. BHSC. BU 00033

conuenit, coquantur, quousque non coinquinentur manus, & fiant pastilli manibus aceto acerrimo intinctis, qui per decem dies in aceto acerrimo macerentur. Cæterùm, quum plura emplastra ibi referta à Galeno prædictis libris describantur, hoc ad præsens à nobis conscriptum pro capitis vulneribus curandis, & vlceribus extirpandis, in vsum medendi trahere debemus, à quo id quod Paulus libro septimo suæ medicinæ scripsit, licet nonnihil ponderibus, medicinis tamen parum differt: reliqua verò varia huius generis medicamenta ex ipso petite Galeno, Paulo, Largo, & Celso, quæ tam scilicet cephalica, quàm catagmatica carnem producunt: & vbi os nudatum est, tam capiti, quàm aliis corporis partibus per se absque mistura aliqua applicari debent: vbi verò os nudatum non est, tunc aliquo liquore, vel cerato dilui debent, vt Galenus non raro libris signatis meminit, & secundo ad Glauconem.

VANVCCIVS. Cur sic? AMATVS. Quia vulnera quæ os detectum habent, exiccantibus valde curari debent medicamẽtis: reliqua verò quæ non habent, minùs exiccantibus, qualia hæc sunt medicamenta largo oleo rosaceo dilutа, aut

mista

UVA. BHSC. BU 00033

mista cerato, aut aliquo alio liquori. Et hoc est, quod (mea sententia) Auicenna dicere volebat, quum dixerit En quinta libri quarti, vulnera capitis, quæ ad almochatim perueniunt, curantur eo modo, quo cætera vlcera curari solent, id est capitis vulnera, quæ neque os detectum habent, nec perforatum, imò quæ non attigerunt membranam caluariam tegentem, curari debent, non eo modo, quo vulnera os detectum habentia, sed potius vt reliquorum membrorum vlcera, & vulnera, quæ non ita exiccantibus solent curari, & sanari, & hanc sententiam Auicenna ex Hippocrate & Galeno decerpsit, ex Hippocrate, libro de Vlceribus, & libro de Vulneribus capitis. Ex Galeno verò, Commentariis in librū de Articulis, sic dicente, Hippocrates sicciorē curationē tradit in libro de Vulneribus capitis, quàm in eoqui de vlceribus est: ea verò vlcera capitis, quæ vsque ad os non penetrant, sub iisdem præsidiis, atque aliarum partium curantur. Hæc Galenus, qui meritò ex Hippocrate sicciorem curationem tradit libro de Vulneribus capitis, quàm reliquo de Vlceribus, inquit, quia Hippocrates hoc de vulneribus capitis libro agit,

UVA. BHSC. BU 00033

osse decocto, siue nudato osse, aut perforato, aut saltem læsa membrana caluariam tegente: eodem enim modo vulnera membranæ craneum tegentis curari debent, quo detecto osse, aut perforato curari solent, vt suadet Galenus, libro secundo de Comp. med. s. l. Cęterùm Auicenna non solùm ex prędictis decerpsit locis sententiam illam, sed etiam ex Galeno, libro sexto de Comp. med. s. genus, sic dicente, Sicciora medicamenta vulnerato capite eatenus idonea esse, quatenus os apertum est, quoniam capitis vlcera, vbi os nudatum non est, nihil proprium requirunt magis quàm in alia corporis parte: semper tamen spectata affectæ sedis natura, & cętera. VANVC. Arridentnobis hæc. AMAT. Meritò & vobis arridere debent, quia Galenus libris citatis de Comp. med. s. g. dempto capite, Cæterarum partium vulnera recentia ac cruenta, mollibus, blandis, & iis quæ dolorem non excitant medicamentis, curat, qualia sunt enhema: vocantur autem ex bitumine emplastra barbara cirrha, & phæa, quia fului & fusci sint coloris, sed cur barbara dicantur, Galenus se ignorare fatetur libro secũdo ad Glauconem, de quibus Commentario quar-

to

UVA. BHSC. BU 00033

to in librum de articulis meminit, veluti de Compos. med. s. g. Quòd si potenter siccantibus medicamentis pro iis curandis vulneribus antiqui vtebantur, illis aliquod ex glutinantibus medicamentis non vehementer siccantibus miscebant, quòd crescentem teneram carnem blandè, & sine vellicatione cogeret, non minus ac in sinu curando, vt ad eius veniret finem, & ibi retineretur sua viscositate, vt opus compleret, veluti quando mediocriter carne repletus est sinus, vt humiditatem redundantem naturalem absumeret: solet autem eorum acrimonia exui, si eorum pauxillo, largum oleum aut ceratum miscetur, & emmotorum modo reddat. Vocant autem Græci emmota medicamenta liquida, quæ μοτοῖς, id est linamentis, & linteis excipiuntur, & in sinus & cauernosa vlcera sordida pyulco, aut meliùs fistula lata vesicæ suillæ insita iniiciebantur, & linamentis obturabantur: ex quibus sunt emplastra, isis, & quæ ad Macherionem, & Epigobum referuntur, vt multa olia prætereamus.

VANVC. In curandis capitis vulneribus, nudato osse, seruátne Galenus sem per prædictum curandi ordinem, quem

UVA. BHSC. BU 00033

Meges tantoperè laudabat? AMATVS. Minimè gentium, imò illum alium mitem & blandum Romæ vsitatum. Nam libris de Facult. simpl. med. ita tradit: ego verò sexcentos noui eorum, quibus Romæ perforata fuere capitis ossa, nec quicquam ab vsu rosacei, citra columbæ sanguinem offensos, & subdit: itaque melius inuenire nihil possis in capite perforato, quàm vt rosaceo probo vtare. Hæc Galenus, vbi, vt obiter hoc dicam, sanguinem columbæ in hoc casu prætermittit. CELSVS. Vidi ego non rarò probatos quosdam chirurgos supra duram membranam, calentem ex ala columbæ sanguinem perfundere, felici & optimo semper successu. AMATVS. De iis vberius, si placet, legite nostrum Dioscoridem. Galenus tamen libro secundo de Composit. medic. vbi Apollonij medicamenta persequitur, ad capitis dolorem ex ictu, detracto osse, rosaceum quoque supra membranam denudatam indit: & eò rosacei huius vsus deuenit, vt hodie plures duram membranam nudatam per totum vulneris cursum solo eo curare nitantur, testantes oleum rosaceum omphacinum tepefactum sufficiens esse, supra posito vno vel altero

vnguen

UVA. BHSC. BU 00033

vnguento, vel capitali cerato ad huiusmodi malum curandum, quum tamen Paulus tres dies tantùm rosaceum admittat, vt inferiùs audietis.

VANVCCIVS. Prioribus septenis diebus rosaceo detectam duram membranam plures curare obseruaui, linamenta intincta oui albo & rubro simul contusis, & mistis rosaceo suprà ponendo. Alios verò, qui illicò restricto sanguine, medicamentum satis vulgare digestiuum dictum compositum oui vitello, terebenthina, & rosaceo tepente suprà ponebant, irrorata primò membrana dura rosaceo tepente, aliquando solo, quandoque verò melle rosaceo colatitio admisto, & pro plagæ ratione quandoque ad decimumquartum & vigesimum diem in eadem persistebant curatione, semper capitis partem eodem rosaceo calente abundè persundentes, & eò linteа imbuta supra ponentes, quoad fortè de inflammatione securi essent. CELETA. Non desunt hodie qui vulnera similia curent aqua vitæ (quam Ardentem appellant) excepta variis medicamentis aridis cephalicis à nobis numeratis, & posteà per campanam, destillata, quos ego semper detestatus sum.

VANVC.

UVA. BHSC. BU 00033

VANVC. Hodie quoque nonnulli ſunt qui ſola frigida aqua ſuſurratis nonnullis verbis non ſolùm capitis, ſed reliquarum partium corporis vulnera curare contendant, contra quos Vidius conterraneus meus ita proſequitur, dum Hipp. orationem illam interpretatur, Vlcus in capite neque vino, neque alia re madefacere oportet, aut certè quàm minimum: inquit igitur conterraneus meus vir doctiſſimus & eloquentiſſimus. Ex his patet, quam miſerè ægrotantes occidant, qui nõ ſolùm alijs vulneribus, ſed illis etiam, quæ in capite ſunt, medentur linteis ex aqua frigida madefactis. Nam ſi vinum incommodum eſt, quanto magis aqua? verùm multos adducunt, hac medicina reſtitutos, neque verentur aſſerere id non aquæ potẽtia, ſed miraculo quodam fieri, cùm ſacris quibuſdam verbis prolatis aqua propè diuina reddatur, & id efficiat, quod per ſe minimè poſſet, quæ ſuperſtitioſa religio eodem modo refelli poteſt, quo refelluntur, qui ſcorpionem volebant carminibus & ſaliua necari, nam, ſi vtrunque ſeorſum experiamur, idem præſtare aquam per ſe, quod prolatis verbis inueniemus: igitur, vt nugis omiſſis atque ineptijs rei naturam perſequamur

UVA. BHSC. BU 00033

quamur, frigida aqua non aliter in vlceribus proficit, quàm in frigidis morbis, in quibus, si hominem non ita calidum nacta sit, calorem extinguit, & ipsum interimit, si abūdè calidum, quum calor frigus refugiat, & in vnum coactus potentior reddatur, morbum exoluit, quod placuit Hippocrati, quum iuuenem boni habitus, æstate, neruorum distentione prehensum sanari aqua frigida scribit. Cunctis itaque vulneribus aqua frigida nocet, tunc autem magis innocenter adhibetur, quum natura & corporis totius, & partis affectæ calida est, cùm affectus recens, quum per tempestatem licet frigidis vti, quod voluit Cornelius Celsus. Vbi sine peregrinis & conquisitis medicamentis sola aqua frigida curari vulnera tradidit: nanque, vbi sustineatur, vlcus purum seruat, repellendi vim habet, & naturali calore aucto sanitatem restituit. Sed quum os apertum est, ex toto fugienda est, non modò in capite, quod vino quoque offenditur, sed in alijs etiam partibus. Quod verò iactant innumeros eiusmodi præsidio liberatos, vtinam æquè liceret interemptos aspicere atque eos, qui conualuerunt.

CELE

UVA. BHSC. BU 00033

CELETANVS. Varij cùm sint & tot curandi capitis vulnera modi, quid Hippocrates in hac re senserit, dicere ne graueris rogo, quò ipsæ medicinæ lumen sit.

AMATVS. Dicam breui, Hippocrates, Galenus, & omnes quotquot sunt clari medici, vnanimes, & concordes in hac sunt sententia, si vulnera simplicia sint, in quibus neque de dolore, neque de inflammatione timetur, exiecantibus solis medicamentis curari debere, neque cataplasmata, neque vincula esse admouenda, præter ea necessaria laxa, quæ tantum medicamentum tenere valent. si verò vulnera composita sint, in quibus & caro contusa sit, & membrana forte lacerata, aut læsa, & dolor adest, & inflammatio occupare incipit, aut timetur ne breui eueniat, tunc ad lenientia confugiunt, vt Galenus libro secundo citato de Compositione medicamentorum s.l. & libris de Facultatibus simplicium medicamentorum, veluti alijs sexcentis locis testatus est, in quibus oleo rosaceo tepente semper vtitur, & lenientibus, postea verò quum timor non est doloris, neque inflammationis, ad cephalica medicamenta arida siccantia venit, quæ supra membranam respergit, quam curandi viam

UVA. BHSC. BU 00033

viam seruat Cornelius Celsus, qui si non obstiterit dolor, aut inflammatio, à principio ad finem siccantibus semper vtitur: extracto nanque osse, illico membranam acri respergit aceto, vt si quid sanguinis ex ea confluit cohibeatur, si verò concretum fuerit, discutiatur.

CELETAN. Si ita res habet, hodierni laude multa digni sunt chirurgici, vt qui rosaceum super membranam per se, etiã linteolo exceptum respergunt, & superponunt, & medicamentum ex oui vitello, & terebenthina, rosaceo tepente temperatum ad aliquot dies admittunt.

AMATVS. Procul dubio, quia rarò membrana dura visui patet, vt non contusa, laniata, aut lacerata sit, non minùs ac caro & membrana caluariam contegens, quæ omnia, lenientia & mitia medicamenta hæc postulant, & multò magis si à chirurgo secta caro fuit, & caluariæ os instrumento perforatum, quia doloris & inflammationis timor est. hanc sententiam confirmat Hippocrates libro de Vlceribus, dicens, Quodcunque vlcus telo acuto inferatur, vel ita etiam, vt altè insidat, medicamentum exigit quod cruentis vulneribus protinus iniicitur, quod desiccando suppurationem

non proh

VVA. BHSC. BU 00033

prohibeat. Si quid carnis colliſum attritúmque à telo fuerit, ita curandum eſt, vt quam celerrimè ſuppuret, nam & minùs inflammatione prehenditur, & neceſſe eſt colliſam detritámque à telo carnem in pus verſam tabeſcere: deinde nouam creari. Ex quibus Hippocratis verbis liquidò cernitur, contuſam, aut colliſam carnem, plagæ coniunctam neceſſariò in pus verti debere, id quod de membrana dura intelligendum quoque non rarò Hippocrates ipſe inculcat. Hanc eandem ſententiam confirmant Hippocrates libro de Vulneribus capitis, ad hunc modum, inquiens, neceſſe enim eſt colliſam carnem detritámque in pus verſam tabeſcere. Sed multo clariùs eodem hoc libro cum ait, malum autem in vlcere carnem humidam eſſe, hebetem & diuturniori tempore purgari: danda verò opera eſt, vt vlcus quàm celerrimè ſuppuret, hoc enim pacto, quæ iuxta ſunt inflammari non poterunt, ipſúmque purum quam celerrimè efficietur. Neceſſe enim eſt laceratam colliſámque à telo carnem in pus verſam tabeſcere: poſt quam purgata erit, ſiccari vlcus debet, nam ſic maturè admodum ſeneſcet, & caro

non

UVA. BHSC. BU 00033

non humida, sed sicca pro lucetur, sic etiam in vlcere caro minimè supercrescet. Hæc Hippocrates, quibus fortè Romani nixi, mitem & blandam curationem, tanquam securam & optimam sibi addixerunt, quia ea primò vulnerum collisam carnem in pus versam purgant, dein exiccant: iubet nanque Hippocrates pro virili curet medicus, vt quàm celerrimè suppuret vulnus, quia hoc pacto, partes quæ iuxta sunt inflammatione non tentabuntur, nam si interea collisa & contusa caro in pus versa non fuerit, nequaquam vulnus sanari poterit. Postquam autem opus hoc completum fuerit, quod calidis & humidis, ac putrefacientibus, & pus mouentibus prius, quàm frigidis siccísque compleri debet, tunc purgata à sanie carne, siccari postea debet, & caro produci, & consolidari, ac cicatrice obduci.

VANVCCIVS. Cur in vulneribus contusa caro, aut collisa in pus verti primò expetitur?

AMATVS. Quia præter quod caro ita est affecta vt restitui non possit, disruptis venulis sanguine plena est, qui quum extra venas sit, necesse est corrumpatur & cum eo caro ipsum continens, ad quæ

R

UVA. BHSC. BU 00033

concurrunt, dolor, & calor superfluus, ex quibus inflammatio partes proximas occupans concitatur: meritò igitur Hippocrates quàm diligentissimè ad suppurationem, collisum, & contusum vertì suadet: si citò igitur & breui caro suppurat, & vulnus breui purum efficietur, quoniam vulnus purgari ante carnis suppurationem nequit, quemadmodum neque curari ante apostematis curationem, quæ omnia vt de carne, ita de dura membrana, & de ea quoque quæ caluariam tegit, ab Hippocrate dicì putate, præcipuè quum læsæ, vulneratæ, aut contusæ fuerint. Tradit autem Galenus, vt id repetamus, vulnera membranam caluariam tegentem attingentia periculo non vacare, minùs quàm ea quæ membranam detectam habent. ex quibus omnibus colligitur, quàm optimum esse, & rationi consentaneum, digestiuo dicto medicamento vti, & hoc magis putabimus cùm id componentia considerabimus. Occurrit primo oui vitellus, qui Galeno affirmante, libro vndecimo de Facultatibus simplicium medicamentorum frigidus primo gradu est, id quod Auicenna non negat, immò oui vitellum frigidum testatur, libro de medicinis cordialibus

UVA. BHSC. BU 00033

dialibus, & libro secundo sui canonis, confirmat, quum gallinæ oui vitellum conferre apostematibus calidis aurium tradat, in secunda verò qualitate siccum esse omnes consentiunt. Accedit oleum rosaceum omphacinum, quod frigidum & siccum esse, post Galenum omnes fatentur medici, quod Galenus ipse, vt audistis, tot & tantis laudibus extulit, præcipuè pro curandis capitis vulneribus, perforato osse, completum verò oleum rosaceum eodem Galeno teste libro secundo de Facultatibus simplicium medicamentorum, cap. 27. easdem vel similes vires obtinet, quas succus rosarum. Cæterùm, succum ex rosis expressum exciccandi vires habere omnes nouistis, terebenthina verò vulgaris laricea, eadem ferè viribus & facultatibus habetur cum vera ex terebintho destillante, vt fatetur Galenus, & nos in nostro diximus Dioscoride, quę ambabus qualitatibus omnium resinarum moderatissima est, & ea de causa, inquit Galenus, omnibus medicamentis, quæ vlcera rectè curabunt, eam admiscere satius est. Ad hæc quod neruis summopere conuenit, & eos roborat, ac viuificat, adeò vt multi hodie ea sola omne genus vlcerum curare con-

UVA. BHSC. BU 00033

tendant, non nisi prospero & fœlici semper successu, vt iure ea vti debeamus. At quia in ea nescio quid acredinis percipitur, ea de causa, non semel ea frigida, prius, quàm ad opus trahamus, abluimus, vt iure concludendum sit, ex omnibus ijs medicinis magno iudicio medicamentum hoc excogitatum fuisse, quod vulgò digestiuum appellatur, quia in eo exiccandi pollet facultas mitis, & blanda, & qua mira consequuntur bona, inflammationes nanque arcet, & prohibet dolores leuãdo & leniendo, & quidquid ad suppurationem in vulnere venire debet, breui trahendo, pus non nisi album, læue & æquale, absque odore malo, producendo. Vnde vulnera breui cùm purgantur, paruo negotio, exiccantur, absterguntur, & ex consequenti in eis caro producitur, & consolidatur, cephalicis aridis supra respersis. Quòd si huius digestiui præsentia, pus superabundauerit, ab eo desistimus & fortè siccis linamentis vtimur, quousque exiccatum vulnus sit. aut tunc iam eo abstinemus, & hoc alio absterforio dicto vtimur, quod constat, farina hordeacea, melle rosaceo colatitio, vitello oui, & quandoque oleo rosaceo, aut horum vice, cephalicis aridis memoratis

VVA. BHSC. BV 00033

ratis vtimur, aſpergendo ſupra membranam mel roſaceum colatitium admiſtum roſaceo oleo. quanquam vice roſacei tepentis, multi hodie, oleo extracto ex ouorum vitellis frixorio aſſis, fœliciſſimè operentur, vt ex Auicenna quoque deprehenditur libro ſecundo, capite de ouis: ſed tunc vnguenta cephalica ſuperponimus, vt ex betonica, gummate elemi dicta, oleæ ſylueſtris, matre ſylua, gratia Dei, aureo chirurgico, dicto de reſina, & ſimilibus, modò vno, modò alio pro temporis qualitate, æſtate namque frigidioribus, hyeme verò calidioribus vtimur. ſed iam tunc vinum rubrum auſterum incoctum abſynthio, betonica, roſis, pomis cupreſſi, & ſimilibus, quod ſtypticum appellamus, exceptum linteo, & bene expreſſo, ac calido, ſuperponimus. demum ad ceratum quod corpoream cicatricem, ſuccedentem in oſſium vicem, coadiuuat, & humiditates derelictas exiccat, & caput omnino roborat deuenimus, quod ex betonica plerunq; in officinis proſtat, aut ad eum quod gratia Dei dicitur, aut ad aliud diachylon appellatum, aut ad carpenſe ceratum capitale dictum, aut ad huius generis excogitatum aliud.

UVA. BHSC. BU 00033

CELETANVS. Ita hæc tua mihi arridēt, vt non possim nisi in tuam ire sententiam. AMATVS. Ne quis sycophanta in nos debacchetur, ex ijs dico qui supremis labijs artem medicam degustarunt, tantas rationes nos ad opus hoc trahentes audite, & primò, si quis rectè Galenum tenuerit libro quarto methodi medendi, vbi præcipuè Hippocratis orationem ex libro de vlceribus adducit, inueniet, omnia vlcera esse exciccanda, præter ea, in quibus pus mouendum est, sed quæ illa sint, dicite vos rogo.

CELETANVS. Si Galenus ita ex Hippocrate agendum docet, proculdubio, ea sola vulnera, quæ per primam tantùm intentionem curari solent, & in eis tantùm labiorum agglutinationem procuramus, siccis medicamentis curari debent: aut saltem ea vlcera, quæ nihil præter vlceris curationem, in se habent. Quoniam vlcus in quantum vlcus exiccationē postulat. Cæterùm, cùm vulnera, præter mitia illa citata, omnia reliqua pus mouendum in se habeant, quia vulneratam carnem, quia collisam, aut laceratam, & perruptis venis plenam, consequens est, vt cataplasmate citato, vel simili, vt quàm celerrimè plagam ad

suppur

UVA. BHSC. BU 00033

supputationem trahamus, vtamur.

AMATVS. Hoc vestrum argumentum efficax sanè est, pro quo roborando, pauli sper attendite. si Hippocrates vlcera siccis curat, cur est quòd articulos vlceratos cerato, & rebus humidis curet?

VANVC. Fortè id in causa est, quòd cùm hæc molitur Hippocrates, non tantùm vlcus, quantùm neruorum distentionem, quam timet, respicit.

AMAT. Beasti me Vanucci, vt qui tam rectè & ad Hippocratis mentem respondisti: sed quum ita sit, cur nos in fracta caluaria, detecta dura membrana, à qua, vt Erasistrato placet, nerui originem trahunt: aut vt Galeno, ex cerebri substantia, & per eam membranã nerui ipsi trãsitum habent, vt ea læsa, & cerebrum & neruos lædi credibile sit, nos neruorum distentionem non timebimus, & omni data opera, ne ægrotus in neruorum læsionem deueniat, muniemur?

CELET. Hæc ita conuincunt, vt nihil supra dici desiderent. AMAT. Si quis rectè Paulũ tenuerit, facilè inueniet ipsum non multum ab hac nostra curatione dissentire. VANVC. Quónam modo Paulus curabat? AMATVS. Post restrictum sanguinem, primo die oleum rosaceum

UVA. BHSC. BU 00033

calidum supra membranam indebat, & linteolum eodem oleo tepente imbutum superponebat, deinde lanam rosaceo eodem similiter madefactam vsque ad tertium diem supra positam dimittebat, intra hoc triduum sæpè oleum rosaceum supra infundendo, fortè quia de dolore timet, & hic proculdubio, noster curandi modus est. omphacinum oleum calidum super membranam respergimus, & linteolum, siue zendalum rubrum eo madefactum supra eam adaptamus. deinde linamenta eo digestiuo intincta superponimus, & multo rosaceo tepente caput perfundimus, vice quorũ Aegineta suam lanam oleo madefactam admittit, neque Cornelius Celsus, hanc curationem reijcit, vt qui eum percurrerit, inuenit. iubet tamen Celsus semel in die vulnus, etiam bis in æstate curari, postèà verò Aegineta à tertio die, membranam siccantibus nutrit, qualia sunt à nobis citata, & cruentis vulneribus simplicibus inijciuntur. Quòd si membrana inflammetur, sic vt tumeat, eam Aegineta fouet oleo rosaceo, & aqua in qua fœnugræcum, semen lini, althæa, camæmela, atque huius generis alia decocta fuerint, & cataplasma ex farina hordei superimponit, vel ex semine

UVA. BHSC. BU 00033

mine lini & alijs proximè citatis. quòd si nigruerit, fortè ex medicamentis in id efficacibus, mel triplum oleo rosaceo mistum supra destillat, reliqua admouendo. At si nigrities sua sponte prouenerit, idq; in imo potissimùm, cum alijs grauibus indicijs, tunc à præsagio habito, hunc moriturum esse, quia natiuum calorem emortuum habeat, attingi non debere suadet, sed nos ne immisericordes videamur eum adiuuamus & visitamus, ad horam vsque obitus quia mirabilia in hac arte non rarò euenire percipimus? Celsus verò, si membrana per inflammationem intumeat, superinfundit oleum rosaceum tepidum, quòd si vsque eo tumeat, vt super ossa emineat eam reprimit puluere lenticulæ, vel foliorum vitis, excepto recenti butyro, vel adipe anserino: quòd si membrana parum pura videbitur, tunc æquam emplastri alicuius, quod caluariæ causa componitur partem cum melle infundit, eiusq; continendi causa, linamenta adijcit, & tandem linteolo emplastro illito contegit: At, vbi membrana satis pura videtur, vt caro citius producatur, ceratum emplastro miscet. Cæterùm, Galenus ab Apollonio acceptum refert, vbi cerebri membrana vul-

UVA. BHSC. BU 00033

nerata est, nepetæ succo & farina hordei sicca facilè glutinari.

VANVCCIVS. Sunt sanè hæc, vtpote à tantis & tam grauibus viris dicta, verè aurea, quorum præcepta in totum obseruo, casum referam non pœnitendum, si modo eum audire non pigebit.

AMAT. Immo Galenum imitabimur, qui in vniuersa sua doctrina non contentus communibus theorematis, exempla permulta exercendi gratia adijcit, quibus rerum cognitio euidentior, & magis firma euadit, dic igitur.

VANVC. Ogaricus quidam Omblensis, ferrea clauà à viro forti & robusto in capite ad synciput percussus fuit, ita sæuè, vt illico tanquam mortuus in terram ceciderit, ad quem vocatus ipse, eum ingens vulnus magna cum cranei fractura habere deprehendi, ex quo subitò quatuor non contemnenda extraxi ossa, & restricto sanguine, vt fieri solet, per album oui, ex brachio sanguinem mittendum curaui, ventre primò per clysterem exonerato, secunda verò curatione, iustæ magnitudinis sena alia ossa, præter plura alia exigua, rasorio lenticulato extraxi, & vt opus erat, craneum per circuitum, eo lenticulato, veluti incisorijs alijs rasorijs

UVA. BHSC. BU 00033

sorijs poliui, erat autem dura menix magna quantitate detecta, ac non parum dilaniata, tandem post chirurgiam, oleum rosaceum omphacinum supra durã membranam tepidum inieci, & linteolum imbutum eodem rosaceo calente supra posui, & linamenta quoque madefacta eodem oleo per ordinem digessi & adaptaui, tandem duplicato linteo, eodem calente rosaceo imbuto, omnibus rite compertis, leniter ne membrana comprimeretur, fasciaui. instabat autem æquinoctium hyemale, temperatum satis, & vt antè audistis me fecisse secunda curatione, ita tertia, & quarta, actitatum putate, cæterum, quarto die, hic de ingenti capitis & oculorum grauedine conqueri cœpit, non habebat tamen febrim, qua de causa iniecto infuso, & alui respondentia habita, melius habuit, tũc verò oleo rosaceo, rhodomelitis portiunculam miscui, & digestiuum medicamentum vulgatum linamentis exceptum vulneris labris indidi, suprà expanso duplicato illo linteo rosaceo calente imbuto. septimo verò, graui rigore affectus est, quem postea subsequuta fuit febris ingens, mentis cum alienatione, & linguæ non exigua ariditate, sed tunc in duræ membranæ particula, ni

gredo

UVA. BHSC. BU 00033

gredo quædam apparuit, eius reliqua comparente parte liuida, quin & vulneris labra, subalbida, ac suppressa erant. pro quibus abigendis malis, & ægroto ipso iuuando, omni data opera, occurrimus fomento parato oleo rosaceo, aqua decoctionis althææ, fœnugræci, seminis lini, & camomillæ, eo cerebrum fouendo, & postea gallinaceorum pinguedinem superfundendo, linamentis eadem intinctis, superpositis, veluti leuiori quadam aridæ cucurbitæ testudine, exquisitè consita, ne comprimeretur à medicamentis supra admotis. nondum autem septimum exierat diem, quando grauiori rigore apprehensus, animam expirare breui omnes crederent, & vt antè septimo die bis rigore correptus fuit, ita octauo, nono, & decimo, sed quod peius est, absque somno vllo, quo in tempore, huic victus, pulli contusum erat, porus verò ius pulli semicocti: quum igitur in agone, & labore tanto cura versaretur hæc, ecce, vndecimi initio pus, quantum oui testa capit, dissupta apparente membrana, comparuit, inde eadem curatione protracta, quarto decimo die, huic tres superuenere rigores, grauissimi & sæuissimi, vt ipsum tunc mori crediderim, adiutus tamen

UVA. BHSC. BU 00033

tamen & diligenter nutritus eo die euasit. decimoquinto eum curare cœpi rhodomelite & terebinthina, supra posito linteo illito vnguento gummi elemi, & hoc bis in die, ad vigesimum quartum, in quibus diebus de alui respondentia soliciti semper eramus, quia singulis illis diebus, singuli rigores illi superueniebant. porrò, à vigesimo quarto die ad trigesimum primum, paroxysmi alternis diebus eum inuadere cœperunt, post rigorem succedente febre, à trigesimo tamen primo die, ad quadragesimum primum, absque paroxysmo, & noxa vlla processit. at, quadragesimo primo die, denuo paroxysmus ingenti rigore eum inuasit, qui ad viginti horas sequentes non contemnenda febre prostratus fuit, quo tempore, & si caro satis esset in plaga producta, de nouo supra eam, pinguedinem gallinæ destillaui, qua sequenti die, multum puris in vulnere conspexi, & ægrotus subinde à febre immunis euasit. sed prædicto vnguento, & reliquis dictis, supra admoto vino dicto styptico, curationem ad quinquagesimum quintum diem traxi, in quo tempore ossium squamæ exierunt, & in totum sanus à vulnere euasit, ore manente distorto, & ipse

UVA. BHSC. BU 00033

ipse quasi stupidus & fatuus redditus.

AMATVS. Placuit sanè casum, & eius curandi rationem audire, fuit nanque membranæ duræ inflammatio, siue apostema, ob dilaniatam membranam euenies, quam tu diligentissimè curasti, & vt erat necessarium tractasti.

CELET. Non dissimilia, & digna notatu varia alia quotidie euenire, obseruamus, quæ si chartis mandarentur, minimè de puero Smirniæ apud Galenum admirarentur iuuenes.

VANVCC. Meministi tu Celetane, illius pueri ab alto cadentis, quem ambo nos curabamus tractabamúsve, ex cuius cerebri parte anteriori, non exigua portio per interualla exiuit, & tamen euasit, & nunc alacriter viuit?

AMATVS. Mira in hac arte quotidie euenire, qui eam exercent, norunt satis, immo in ea prope quoddam diuinum esse merito clamant, sed iam curandi via signata, ægrotum nostrum curate, neque latum vnguem, vt dici solet prætereatis, & eo magis in vulnere frontis, in quo veluti quouis alio inflicto cuiuis corporis particulæ, dempto capite Hippocrates & cataplasma, & fasciam constringentem admittit. VANVCCIVS. qua de causa?

AMAT.

UVA. BHSC. BU 00033

AMATVS. Quia aliunde superfluitates recipiunt, & tumor est à facili quaque causa inflammentur, vnde & cataplasma admittit, & constringens vinculum: ita enim Hippocrates, ne me mentiri dicatis, ait, at, neque adstringere etiam conuenit capitis vlcus, nisi fuerit in fronte, aut in parte quæ sine pilis sit, aut ad supercilia atque oculum, vlcera enim hi locis cataplasmata magis & vincula requirũt, quàm alia capitis parte, siquidem reliquum caput, frontem vniuersam continet, vlcera autem vbicunque fuerint, ob sanguinis cursum ex iis quæ continent, inflammantur, intuméntque.

VANVCCIVS. In fasciando & vinciendo vulnere, vndénam deligaturam extendere incipiemus?

AMATVS. Galenus libro sexto Meth. med. huic respondet dubio, dicens, Non alienum à ratione arbitror, deligaturæ principium super ipsam fracturam mitti, ab hinc verò ad reliquum membrum dispensari, etenim qui contra deligat, is ab integris ad ægram partem sanguinem compellit. atqui si ab ægro loco incipiat, in integrum finiat, non solùm innoxia eiusmodi deligatura in iis quæ diximus erit, sed etiam vtile quiddam contulerit:

quip

UVA. BHSC. BU 00033

quippe, cùm nullam circa fracturam sinet excitari phlegmonem, cuius rei curam habere in primis oportet, & cætera.

VANVCCIVS. Clarè sanè Galenus à loco iuxta fracturam dispensandam esse de ligaturam ad reliquam partem tradit, sed vtinam hodierni chirurgici, non tantis fasciis, aut pileis fulcitis pellibus, capite vulneratos etiam calēte aëre obuoluant, muniántve, quum ex illis sæpe maiora noxa, quàm iuuamenta sequi deprehendamus.

CELETANVS. Fasciandi & vinciendi rationem quicunque rectè tenuerit, non parum in arte chirurgica obtinuisse creditur.

AMATVS. Haud dubiè, & hanc partem artis prisci medici tantùm fecerunt, vt de ea integros libros memoriæ commendauerint, sic Soranus, sic Heliodorus, sic Galenus, & Oribasius, quæ omnia ab Hippocrate tanquam à fonte perenni & scaturiente emanarunt.

CELETANVS. Ne mente decidat, dicas rogo ò Amate, éstne verum, quod vulnera capitis quo maiora sunt, minus periculi habent?

AMATVS. Ita esse Hippocrates testatur, præcipuè si membrana dura illæsa fuerit, quia locus per quem sanies, & humiditas

UVA. BHSC. BU 00033

miditas exeant, satis pateat: sic enim Hippocrates ait, quodcunque etiam os à suo statu recedens desidit, vel quod perruptũ sit, vel quod latè omnino præcisum, minùs periculosum est, membrana inuiolata: quod item pluribus rimis & latioribus fractum est, minus adhuc periculosum, & facilius euellitur, & cætera. Per quæ Hippocr. satis clarè dicit, quòd ossa capitis, quo magis præcisa & magis abrupta sunt, ac fissa, eo minus periculosa sunt, modò membrana inuiolata maneat, sic costa fracta minus periculosa est, & faciliorem curationem recipit, quàm collisa, & spina si cõcutiatur grauius malum afferre solet, quàm si peruertatur, ita iugulum quum transuersum frãgitur, minus in se periculi habet, quàm quum in longitudinem. quæ omnia Hipocrates ita esse testatus est. VANVC. In capitis vulneribus, si rima, aut fissura illico in principio non apparuit, & postea superuenerint symptomata grauia, vt febris, delirium, & huius generis alia, aperiré ne debemus, an emplastris malo succurremus? AMAT. Huic dubio Hippocrates respondet, quòd illico aperire debeamus, sic enim ille ait, Verum, vbi intelligis febrem inuadere, vel quid aliud signum languen-

UVA. BHSC. BU 00033

ti superuenire, nihil cessare debes, sed os vsq; ad membranam secare, vel scalpro radere, & cætera. Ex quibus Hippocratis verbis, illorum detegitur turpis error, qui capitis omne vulnus, etiam apparente rima aut fissura subtili, solis suis emplastris, absque apertura, & ossis perforatione, curare contendebant, argumentum forrè desumentes à fractis cruribus, brachiis & costis, quæ solis emplastris, vnione proposita, restitui ad sanitatē animaduertebant: sed ij, vt dixi, miserè decipiuntur, quia longè aliud est operari, vbi cutis & caro secta est, quàm vbi integra manet, & longè aliud in capitis quàm aliorum membrorum vulneribus, quoniam vbi cutis integra & non detecta manet, fieri potest, vt quotidie euenire videmus, ossa restituantur, quia calor vnitus, & coactus, nō difflatis spiritibus, coadiuuantibus etiā medicamentis sufficiēs est opus hoc cōplere, id quod cōplere nō valet, vbi cutis & caro secta fuerit, & hinc Hipp. enarrandus à nobis venit, in ea sententia, quod collisum & contusum est, necessarium est, in pus versum contabescat, scilicet, stante plaga, & cute secta, id quod est collisum, & contusum necesse est in pus vertatur, secus autem non existente

vulu

UVA. BHSC. BU 00033

vulnere. Nam vbi non est plaga, etiam comparente carne collisa & contusa, non est necessarium, in pus vertatur, vt sæpe obseruamus in membrorum fracturis, nõ detecta cute, quæ & si multum habeant collisi, & contusi, ad sanitatem tamen absque puris comitatia restituuntur, veluti in oculorum vibicibus quotidie quoq; percipimus, vt demum concludere debeamus, in casu à te proposito, illico ad sectionem confugere oportere, etiam integra manente cute. VANVC. Arridet hæc, vt quæ ad Hippocratis & Galeni mẽtem sint dicta, sed si meninges cerebrum contegentes ex ictu male essent affectæ, manente cute integra & inuiolata, vt fieri posse conclusimus, tunc emplastris, an potius sectione succurrere debemus? responde quæso. AMAT. Ego vt qui non multum emplastris fido, ad sectionem illico deuenirem. VANVC. Quibus notis, & iudiciis, malum tantum pati hominem deprehendemus? AMA. Talis ex equo forte cecidit, aut re obtusa & graui percussus fuit, aut supra eius caput ab alto res ponderosa & grauis cecidit, & ille illico vertigine & scothomate affectus in terram cecidit, & vomuit, & postea bene habuit, sed intra triduum, conqueritur,

UVA. BHSC. BU 00033

& cum horrore febris eum aprehendit, & postea superueniunt capitis dolor, delirium, sitis intesa, linguæ nigredo, & varia alia quæ morituri prædicunt. VAN. Quo in loco sectio fieri debet, quū cutis integra sit, & nos lateat locus affectus? AMA. Id ex ægrotātis relatu percipiamus decet, quia vbi dolebat, ibi malū subest, immo ad locum læsum ægrotans sæpe manum admouet, & fortè cutis si non secta, contusa saltem videbitur, & ægrotus dentibus paleam scindere non potest ob dolorem, quæ indicia omnia vobis deseruiunt in capitis vulnere à contraria parte malum habente, sed tunc vulnus subliuidum euadit, & saniem modicam effundit. VAN. Nónne pro tanto & tam difficili, ac abscondito malo, satius esset emplastris vti, vt magistri illi Bartapalia, Rolandus, Rogerius & huius militiæ viri vtebantur, & eo magis, quia nos videmus in phrenitide, & lethargo morbo, solis emplastris humores domari, resolui, & ad optimum terminum reduci? AMATVS. Minimè gentium, quia ratio dispar est, in morbis nanque illis humores peccantes à natura regulari possunt, etiam non adminiculantibus medicamentis: in vulneribus verò capitis, etiam si admoueris emplastra

UVA. BHSC. BU 00033

stra, cataplasmata, cerata, & quæ sunt reliqua, sanguis extra venas existēs qui periculum minitatur, & brevi cerebri substantiam corrumpit, non superabitur, nec digeretur, aut euaporabitur, quibus de causis, ad sectionem deueniendum cum Hippocrate omni adhibita diligētia cōcludimus. VANVC. Vnum in hac tractatione semper ab iis præcipuè qui problemata nodare & dissoluere profitētur scire desideraui, cur est, quod in vulneribus capitis caro à parte inferiori ad superiorē producatur, in aliis verò contrario eueniat, hoc est, à superiori ad inferiorem produci soleat? AMAT. Nos Salmaticensibus, complutensibus, Parisiensibus, colymbriensibus, Louaniēsibus, Ferrariensibus, Patauinis, & Bononiensibus, cum quibus satis versati sumus, tibi vt respondeant committimus, interim sic dicentes, an fortè ob nutrimentum ab inferiori parte ad caput delatum, quod reliquis in membris contrario euenit. CELE. Carnē vulneribus superadditā, quibus medicinis leuas? AMA. Hodie omnes alumine vulgato, à rocha dicto, sed vsto, vtimini, veteres verò in huius vicē vtebantur chalcitide, misi, ærugine æris, modò vna, modò alia, pro temperaturæ ratione in hoc

vulgū

UVA. BHSC. BU 00033

vero nostro ægrotãte, vos vsto alumine vtimini, & curationẽ perficite, qua & nos sextam hanc Cẽturiam claudemus, quam vt vltimam in hoc dicendi genere esse cupiuimus, ita nunc volumus, testantes, si verũ est quod à Thucydide viro Athenienſi grauissimo, & eloquentissimo dictum est, historia tanquã thesaurus est, qui nũquam è manibus excidere debet, procul dubio Centuriæ medicinales hæ nostræ vobis gratissimæ esse debent, & tanquam medicinæ thesaurus habendæ, eis nanq; adiuti, vos similes morbos, paresque casus, facilius curabitis, eósque è corporibus humanis detrudetis: sunt nanque Centuriæ sex, sexcentas curationes cõtinentes, nec id sine exemplo. Nam si magnus ille Scipio trecentos olim fortissimos adolescentes in Sicilia succẽturiauit, quorum opera, & virtute fuso in Africa Hãnibale æmulam Romani imperij Carthaginem imperata facere coëgit: quid vos duplicato numero, hoc est, sexcentis his curationibus moborum omne genus extirpari posse desperetis? Valete. Ragusij anno 1558. quo tempore Caletum Hẽricus secundus Francorum Rex de Anglo recuperauit. Iterum valete, & secundum harum Centuriarũ tomum, è Græcia hac, hodie

UVA. BHSC. BU 00033

hodie Turcia dicta, breui Deo fauente expectate, quam vobis pergratum fore non dubito, quum præsertim cognoueritis composita esse ex habitis curationibus eadem in regione, & eisdem ciuitatibus, in quibus Diuus ille senex Hippocrates artem exercuit, in quibus vt ingenuè fatear, hodie veluti suo tempore, omnes morbi etiam tertianæ, & quartanæ periculo non carent: neque id mirum, quum omnes è peste contagium trahant. Thessalonice, ann. 1559. à mundi creatione, 5319.

Amati Lusitani medici Centuriæ sextæ finis.

UVA. BHSC. BU 00033

TVRO Deum immortalem, & sanctissima eius decem, oracula, quæ liberato ab Ægyptiaca seruitute populo Mose interprete in monte Sinae data sunt, me nihil prius aut antiquius in iis meis curationibus duxisse, quàm vt illibata rerum fides posteris traderetur, nihil finxisse, nihil addidisse, aut commutasse ornamenti gratia: id tamen vnum semper studuisse, vt vtilitas ad mortales promanaret, neminem laudasse, aut vituperio affecisse, vt priuatis affectibus indulgerem, nisi id veritatis studium exposceret. si fallo, Deum & Raphaëlem eius ministrum iratos semper habeam, nec quicquam in arte medica mihi ad votum succedat. De mercede præterea, quæ medicis exhiberi solet non admodum solicitum fuisse, multos non tantùm studiosè sed gratis etiam curauisse, mercedes etiam nõnullas à permultis oblatas magno & inuicto animo reiecisse, magis in eum intentum vt ægrotantes mea opera aut diligentia amissam consequerentur valetudinem, quàm, vt ego eorum liberalitate vel tenuitio ditior euaderem: eodémque loco semper apud me fuisse cuiusuis religionis homines, siue ij

Hebræi

UVA. BHSC. BU 00033

Hebræi, siue Christiani, aut Arabicæ legis sectatores essent: de dignitate verò nō admodum solicitum fuisse, eandémque diligentiam, pauperibus quam illustrissimo loco natis præstitisse, morbum nunquam produxisse, in præsagijs ea quæ sentiebam semper dixisse, pharmacopolarū nemini plus iusto fauisse, nisi ei fortasse, quem & peritia artis & bonitate animi cæteris præstare intelligerem, in medicamentis describendis, prout facultates ęgrotantis patiebantur, temperamentum semper adhibuisse, commissum mihi arcanum nemini detexisse, nulli mortiferū poculum propinasse, nullam mea opera matronam abortum fecisse, nihil à me in ea vbi curarem domu turpitudinis perpetratum. in summa, nihil à me commissum quod à præclaro & egregio medico alienum haberi posset, Hippocratem & Galenum artis medicæ parentes semper mihi imitandos proposuisse, non spretis nonnullorum in arte medica excellentium monumentis: in studiorum verò ratione adeo frequentem fuisse, vt nullum quantumuis arduum negotium, me à bonorum authorum lectione auocare potuerit non rei familiaris iactura, non nauigatio, non crebræ peregrinationes, non deniq;

UVA. BHSC. BU 00033

exilium, quod vt virum philosophum decet, magno & inuicto animo hactenus sponte substinui: discipulos quos ad hunc vsq; diem permultos habui, filiorum loco semper duxisse, eos cãdidissimè docuisse, hortatum vt bonorum similes euadere studerent, libros in re medica meos nulla animi ambitione ædidisse, sed id vnum spectasse vt quoquo modo mortãlium valetudini prospicerem: quod an assecutus sim aliorum iudicio relinquo, certè semper id præ me tuli atq; in votis maximè habui. Thessalonicæ datum, anno

1554.

FINIS.

UVA. BHSC. BU 00033

CATALOGVS CV-

RATIONVM CENTV-

riæ quintæ.

I. Curatio reiectationis sanguinis ex parte superiore asperæ arteriæ. pag. 8.

II. Inflammati isthmi seu vuæ, & tonsillarum. 18

III. De viro cui singulis mensibus per hæmorrhoides sanguis euacuabatur, vt mulieribus per vterum. 21

IIII. Curatio hecticæ febris intromissæ post longas alias febres. 25

V. Pleuritidis furculam & scapulã dextram prehendentis. 37

VI. Sanguinis reiectationis per interualla, in qua de fonticulo agitur in brachio aperto. 39

VII. De lumbricis cum febre. 50

VIII. De talpa seu talparia, hoc est tuberculo cum cranei corruptione. 54

IX. Curatio verrucarum in balano à coitu contractarum. 57

X. Carnearum excrescentiarum, & ragadiarum intra anum ad primum intestinum adnatarum. 58

XI. De febre interficiente grauibus & pernic

UVA. BHSC. BU 00033

	perniciosis symptomatis.	63
XII.	*Curatio abortus, & symptomatum postea exortorum.*	66
XIII.	*Febris continuæ ex repletione ortæ.*	73
XIIII.	*Vocis in totum amissæ propter vlcus palato innatum, & miro artificio recuperatæ.*	79
XV.	*De duobus similem faciem habentibus, simúlque eodem morbo agrotantibus.*	81
XVI.	*De febre continuò affligente.*	82
XVII.	*De quodam qui balanum ob præputij strictũram nudare non poterat: qui morbus Græcis φιμωσις dicitur.*	83
XVIII.	*Curatio doloris intestinorum ab humore calido.*	84
XIX.	*Tertianæ duplicis in simplicem versæ, & breui sanatæ.*	85
XX.	*De febribus consequentibus cheradas, quæ ægrotum interfecerunt.*	87
XXI.	*De dolore dentium, & optimo contra eum remedio.*	89
XXII.	*Curatio morbi Gallici per inunctiones ab vnguento ex Mercurio confecto, in qua docetur quomodo euitari debeat sputum ad os euenire solitũ.*	90
XXIII.	*Febrium continuarum.*	93
XXIIII.	*Febrium continuò affligentium.*	95
XXV.	*Morbi Gallici narium interiorẽ partem*	

UVA. BHSC. BU 00033

tem occupantis. 96
XXVI. Febris bilioſæ continuæ. 97
XXVII. Mulieris vtero gerentis febri continuæ laborantis. 100
XXVIII. Choleræ morbi, ſimul febris continuæ, & inteſtinorum tumeſcentiæ externæ affligentis. 102
XXIX. De vera & indubitata methodo præſeruandi à podagra, ſimúlque de remediis nonnullis conuenientibus doloribus podagricis, & tophis articulorum. 104
XXX. De inflammatione iecineris cum ſingultu, ex qua ſecuta eſt mors. 118
XXXI. De papillis ſeu mammarum capitulis elongandis, formandisve. 122
XXXII. De ſanguine detracto à muliere gracili, cui iandiu ſuppreſſi menſes erant, & contra medicorum opinionem ſana euaſit. 123
XXXIII. De obitu contracto ex Diabete, & potu aquarum ex thermis montis Boſdij. 125
XXXIIII. De accelerando partu. 127
XXXV. Curatio febris continuò affligentis, in morbillos terminatæ. 129
XXXVI. De vomitu cuiuſdam mulieris, ex quo medicus quidam cõtendebat vermem, ſcolopendrum dictum, eiectũ fuiſſe. 130

De al

UVA. BHSC. BU 00033

LXIX. Ramitis carnosi, varijs alijs affectionibus complicati. 176
LXX. Docetur quòd propagines venæ paris expertis coniunguntur ramulis venæ cauæ, thoracis internas partes nutrientibus. 182
LXXI. Curatio ischuriæ, id est vrinæ suppressionis, ob vrinæ fistulam crassis & lentis humoribus constrictam. 187
LXXII. Doloris Gallici cream, tibiæ anteriorem partem infestantis, & per theriacæs applicationem amoliti. 191
LXXIII. De angina sæua delitescente, quæ hominem poctea interfecit. 192
LXXIIII. De vlcere vterum occupante, confirmato dicto. 200
LXXV. Curatio grauissimi morbi, ex quo ægrotans, bis, ter, & pluries in die corripiebatur, & ita sæuè, vt à mulierculis assistentibus à spiritu dæmoniaco eum vexari crederetur. 201
LXXVI. Humidæ qualitatis absque humore, hominem ad perniciem trahentis. 208
LXXVII. Visus diminuti & corrupti, simúlque scotomiæ ob suffusionem, & crassam nebulã, in altero oculo apparentẽ. 211
LXXVIII. Tuberculi in capite exorti. 217
LXXIX. Vlcerum in vijs vrinæ maximo cum ardore derelictorum ex curatione caruncu-

UVA. BHSC. BU 00033

runcularum. 219
LXXX. Crustarum pueri caput occupantium, & ad oculos descendentium. 221
LXXXI. Febris diariæ ob frigus euenientis, simul quod omne genus febris cor pro subiecto habet. 222
LXXXII. Curatio aphtharum. 225
LXXXIII. Symptomatū quorundam mulieri cuidam sterili nonnulla ebibenti, vt prægnans euaderet, obortorum. 225
LXXXIIII. De monacho, qui amore puellæ cuiusdā, seipsum veneno hausto interemit. 229
LXXXV. Curatio pueri commorsi à cane, plaustrum continuo comitante. 230
LXXXVI. Reiectationis sanguinis. 231
LXXXVII. De mulicre quæ cum vterum gereret, melancholica euadebat. 238
LXXXVIII. De mira quadam carnea excrescentia, à mulieris inguinibus pēdente, pondere 25. librarum. 239
LXXXIX. De topico remedio, optimo & tuto scabiei conueniente. 240
XC. Curatio punctura ex piscis spina in digito obortæ. 241
XCI. De puero quodam, qui ob esum calcis viuæ diem suum obijt. 245
XCII. De symptomatis obortis ob multarum herbarum esum in oxyporo. 246

UVA. BHSC. BU 00033

XCIII. De optimo quodam remedio contra dolores, & tormina in dysenteria. 247
XCIIII. De opera naturæ artis operibus resistendente. 248
XCV. De gigante Senogalliæ nato crura tumefacta ad summum cum vlceribus habente. 249
XCVI. Curatio destillationis oculorum. 251
XCVII. Affectionum quarundam, & symptomatũ euenientium ab ingenti calliditate iocinoris, & cerebri. 252
XCVIII. De puero qui ob esum cicutæ obijt. 256
XCIX. De scirrho ingenti in ore nato, & à multis pro cancro habito. 257
C. De vlceribus renibus præfixis, maximo cum vrinæ ardore. 259

CATALOGVS CVRAtionum Centurię sextæ.

I. Curatio herpetis à thoracis alta parte ad testes vsque fœdantis. pag. 265
II. Dysenterici pueri topico remedio curati. 270
III. De morbo sæuo & crudeli, in quo ægrotans trecentos egesserit iustæ magnitudinis vermes. 272
IIII. De sanguine ex pectore reiecto, & fuco vrticæ cohibito. 277

De

UVA. BHSC. BU 00033

V. De puero loquente, qui postea ob morbum sæuum superuenientem mutus factus est. 278
VI. Curatio fluxus sanguinis narium cum mala ventriculi intemperie frigida. 285
VII. Curatio lienteriæ. 288
VIII. De quodam qui cùm duplici tertiana laboraret, in diaphragmatis abscessum incidit, & breui medici negligentia obijt. 289
IX. Curatio pueri qui ex fenestra ceciderat. 290
X. De phthisi hoc est vlcerepulmonis. 290
XI. Curatio pueri dysenteria affecti. 293
XII. Pueri meiere non potentis. 293
XIII. Casus mirus de puero ob timorẽ breui emortuo. 294
XIIII. De dysenterico vario ceræ vsu curato. 296
XV. De errore quodam à multis medicis commisso, in præbenda cichorea discocta febre laborantibus. 299
XVI. Curatio fluoris muliebris. 298
XVII. Crustosarum & concretarũ quarundem turundarum muccosarum, per nares emissarum, à mala quadam capitis affectione. 300
XVIII. Ophthalmiæ siue lippitudinis. 301
XIX. De Cassia Aegyptiaca viridi, &

UVA. BHSC. BU 00033

recenti, saccharo condita, quæ vetrem soluit. 303
XX. De sanguinis reiectatione. 304
XXI. De remediis partiu acceleratibus. 306
XXII. De Gallica scabie manuum palmas papulis & scissuris inficiente. 308
XXIII. Curatio febris tertianæ continuæ, malignæ, pulicari cum symptomate. 309
XXIIII. Febris continuæ epidemicæ. 314
XXV. De surditate contracta ob malum vitæ regimen. 320
XXVI. De tribus pueris fratribus eodem morbo correptis. 325
XXVII. De plenitudine. 328
XXVIII. De cordis angustijs & animi anxietudinibus ob suppressos menses. 331
XXIX. De febre interficiente. 331
XXX. Curatio doloris in iocinore. 334
XXXI. Punctura scorpionis. 335
XXXII. Febris continuò affligentis cui postea sanguinis reiectio successit, & postea sanguis per secessum exiit. 336
XXXIII. Doloris stomachi, cordis quoque regionem infestantis ab humore melancholico & viscida pituita euenientis: simúlque podagræ. 338
XXXIIII. Pueri sæpe in febrem cum vermibus propter obstructiones, & malum vitæ regimen incidentis. 345

De

UVA. BHSC. BU 00033

XXXV. *De febre cùm dolore ad costas nothas: simul quod cucurbitulæ secta cute morborũ initio rectè exerceri possunt.* 347

XXXVI. *De muliere continuò febriente cũ tussi & purulento screatu.* 350

XXXVII. *De muliere pariente geminos, marem & fœminam, quæ non rectè purgata obyt.* 351

XXXVIII. *De papillarum dolore, earũdem scissuris, ac contra eas remedio.* 359

XXXIX. *Curatio duritiei splenis ex quartana contractæ.* 360

XL. *Muliebris fluoris à multa pituita venientis, cui febris pituitosa cõtinuò complicata erat, à ventriculi & uteri frigida intemperie ortum trahens.* 368

XLI. *De remedio singulari contra podagræ ingentes dolores.* 373

XLII. *Casus mirus cuiusdam Galli nobilis, imaginatricem corruptam habẽtis, & eiusdem curatio faceta.* 373

XLIII. *Curatio morbi Gallici.* 378

XLIIII. *Melancholiæ morbi pendentis ab hypochondriis.* 380

XLV. *Febris cõtinuæ, malignæ, & malè moriger atæ, in qua per plures dies lotium integerrimum apparuit.* 385

XLVI. *De tertiana, & hœdina carne.* 390

XLVII. *Curatio subluxati ad talũ pedis.* 396

UVA. BHSC. BU 00033

XLVIII. *Mariti & vxoris morbo Gallico laborantium.* 398
XLIX. *De puella mira quadã sanguinis reiectatione laborante, quæ & omnia quæ comedebat, vomebat.* 400
L. *Curatio mulieris abortientis certo gestationis tempore.* 406
LI. *De inuando difficili partu.* 410
LII. *De febre pestilente.* 413
LIII. *De muliere sterili, quæ medicamentis præparata, post 18. anno concepit, & puellam elegãtem peperit: tandem mulier ipsa tabe confecta intra biennium obijt.* 416
LIIII. *De vetula cui intra triduum sanguinis libræ octo pernares effluxere.* 418
LV. *De præseruatione à coxendicum dolore.* 419
LVI. *Curatio lactis in grumos concreti in ventriculo.* 429
LVII. *De errore cuiusdam medici, qui acetum in cõlica affectione dedit, & ægrũ interfecit.* 433
LVIII. *De ardore vrinæ cum caruncularum mictione, & præstantia cõditi ex malua floribus saccharo apparati.* 434
LIX. *De lapide reiecto à renibus, similque de methodo seruanda in ardore vrinæ.* 438

De

UVA. BHSC. BV 00033

LX. De quodam qui natura sita multa & varia abhorrebat. 442
LXI. De muliere prægnante, quæ ob mora alijs cum cibarijs comesta, & in ventriculo corrupta in anxietudines, & animi angustias deuenit. 443
LXII. De repentina morte ex syncope eueniente, non ex apoplexia. 444
LXIII. De quodam vicini semine pro pistacijs comedente, vnde mors secuta. 446
LXIIII. Curatio scabritiei, & scissurarum palmarum manuum. 447
LXV. De pilis in lingua genitis satis longis. 448
LXVI. Curatio continuò febrientis. 449
LXVII. Cachexiæ, id est mali habitus corporis. 453
LXVIII. De varijs symptomatis ob laxatiõ vterum obortis, similque de epidemia morbo magnam Europæ partem inficiente breuique durante. 457
LXIX. Curatio febris continuæ coniunctæ fluxui ventris. 460
LXX. De laxata inferiori mandibula, & breui ad locum suum reddita. 462
LXXI. De febre continua absque symptomatis interficiente tamen. 463
LXXII. De pulsu deficiente, eiúsque intermissione in febre continua, à crassis &

UVA. BHSC. BU 00033

viscidis succis pendente. 466
LXXIII. De dysenteria interficiente, quæ post polypos comestos euenit. 470
LXXIIII. De verme lato quatuor cubitorũ per os ejecto: simul & Hippocrates enarratur. 471
LXXV. Curatio febris continuæ cum exanthematis. 475
LXXVI. Febris oblongæ & mitis absque symptomatis, ab obstructione venarum mesaraicarum pendentis. 480
LXXVII. De destillatione ad pectus descendente, simulque de ventriculi ac lienis obstructionibus, & errore medici. 485
LXXVIII. Curatio doloris ventriculi, a multa viscida pituita orti. 487
LXXIX. Doloris ventriculi in tertianæ paroxysmo affligentis. 494
LXXX. Vertiginis, quæ Græcè σκότωμα dicitur. 496
LXXXI. De phymate inter anum & testiculos, & quod crudũ aperiri debet. 499
LXXXII. De abscessu spirituoso, raro euenire solito. 501
LXXXIII. Detegitur error in descriptione galliæ moschatæ Nicolai, & alter in descriptione vnguenti rosacei apud Mesuen. 502
LXXXIIII. Curatio tenesmi ob inflammatum rectum

UVA. BHSC. BU 00033

ctum inteſtinũ cum ſtranguria. 506
LXXXV. Vlceris in palato à morbo Gallico ortum trahentis. 508
LXXXVI. De accelerando partu, ſimúlque de redundante lacte minuendo. 510
LXXXVII. De impoſtura quadã, videlicet quod mulierecula incantamentis iuuenẽ ſurdum fecerit. 512
LXXXVIII. De veneno quod ad certum tempus datur. 519
LXXXIX. Pleuritidis nothæ curatio. 525
XC. Tuſsis veteris, & recentis tuſsis puerorum. 527
XCI. De lapide in virgæ meatu contento, ex quo ſymptomata grauia oberiebantur. 528
XCII. Curatio dyſuriæ, maximo cum ardore. 531
XCIII. De atterendo, comminuendóue renum & veſicæ calculo. 540
XCIIII. Curatio vlceris renum per potum aquarum ſalſarum & nitroſarum naturalium. 548
XCV. Remedium ad eos qui ſe ſomno permingunt. 551
XCVI. Quomodo fœcundæ mulieres dignoſci debeant. 555
XCVII. Curatio muliebris ſatyriaſis, ſimúlque vterini furoris. 558

UVA. BHSC. BU 00033

XCVIII. Curatio in qua inquiritur, an quæ in thorace continentur tantùm per sereatum purgari soleant. 561

XCIX. Curatio pruriginis inter inguina. 567

C. De capitis vulneribus detecto cranео: & tutiúsne curentur exsiccantibus medicamentis, an cataplasmatis humidis, vt digestiuo ex oui vitello dicto, & similibus. 566

UVA. BHSC. BU 00033

INDEX RERVM

scitu dignarum, quæ in Quinta & Sexta Centuriis reperiuntur.

A

A Baptista. 597
Ab arthritide præseruantia. 422
Acetum in colico dolore. 434
Aetij locus explicatus. 538
Aegylopas curans ceratum. 176
Aegyptij quibus morbis obnoxij. 210 & 213
Affectiones animi quam graues. 295
Agnina caro qualis. 393
Agnina caro calida edenda. 394
Albugines. 212
Alciatus Iurisconsultus. 315
Almanus præfigator. 518
Aloë fœcundas reddit. 228
Aloe quibus obest. 456
Amauros is. 212
Amatus Ferrariæ docuit. 315
Amatus chirurgus. 601
Andreæ Latunæ error de splenis expurgatione. 366

Ang

UVA. BHSC. BU 00033

Anginæ periculosa permutatio. 198
Anginæ tumore in thoracem ruente quid agendum. 199
Antonij Nebrissensis pulsus, doctrina, fortuna. 261
Apoplexia quomodo fit. 446
Apollonius & Archigenes à Gal. reprehẽsi 174
Aqua ardens in capitis vulneribus. 619
Aqua florum arantiorum. 444
Aqua frigida quàm noxia nudato osse capitis. 620
Aqua pluuialis. 155
Aqua florum chamæmeli. 135
Aqua frigida febricitantibus siticulosis non neganda. 140 & 156
Argentum viuum frigidum & siccũ, cum partium subtilitate. 95
Argentum viuum sputum euocat. 269
Arthriticos præseruat sanguinis missio, & purgatio per pharmacum. 106
Ardorem in glandis tantùm apice cur sentiunt, qui renum & vesicæ vitia patiuntur. 260
Ardoris vrinæ à diuersis causis distinctio. 440
Ardori vrinæ quæ medicamẽta conueniãt. 441
Articulario morbo vomitus prodest. 420
Articulos vlceratos cur Hippocr. humidis curet. 631
Arythmus. 469
Ascites curatus effluxu aquæ ex vmbilico. 131

UVA. BHSC. BU 00033

Atheromatis materia putrescere potest, &c. 147
Auersio quid. 70
Auribus injicienda calida. 161

B

Baldi Iurisperiti mors. 231
Balneum ex oleo communi. 189
Balneum hecticis conueniens. 33
Balsamum ex Peru. 408
Bolus Armeniæ. 54
Branchos quid. 14
Buxum, Europeum gaiacum. 498

C

Cacochymia quæ gignat mala. 266
Calculi causæ. 540
Caluariæ quæ partes robustiores, & contra. 583
Caluariæ tres partes. 582
Catapotia prohibentia sputum ex Mercurio. 91
Canes venenosi aliquid habent. 231
Capitis fracturæ variæ, varijs egent instrumentis. 593
Capitis humidi notæ. 315
Capitis ossium fragmenta quousque persequenda. 601
Capitis vulnera quo maiora, eo minùs periculosa. 640
Caro collisa statim in pus vertenda, & cur. 624. & 625
Catagmatica emplastra. 610
Catapotia ex aloë quibus prosint. 25

Catap

UVA. BHSC. BU 00033

Catapotia ex hiera quibus non conueniant. 306
Catarrhus quid. 13
Cauterium in coronali commissura quibus non conueniat. 48
Cephalica aliter applicanda cùm os nudatũ est, aliter cùm non nudatum. 614
Cephalicum abstergens post digestiuum. 628
Cephalicum Deileontis. 613
Cephalica medicamenta. 609
Ceratum ventriculo aptum. 34
Cerae in dysenteria vsus. 296
Chichophilum. 233
Chiromantia. 515
Chynicidium. 598
Cichorium discoctum. 299
Cicuta venenosa in Italia, & eius remediũ. 257
Clyster in colico dolore. 140
Conditum restaurans. 36
Coitus nulla sequente seminis emissione curatio. 552
Cor pilosum. 449
Cor vnde nutriatur. 338
Coryza. 14
Coxendicum dolor coxa inusta cur sedatur. 49
Crassi pauci sanguinis. 124
Cubiculorum humiditas. 30
Cucurbitulae an initio morbi possint admoueri. 319
Cucurbitulae in plenitudine admoueri possũt. 348

UVA. BHSC. BU 00033

Curationes vulnerum capitis contrariæ. 608
Cyclosus. 598

D

Deglutiendi difficultas mira. 403
Digestiuum ex oui vitello &c. 626
Doloris causæ. 342

E

Ecrythmus. 469
Electarium ad phthisim. 292
Electarium contra vermes. 274
Electarium ex rhabarbaro. 51
Emmota. 617
Emplastrum ad canis morsum. 231
Emplastrum ad tubercula. 146
Emplastrum catagmaticum Moschionis. 612
Emplastrum ex nido hirundinum. 152
Emplastrum nigrum. 601
Epiglottis. 20
Epileptici magna ex parte melancholici. 203
Euacuatio nimia periculosa. 66
Euphorbium quando neruis conueniat. 244

F

Fasciandi vulneris initium. 639
Fasciandi ars necessaria. 640
Fascinatio, sola qualitate non fit. 617
Febris continua potentes purgationes non postulat. 66
Febris diaria ex frigore. 223
Fissuræ capitis maximè considerandæ. 588

UVA. BHSC. BU 00033

Fœniculum lac auget. 512
Fonticulorum apertorum vtilitas. 40
Fotus in pleuritide. 38
Fotuum vsus. 67.70.71
Frigida in nerui punctura fugienda. 244
Frontis vulnera cataplasmata & fasciam constringentem cur postulent. 638

G

Glacies in potu noxia. 484
Glaucedo. 213
Glottis. 21
Goetica. 514
Graciles multi sanguinis. 124
Gurgulio, siue gargareon. 20

H

Haemorrhoides phlebotomo non aperiendæ. 25
Herbarum nimius esus noxius. 247
Heterorythmus. 469
Historia Ogarici cuiusdam in capite grauiter vulnerati, & curati. 634
Hirudinibus admotis, an cucurbitulæ affigendæ. 24
Hirudines forcipibus præscindendæ. 24
Hirudinum præparatio. 24
Hœdina caro. 394
Hœdina tosta & frigidiuscula edenda. 394
Hominis magnitudo mira. 250
Humida morbosa. 609

UVA. BHSC. BU 00033

Humida qualitas dolorem non infert. 209
Humida qualitas per se destruens. 209
Humoris latentis fluxus à parte principe ad ignobilem, & contrà. 65
Hydropis curatio per chirurgiam. 132
Hypochyma. 215 & 242
Hypopyon. 212

I

Iecoris calidi, humidi notæ. 315
Incantationem nudis verbis fieri non posse ex D. Thoma. 517
Incantatores & incantationes variæ. 514
Indicationibus duabus contrariis cui insistendum. 461
Inflammatarum iecoris partium gibbarum signa. 120
Inflamatarũ simarum iecoris partiũ signa. 120
Inflammati iocinoris signa. 119
Instrumentum ad vocem recuperandam. 80
Ischiadici morbi causa, & curatio. 426
Ischiadi sanguinis missio ex qua vena competat. 427
Ischiadi vomitus prodest. 420
Ischuriæ à crassis humoribus, an urinam cientia competant. 538
Ischuriæ causæ & signa. 189
Isis cephalicum emplastrum. 613
Isthmus quid. 20
Iulius Camillus. 418

V

UVA. BHSC. BU 00033

L

Lac caprinum hecticis vtile. 36
Lac in stomacho concretum. 429 & 430
Lacte epoto non dormiendum. 36
Lactis aqua qua mensura, & quomodo bibenda. 255
Larynx. 20
Leonar. Fuschij opinio reprehenditur de missione sanguinis in pleuritide sinistra. 184
Leucomata. 212
Limonis succus. 189
Linamenta vulnerarum capitis. 607
Lotium nigrum. 387 & 389
Luna ad oppositionem veniente morbi rebelles curandi. 91

M

Mandragoræ morionis radix. 515
Martini Acaciæ error de splenis expurgatione. 366
Melancholia varios morbos parit. 238
Melancholici magna ex parte epileptici. 203
Melancholici quidam qua arte curati. 376
Meliceridis materia putrescere potest &c. 147
Mel salviatum. 344
Membranæ capitis inflammatæ curatio. 632
Mora in ventriculo corrupta. 444
Morbi Neapolitani notæ. 398
Mulieri valde gracili, cui suppressi sunt menses sanguis copiosus detractus. 124

Natura

UVA. BHSC. BU 00033

N

Naturæ particulares hominum noscendæ. 443
Nebula pendens in vrina quarto die. 75
Necromantia. 515
Nucis vnguentariæ incommoda. 447

O

Obstructio non aperienda ante plenitudinis vacuationem. 361
Oculis injcienda frigida 162
Oculorum nebulas delens inunctio. 150
Oleum ex ligno gaiaco. 192
Omentum hirci in dysenteria. 248
Omentum veruecis in dysenteria. 271
Onix. 212
Oris ventriculi dolor periculosus. 492
Ossium capitis sectio quando facienda. 606
Ouí vitellus. 451

P

Palatum. 20
Panis calens ventriculo applicatus. 465
Paralysis orta ex materia tumoris ad interiora regesta. 166
Pararythmus. 469
Parientis collocatio, vt facilius pariat. 307
Partus difficultas quibus iuuetur. 128
Partus naturalis, & optimus. 413
Pestilentibus febrib. cathartica valida non competunt. 415

UVA. BHSC. BU 00033

Petrus Abanus conciliator reprehenditur sentiens humiditatem solam phthisim gignere non posse. 210
Philotheus in Hipp. Apho. latinus factus. 251
Phimosis, phimus, periphimosis. 83
Phlegma pro inflammatione. 308
Phlyctænæ. 213
Phrenes. 289
Pisaurum. 177
Pleuritide dextra vexante axillaris dextra secanda: sinistra, axillaris sinistra. 182
Pleuritidis lethalis signum. 200
Pleuritis sanguinis copiosam detractionem poscit. 207
Podagricus nullus vnquam convulsionem passus est, & cur. 117
Polyporum esus fluxum ventris creat. 470
Pruritus testiculorum remedium. 145
Pterigion. 213
Puero quinq; annos nato sanguis detractus. 149
Puer conflatus chymico artificio. 417
Pulsus dicrotus quid indicet. 260
Pulsus intermissionem habens, periculosus. 467
Pulsus vermicularis & vndosus vnde dicti. 78
Pulsus vermiculans quale signum. 76
Pulsus vndosus quale signum. 76
Pulsus vndosus & vermicularis inæqualis in vno pulsu. 77
Purgationis immoderatæ remedia. 64

UVA. BHSC. BU 00033

Pulmonis vomica per ventrem quomodo expurgetur. 563
Puteus Turcarum regi ad quinos aureos in die vectigalis. 549
Pyrites. 180

Q

Quotidiana febris nocturna, lethalis. 276

R

Radix synarum quomodo apparetur à Mauritanis. 301
Ragusij descriptio. 264
Ramicem carnosum diminuens ceratum. 180
Raucitas. 14
Renũ & vesicæ vitijs rarò senes liberãtur. 126
Renum & vesicæ calculi remedia. 544
Renum & viarũ vrinæ excoriationis notæ. 435
Ricini semina venenosa. 446
Rosaceum in capite perforato. 618
Rupturæ accommodatus syrupus. 164
Rupturam curans ceratum. 164
Rythmus. 468

S

Sal an in lactis coagulati curatione admittendus. 432
Sanguinis detractio ad libras duas. 208
Sanguis è vasis effluit tribus de causis. 14
Sanguis ex gingivis singulis mensibus fluens. 23
Sanguinis effluxus ex ruptura dignotio, & curatio. 17 & 18

UVA. BHSC. BU 00033

Sanguinis fluxum cohibentia. 167
Sanguinis missio an conueniat melancholiæ hypochondriacæ. 381
Sanguinis per os reiectionis varij modi, & causæ. 234
Sanguis qua ex parte mittendus in melancholia hypochondriaca. 381
Sanguis spumosus an signum certum reiectionis ex pulmone. 235
Sanguinis stilla signum pessimum. 477
Sanguis in thorace contentus quomodo per secessum emittatur. 337
Sarza parrilha quid. 60
Satyriasis. 560
Scorpionis ictus remedium. 336
Scorpionis ictum sequentia symptomata. 335
Sectio in capite quomodo facienda. 605
Senibus quibus sanguis mittendus. 419
Sextarius. 611
Solani maniaci radix. 516
Splenem minuentia. 363 & 364
Splen quo sanguine nutriatur. 365
Sparganosis. 512
Steatomatis materia non putrescit &c. 147
Sternutatio partum accelerat. 127
Sternutatio singultum sedat. 128
Striges. 514
Strumæ febres mouent. 88
Sudoris causa. 26

Sulphur

UVA. BHSC. BU 00033

Sulphur scabiei idoneum. 241
Suffusiones curabiles, & incurabiles. 217
Surditatis causæ. 320
Surditatis ex crassis humoribus dignotio. 321

T

TAlpæ, & alij tumores capitis quò referri debeant. 56
Tenesmi variæ causæ, & variæ curationes. 507
Tepida ventriculum dissoluunt. 169
Terebinthina in digestiuis vulgari lauanda. 628
Terebra. 597
Theriaces vsus in quartana. 148
Theriaces vsus in sedandis doloribus à venenosa qualitate. 191
Thurgia. 514
Thoracis vomica per intestina quomodo expurgetur. 563
Thrombosis. 512
Tonsillæ. 20
Torturæ oris causæ, & remedia. 136
Tussæ puteus. 549

V

VEnæ frontis sectio. 263
Vermes lati nõ pariũt intra intestina. 142
Vermes rotundi intra intestina fœtant. 142
Vermis longus 4. cubitos. 471
Vermis rotundi capite calcato alij prodiere vermes. 142
Vertigo. 499
Vessalius iniuria à Sylvio reprehensus de hepatis

UVA. BHSC. BU 00033

tis diuisione. 239
Vessalius reprehenditur sentiens in pleuritide tam detra quàm sinistra dextram axillarem semper secandam esse. 182
Virga incisa, vt lapis inde extraheretur. 530
Vitriolo hausto monachus interit. 230
Vlcera exiccationem postulant. 630
Vlcus & vulnus. 576
Vocis interceptio. 254
Vomitorium. 169
Vomitum ad leuandum oris ventriculi dolorem, an præcedere debeat clyster. 493
Vomitus an prouocandus in lactis aut sanguinis in ventriculo concretione. 431
Vrinæ difficultatis remediis constringẽtia quædam admiscenda. 537
Vrticæ succus sanguinem sistit. 278
Vulnera ad suppurationẽ statim trahenda. 630
Vulnera capitis alibi lethalia, & alibi curatu facilia. 578
Vulnera cap. cur sectionem admittunt, aliorum verò membrorum minimè. 591
Vulnera capit. curatu difficiliat. 576
Vulnera occipitis minimè periculosa. 593
Vulnera simplicia, & composita quomodo curanda. 622
Vulnera temporum periculosa. 585
Vulnus cap. statim secãdum, vt nudetur os. 605

FINIS.

UVA. BHSC. BU 00033

UVA. BHSC. BU 00033

UVA. BHSC. BV 00033

UVA. BHSC. BV 00033


CVA. BHSC. BU 00033



UVA. MOLVC. BU 00033


UVA. BHSC. BU 00033.

UCL BIOG BU 00033


UVA. BHSC. BU 00033